

Digitized by Google

Digitized by Google

COLLECTANEA.
ET DECISIONVM REPORTATA IN REGNI NEAPOLITANI
Pragmaticas Sanctiones, Edictaue Regia.

IN QVIBVS, QVAE AD IVRIS COMMVNIS per eas confirmati, ampliati, limitati, correcti, & innouati enucleationem pertinent:

Et quæ in praxi, & quotidiano vsu Forensi in Regijs Tribunalibus Neapolitanis, & aliorum Regnorum vniuersi orbis, supremis Senatibus, & Curijs occurrere solent, vberrimè, exactèque declarantur.

IO. MARIA NOVARIO CLERICO,
Et I. C. Lucano Præclarissimo, Authore.

Opus omnibus Magistratibus, Aduocatis, Procuratoribus, Cæterisque in Foris tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus versantibus admodum vtile, & necessarium.

Cum Summarijs, & duplici Indice, Rubricarum, Prag. nec non rerum memorabilium.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.







VENETIIS, M DC XXII.
APVD IVNTAS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLVSTRI DOMINO D. IOANNI BAPTISTÆ VALENZVELA VELAZQVEZ,

REGIS A LATERE CONSILIARIO,

Et Regiam Neapolis Cancellariam Regenti.

Ioannes Maria Nouarius felicitatem precatur.

CVM in Neapolitani Regni Pragmaticas vir doctissimus, idemque Regius Consiliarius rerum experientia, & morum integritate laudatissimus, atq; carissimus omnibus Scipio Rouita haud ita pridem scripserit, & ea cum laude scripserit, vt iure tanti viri liber iurisperitorum penè omnium sermone celebretur, manibus teratur: superuacaneus, & frustra susceptus, ne dicam improbus, & impudens videri poterit meus hic in easdem pragmaticas scribendi labor. Sane amens ineptusque sim, & iniquus meæ tenuitatis æstimator, si quod permagni viri ingenio, doctrinaque perfectum, industriaque elaboratum est opus; Ego homunculus aliqua ratione coner, & quidem irrito conatu, vel reficere, vel tantillum perficere. id enim præterquam quod Sapienti viro minimè sperandum videtur: mihi certè, qui à magnorum virorum doctrina, prudentia, cæterisque virtutibus longissimè absum, ne optandum quidem est. Cur autem in pragmaticas scribere libuit, ne quis ex me quærat, aperiam (Doctissime Regens) breuiter, ac candide. Scripseram mihi pragmaticarum harum summa capita, & quæ inter studendum collegeram, ad singula doctorum virorum decisiones, definitionesue ab earum vsu praxique profectas. Laborem hunc meum probarunt cum alij non contempti nominis Iurisperiti: tum is, qui & domi grauibus perfunctis in Archiepiscopali foro cum laude muneribus; & foris pluribus, ac dignis editis de legali disciplina voluminibus, non vulgarem ingenij, ac doctrinæ famam adeptus est, Ioannes Aloysius Riccius, quem virum si alij iure

Digitized by Google

magnifaciunt; ego certe facere debeo maximi, cum ei non solum studiorũ meorum qualẽ qualem profectum; sed me totum, si quid sum, & debeam, & dum viuam, debere profitear. Hic mihi potissimum auctor fuit, vt quæ mihi scripseram, in communem aliorum vsum euulgarem, parui, vt par erat; librumque vtcunque recognitum sub tui præclari nominis tutela ac patrocinio edidi. Neque enim vereri debeo, quin benignè amplexaturus, foturusq; sis & me, & meum hunc librum, cum natura humanissimus ipse sis, & studiosissimus benemerendi de omnibus bonarum artium studiosis, ijs præsertim, qui eam, in qua maxime excellis, ciuilem colunt disciplinam. Accedit, quod cum pragmaticarum cognitio ad tuum Collaterale Concilium spectet, non poterunt tibi eiusdem Concilij dignissimo Consiliario hæ meæ in has Collectiones non esse gratæ, quibus in immensa illa, atque grauissima cum tuo munere coniunctã mole negotiorum, atque occupationum, non exiguum, nisi fallor, studij, laborisque leuamen, ac lumen afferetur consultationibus ijs, quæ subinde occurrent de pragmaticis, vel nouis ferendis, vel veteribus antiquandis moderandisue. Ac licet singularis tua doctrina, perfectaque cum rerum aliarum, tum pragmaticarum cognitio non indigeat laborum horum adminiculo: tamen non alienum, opinor, erit a tua humanitate, tuaque in commune reipub. bonum propensa voluntate, si labores hi mei, quibus aliorum labores, & studia, non parum fortasse, vel iuuabuntur, vel leuabuntur, sub tuo dignissimo nomine appareant. Demum vt animi mei latebras omnes candidè tibi aperiam, diu est, Humanissime, ac doctissime Regens, ex quo generis nobilitate, animi sapientia, integritate, morumque suauitate tuorum illectus, expeto in tuam me penitus tradere Clientelam; hanc potissimum ob causam librum hunc tibi dicatum, tuoque nomine insignitum volui: vt extaret in posterum aliquod cum mea erga te, Clientelæ, atque obseruantiæ: tum tua erga me, non secus ac erga plures alios bonarum artium studiosos, tutelæ, ac benignitatis monumentum. Vale Neapoli. Calendis Aprilis. MDCXXII.

INDEX

INDEX RVBRICARVM, ET PRAGMATICARVM OMNIVM,

Quæ in hoc Opere continentur.

Prag.

Rubri-

Rubrica de custodia Reorum.

D

Rubrica de damnis Clandestinis.

Rubrica de Dilationibus.

Rubrica de donationibus propter nuptias sine quarta, vel Antephato, & aliis donationis.

Rubrica de Duellis.

E

Rubrica de Ecclesiasticis personis.

Rubrica de Aedificiis priuatis prohibitis.

Rubrica de Educatione pupillarum, & Matrimoniis earum.

Rubrica de Elemosina non petenda absque licentia.

Rubrica de emptione & venditione.

Rubrica de exceptionibus.

Rubrica de expensis.

Rubrica de Extract. Animal.

F

Rubrica de Falsis.

Rubrica de Feriis.

Rubrica de Feudis.

Rubri-

Rubri-

F I N I S.

INDEX RERVM NOTABILIVM.

Quæ in his Collectaneis continentur.

Digitized by Google

In

per

B

C

Ciuis

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

contra-

D Debi-

Exce-

Digitized by Google

Falsitas

E. ad

Digitized by Google

Digitized by Google

Iudex,

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

F Minor

Digitized by Google

Officia

Officia-

Digitized by Google

P

Paro-

Digitized by Google

Digitized by Google

 Sign-

Digitized by Google

ad

Digitized by Google

V

Digitized by Google

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS MARIÆ
NOVARII I. C. LVCANI
CELEBERRIMI.
COLLECTANEA, ET DILVCIDVM
Glosema, seu Decisionum reportata.
IN REGNI NEAPOLITANI PRAGMATICAS
Sanctiones, Edictave Regia.

SVMMARIVM.

1 *Princeps tantum potest condere leges, sic etiam & Proreges Regni Neapolis, nu.12.*
Princeps est lex animata in terris.
Rex Hispaniæ nullum in temporalibus recognoscit superiorem.
Constitutiones, & pragmatica Regni Neapolis Ius cōmune in ipso Regno faciunt; itapariter sententia Sacri Cōsiļ eiusdem Regni, nu.5.
Regula Cancellariæ apostolicæ habēt vim legum.
Proreges regulariter possunt omnia, quæ ipse Rex.
Proreges habent mandatum cum libera, etiam in reseruatis.
9 *Proreges reputantur Principes, eorumque vice funguntur, & sedent in solio Regio.*
10 *Proreges sunt Principis imago.*
11 *Proreges habēt supremam potestatem, & Iurisdictionem ordinariam cum mero, & mixto imperio amplissimo.*
13 *Leges possunt interpretari à Doctoribus.*
14 *Leges recipiunt interpetrationem, & declarationē priores per posteriores & econtra, aliàs absurdum sequeretur. num.15.*
16 *Pauperis Doctoris est respondere de iure per regulas generales, & celeberrimi Doctoris, est decisionem in terminis controuersia habere.*
17 *Decisio semper super re certa formatur.*
18 *Decisiones sunt maximæ vtilitatis, & authoritatis.*
19 *Author laudat decisionum Authores, & ipsarum compilatores.*
20 *Referuntur Senatus, & Rota in quibus sunt facta decisiones in hoc opere citata.*

PRAELVDIVM.



Vm vetus, & antiquus mos sit, cōsueuerintq. omnes de aliquo dicturi, vt plurimum in eorum operib. proœmiū, siue præludium preponere, meritò Ego Nouarius intendēs pragmaticas huius nostri Regni Neapolis decisionib. totius Christiani orbis exornare ab hoc antiquo, & bono instituto non recedendo, sed maiorum vestigia sectādo, hoc præludium apponere constitui, in quo tres resolutiones (amice, & cādide lector) habebis, quarū prima est D. Regi nostro inuictissimo competere Ius statuendi leges, sic etiam eius Vicarijs, & Proregibus, secūda non esse prohibitum interpetrari, seu glosare leges,

A tertia

tertia vero decisionum vtilitatē maximam esse.

Prima Resolutio præludialis.

Clara est conclusio in veris Iuris
1 tramitib. fundata, † vt leges cōdere solius Principis sit, iuxta tex. in l. fin. C. de leg. Fran. Marc. in decis. 804.
2 volu. 1. † cum Princeps sit lex animata in terris Capycius decis. 20. & Dei
3 Vicarius in tēporalibus, † Quare cū Catholicus Rex noster nullum in tēporalib. superiorem cognoscat, & sit Princeps liber, & Monarcha potuit, & pōt leges, statuta, pragmaticas, &
4 sanctiones cōdere † quæ Ius commune in ipso Regno faciunt, Gramat. decis. 2. Franc. decis. 102. Afflict. decis.
5 404. qui in decis. 96. scribit † nostri Sacri Consilij sententias in Regno eodem Ius facere, & haberi pro legibus,
6 Rota Genuæ decis. 104. † vt etiam Regulæ Cancellariæ Apostolicæ legum vim habent, ex Cappel. Tholos. in decis. 444. & Robuste. in decis. nouiss. Roman. 256. par. 2.

Verū, quia Proreges in nostro Re-
7 gno constituuntur, † qui possunt ea omnia, quæ ipse Rex, cuius vices gerunt ad text. in l. 1. & 2. ff. de offi. eius Fran. decis. 165. eiusque priuilegijs omnibus, & prærogatiuis fruūtur, quibus Rex ipse gaudet, & fruitur l. vnicuique C. de proxim. sacror. scrin. lib. 12. etiā si essent specialia, & personalia teste Milanēs. in decis. Sicil. 8. lib. 1.
8 † & habent mandatum cum libera etiam in reseruatis, vt nouissime per Mutam in decis. 44. & competit Titulus Excellentiæ, vt Præfecto prætorio competebat ad text. in l. excellentia C. de erogat. milit. Annon. li. 12. in tātum, quod ea omnia, quæ de ppetuis Vicarijs imperialibus à DD. tradita sunt, procedunt in Proregibus nostri temporis, accedēte maxime amplissima potestate, quæ in dies per Catholicum Regem cōcedi consueuit, adeo
9 quod † reputātur Principes, eorumque vice funguntur, sedentque in eodem supremo solio, vbi sedere consueuit Rex, quādo est in regno ad text. in cap. si. 93. distinct. idemque honor de-
10 betur sicuti Regi, † cum sint Principis imago ad text. in l. eos C. de offic. Vic. (ibi) *& Indicationis nostræ soleat*
11 *repræsentare reuerētiam*, itaquod † supremam habēt potestatem & Iurisdictionem ordinariam cum mero, & mixto imperio amplissimo, adeo vt in eos omnia ex cōmissione trāseunt, quæ non fuerint specialiter prohibita Capyc. dec. 130. merito igitur, & absq. vlla difficultate fateri debemus posse
12 similiter † ipsos Proreges pragmaticas, statuta, & leges cōdere, pvt quotidie videtur, cum alter ego suæ Catholicæ Maiestatis sit, eiusq. voces, & vices obtineat, vt nouiter meminit Mastrill. in decis. Sicil. 205. par. 3.

Secunda Resolutio Præludialis.

Priori firmatæ conclusioni socia est sequens Resolutio, qua firmamus licitum esse interpetrari, seu glosare leges, cum ipsę declarationē per alia Iura, vel ex vi rationis recipiant
13 † q̄ facultas est cōcessa Doct. l. vnica C. de professor. qui in vtb. Cōst. lib. 12. ibi *interpetrandi subtilitatem* l. 1. ff. si cer. pet. l. si negotium, & ibi Glo. ff. de
14 priuil. credit. † leges enim recipiunt declarationem priores per posteriores, & ecōtra, & pars vna legis, vel statuti per aliam declāratur l. nō est nouum ff. de leg. l. serui C. de noxal. act. cap. cum dilectus de cōsuet. Chacher. decis. 163. imo si hæc declaratio nō es-
15 set applicāda, † sequeretur vtiq. absurdum, si enim lex mādans, quod qui occiderit occidatur, esset absolutè intelligēda, certè occidēs aliquem causa defensionis esset capitali pęna plectendus contra dispositionem textus in l. vt vim, ff. de iust. & iur. & aduersus Fran. Marc. decis. 769. volum. 1. Magon. decis. Lucens. 56. Viu. decis. 439. Caball. resolut. 88. Ascia decis. 144. &

D. Ric-

Digitized by Google

D. Ricciū in dec. Curiæ Arch. Neap. 41. par. 1. sic etiā qui infantē dormiēs, seu aliquem absque dolo occideret, de capitandus esset, quod nimirum iniquum esset, & contra tex. in l. infans, ff. ad l. Corn. de sicar. & clem. vnica de homicid.

Quare si ego aliquid in hoc opere glosatus sui, vt meum tulit ingeniolum, temporisque breuitas voluit, nō erit qui cōtra me insurget (Nouariȩ) cur absque authoritate, & licētia hęc tanta es ausus.

Tertia Resolutio Præludialis.

Restat deniq. vt finem imponam tertiā adducere resolutionem, quę decisionum maximam vtilitatē, earumque laudes recēset, quare scias
16 † quod Pauperum Doctorū mos est respondere de iure per regulas generales, & ecōtra admodum, & celeberrimi Doctoris est maximè ius dicentis, decisionē in terminis super cōtro uersia habere, ac reperire, teste Garzia à Toleto in suis decisionib. extranagantibus in præfat. ideo nedum bonum, imo pernecessarium est habere prę manib. decisiones in terminis pro
17 resolutione causarum, quia † decisio semper super re certa formatur, & fit vt per Triuis. in sua præfat. dec. Rotæ Venetæ, vbi quod decisiones alicuius Tribunalis, & ciuitatis insignis cuius cumque legis, aut Doctoris in terminis etiam sine lege loquentis sunt plu
18 rimum attendendæ, † nam sunt maximæ authoritatis, & vtilitatis, cū sint factæ cum ingenti causæ cognitione, & oculis apertis, granoque salis, & videatur Viuius decis. 401. vbi decisionum Barēsium, aliarumque Curiarū, Rotarumue vires, & laudes copiosissimè pertractat, & earum stylum in Iudicijs. quantus sit exactè ostendit: lau
19 dandus igitur † primus decisionum Author, laudandi quoque, & ipsius sectatores, Neque à tali laude excludēdus Compilator, seu Collector ipsarū.

20 Cū ergò † decisionēs causarum summæ Authoritatis, tantæque vtilitatis sint, ideo ex his ductus nō absurdum fore reputaui circa Pragmaticarum huius Regni dispositionē decisiones nostri Sac. Collateralis, & Sacri Regij Cōsilij, Regiæ Cameræ, Sūmariæ, Magnæ curiæ Vicariæ, & aliquarum eiusdem Regni Audientiarum cumulare, aggregando etiam decisiones Rotæ Romanæ, tam antiquas, quam Nouas Nouiores, & Nouissimas, Decisiones Curię Archiepiscopalis Neapolitanę, Senatus Burdegalensis, Senatus Delphin. & Grationopol. Senatus Sabaudie, Senatus Pedemōtani, Senatus Niceni, Senatus Mantuani, Senatus Dolani, Rotæ Genuæ, Rotæ Bononien. Rotæ Chataloniæ, Rotæ Marchię, Rotæ Lucensis, Rotæ Perusinæ Rotę Mediolanen. Rotæ Patauinæ, Rotæ Florentinę, Rotę Lusitanię, Rotæ Aragonensis, Rotæ Pisanę, Rotæ Macerate̅sis, Rotæ Fiuizanēsis, Rotę Spirensis, Rotę Auenionis, Rotę Corsicæ, Rotæ Lipsiēsis, Rotæ Tholosanæ, Rotæ Lusitanæ, & Rotæ Venetæ, Cōsistorij Sacræ Regiæ cōscientiæ Regni Siciliæ, & tandem decisiones Cameræ Imperialis omnes tā impressas, quam manuscriptas pro maiori vtilitate lectoris.

Opus igitur perfectum ad publicā studiosorū maximè nostri Regni Iuris consultorum vtilitatem, & como dum tandē tenebris in lucē exijt, nul la commendatione indigēs. Illud ideo alacriter accipite, nam si quis fortè erit sitiens huc accedēdo sitim expellet, & aqua certè abundabit: Faxit Deus, Gloriaque sit Sanctiss. mæ eius Genitrici Virgini Mariæ, & omnibus Sanctis, quorum humiliter imploro suffragium, & auxiliū. Ex nostro Museo Neapolitano die 25. Ianuarij 1621.

D. Nouarius. Author.

SVMMARIVM.

1 Quis possit Indultum concedere, & n. 2.
3 Quæ sint causæ publicationis Indultus.
4 Occidēs sacerdotem gaudet Indultu generali, sic etiam occidētes aliquem à tergo nu. 5. & comprehenduntur sub eo carcerati nu. 6. & extrahentes equos à Regno nu. 7.
8 Crimina futura nō includuntur, sub generali abolitione, sic etiam crimē parricidij, & necis proprij filij non baptizati, nu. 9. & crimen falsi nu. 10. & delictum cōmissum ab officialibus in eorum officijs.
11 Receptans Inquisitum de crimine lesæ maiestatis non includitur sub generali Indultu.
12 Remissio partis requiritur, vt Indultu delinquens gaudeat.
13 Princeps non potest facere gratiam de delictis parte prius nō concordata, ita quod gratia concessa absque partis remissione est nulla, nu. 14.
15 Fabricans, seu diminuēs monetam committit crimen falsi.
16 Fabricās falsam monetam, quæ ad huc non est perfecta pœna ordinaria punitur.
17 Abradens pecuniam reprobam nō incidit in pœnā statuti punientis, falsantes, vel abradentes monetam.
18 Expendens falsam monetā gaudet beneficio Indultus.
19 Expendens falsam monetam falsitatē committit.
20 Expendens falsam monetam in dubio illam fabricasse præsumitur.
21 Deueniens ad actum proximum, & nō occidens hominem nō gaudet beneficio Indultus.
22 Abolitio generalis si nō potest habere effectum extinguēdi delictum, saltem habebit effectum guidatici.
23 Abolitio criminis Adulterij Incestuosi potest concedi à Principe sæculari.
24 Indultus debet verificari Reo in vinculis constituto
25 Delinquēt post promulgationem Indultus non gaudet eius beneficio.
26 Indultus non est concedēdus pro vndecim homicidijs.
27 Indultus comprehendit pœnas cōtumacia ex causis ciuilibus, & mixtis.
28 Indulgentia cōcessa delinquentibus alterum occidētibus exceptis sacrilegis intus ecclesiam, gaudet committēs sacrilegium in personam clerici extra ecclesiam.
29 Occidens citatum à curia sæculari non comparentem infra terminum præfixum, quāuis appareret esse clericum gaudet Indulgētia promissa occidētis delinquētem, & foriudicatum non comparētem infra dies ad comparendum statutos.
30 Occisor Actuarij alicui⁹ curiæ gaudet Indultu concesso occidētibus, seu delinquentes capientibus, exceptis illis, qui offenderūt Gubernatores Auditores, Aduocatos &c.
31 Occidens aliquē ante ostium Cappellæ, an gaudeat Indulgentia concessa occidentibus, seu capiētibus delinquentes exceptis, qui sacrilegium intus ecclesiam commiserint.
32 Indulgentia cōcessa delinquentibus capiētibus cæteros malefactores gaudet is, qui post publicationem bāni Neap. factū, & in prouincia Capitanatæ tātum, nō tamen in Terra, in qua delictum fuit commissum delinquerit in Terra ipsa.
33 Refertur alius casus in quo, quis gaudet Indultu, & alter nu. 34.
35 Indultus generalis nōdum publicatus, sed tantum coram nōnullis declaratus cū reseruatione aliquorum potest à Principe reuocari, aut reseruatorū numerus augeri.
36 Indultatus captus cū Indultu, debet reponi in pristinam libertatē, si Indultus reuocetur, & amplia nu. 37.
38 Indultus factus per Baronē Terræ alicui Vasallo pluries delinquendo, & reiterando homicidia nō prodest Inquisito, & carcerato in M.C.V.
39 Indultus admittitur pro delictis, in quibus est accusatio instituta, vel formatio

tio informata, & sic ad depēdētes processus porrigitur, non autem ad futuros.

40 *Si post concessum Indultum dubitetur de viribus Indultus interim Indultatus debet carcerari.*

41 *Episcopus potest facere Indultum illis, qui aliorum delicta detegunt.*

COLLECTANEA PRIMA.

Super Pragmatica V. sub Rubrica de Abolitionibus.

Hauendo la Maestà &c.

IN hac pragmatica continetur indultus generalis huius Regni cōcessus per Illustrissimum Cardinalem Pacechum, tunc in hoc Regno Locū tenentem generalem in anno 1554. tempore quo inuictissimus Philippus Secundus immortalis memoriæ cepit possessionem illius per refutationem sibi factam à Serenissimo Imperatore Carolo V. eius Genitore, exceptis criminibus Hæresis, læsæ maiestatis, Falsæ monetæ, Assassinij, & Violentiæ, seu offensæ contra Regios ministros, & officiales Iustitiæ.

Ad ornatum huius pragmaticę pręmitto † quod Rex noster Catholicus, & inuictissimus, ex quo in Regno non recognoscit superiorem potest indulgentiam prædictam concedere, sicut pariter Dominus Prorex Regni Vicarius ex speciali Catholici Principis mandato, vt per Cacher. decis. Pedemon. 101. vbi quod remittendi crimina, eorumque pęnas, nisi supremo principi, eiusque Iura obtinenti ex aliqua causa nemini fas est, & ideo comites, & Barones, cæterique vasalli Regem recognoscentes, famæ restituere, delictoque indulgere non posse, & ne imperij quidem Vicarium receptum est nisi specialiter sibi demādatum fuerit, quia cum pęnas remittere sit cōtra legem, atque naturam, ergo Inferioribus à Principe nō licere satis congruum est: vide Mart. in decis. 155. & Fran. Mar. in decis. Delphin. 158. par. 1. vbi quod soli Principi hoc est concessū, & vide eundem in decis. 18. part. 1. & decis. 153. part. 2.
2 vbi concludit, † Reginæ etiam licere
3 talia Indulta publicare, † cuius causę plures esse solent, vt quādo noui Principes possessionē ingrediuntur Guid. Pap. decis. 36. decis. 108. 154. & 624. quando matrimonium contrahunt in natiuitate primogeniti, pro gaudio pacis, vel magnæ victoriæ & c.

His sic præmissis deuenio ad ipsam pragmaticam, & dico gaudere ipso
4 Indultu † occidentem Clericum Sacerdotem, quia occidens Sacerdotem fruitur beneficio Indultus generalis, vt pluries decisum, & practicatum in Sacro Regiæ Conscientiæ Regni Sicıliæ Consistorio apparet ex decisione Mastrilli 68. vide Franch. in decis. 499. & Cabal. in resolut. 60. sic
5 pariter † occidentes aliquem à tergo iuxta decisionem Franch. 713. vide
6 Mart. in decis. Pisan. 235. † imò etiam comprehendit carceratos, vide Annam in singul. 240. Item sub hoc indultu comprehenditur, & eius bene-
7 ficio gaudet † extrahens equos extra Regnum existente Regia pragmatica prohibitiua, vt fuit decisum in Anno 1573 die 24. Ianuarij referente pręside Moles.

Excluduntur tamen ab hoc Indul-
8 tu generali † crimina futura; in abolitionibus enim generalibus non comprehenduntur crimina futura Franc. decis. 360. & 433. Marta decis. 143. sic
9 etiam † crimen parricidij, & necis proprij filij nō baptizati Fran. Marc.
10 in decis. 162. par. 1 † Item crimen falsi Gramat. decis. 2. & decis. 74. Boer. in decis. 217. & sic dicit obseruatum in hoc Regno in anno 1599. in Indulto generali in decis. 79. Item delicta cōmissa per officiales in eorum officijs l mancipia C. de seruit. fugit. & sic decisum tradit Puteus de sindic. in verbo an si potestas num. 9. quod procedit

dit etiam in eo, qui deliquit, vt arbiter, sic in quam fuit in facto decisum in magna curia Vicariæ.

Sed dum hic excepttuatur crimen lesæ Maiestatis tu videas Capic. in decis. 130: & bene Franc. Marc. in decis. 153. & 436. par. 2. & nota decisionem
11 de ponte 22. vbi † quod sub generali Indultu minimè comprehenditur rereceptans inquisitum de crimine lesę Maiestatis.
12 Ibi *in versic. tenendo però remissione di parte* dicas non fuisse necessariã istã clausulã apponi, q a de p se intelligitur, vt fuisse decisum in Sacro Cõsil. testatur Anna in Repetit. cap. 1. num. 255. de vasallo decrepit. ætat. licet post multa decisum referat Thesaur. in decis 21. remissionem partis non esse necessariam, vt quis gaudere possit Indultu, & consequenter, quod expresse apponi illam clausulã necesse fuerit venit dicendum, quæ opinio Thesauri mihi nõ placet, quia
13 Princeps nequit facere † gratiam de delictis parte prius non concordata, & sic facta prius remissione iuxta tex. in l. fin. C. de abolit. vide Cabal. in re-
14 solut. 58. & 157. vnde talis † gratia cõcessa absque partis remissione est nulla, & inualida Cabed. in decis. Lusitan. 75. part. 1. & in hoc Regno Neapolitano est super hoc expressa dispositio per Rit. 275. & pragmat. 4. de compositionibus, quæ requirunt pro forma, vt in primis, & ante omnia partium remissio præcedat, aliàs actus sit nullus, vnde meritò in quadam facti contingentia per nostrum Sacrum Consilium Neapolitanum fuit reuocata compositio facta absque concordia partis.

Et dum exceptuatur crimen falsæ
15 Monetæ aduerto quod cum † fabricans, seu diminuens monetam committat crimen falsi, tale crimen, exceptum nisi esset vtique sub generali indulgentia comprehenderetur, vt est text. in l. si docuerit C. de falsis Mising. in decis. 52.

16 Amplia † in fabricante falsam mõnetam, quæ adhuc non erat perfecta, quia forte fuerit captus, vel ob id. bannitus, quia falsam monetam fabricasse dicitur, & pœna ordinaria punitur vt decisum in S. C. dicit Gramat. in decis. 74. vide Cabal. in resolut. 27 Idem procedit in fabricante monetam bonam, & perfectam hoc est æqui ponderis. & prætij Pegner. decis. 46 & ratio est, quia licet moneta in se sit vera, & bona, & ita fiat, tamen cum non ab habente talem potestatem fabricata fuerit, moneta falsa dicitur, & ledit Principis Maiestatem, dum eius authoritatem sibi vult arrogare, quã non habet. Et sic etiam dicas in tondente monetam ex decisione eiusdẽ Pegner. 86. & ex resolut. crimin. 91. Caball. vide tamen decisionem Gar-
17 ziæ 70. vbi quod † si quis pecuniam reprobam conflauerit, vel abraserit in pęnam statuti punientis falsantes, vel abradentes pecunias non incidit.

Limita tamen prædictam conclu-
18 sionem non procedire † in expendente monetam falsam dolosè, & scienter, nam isti gaudent præsenti beneficio Indultus, vt in terminis videre poterit Franc. in decis. 403. ad quod facit alia decisio eiusdem 351. vbi quod tex. in l. 1. C de falsa monet. disponens, quod condemnatus de fabricatione falsæ monetæ non admittatur ad appellandum, non procedit in expendente falsam monetam, etiam scienter, & ita refert per Sacrum Consiliũ determinatum, licet pari pœna puniatur Idem Franch. in decis. 351. & 401. vbi dicit, quod punitur tanquam fabricator, & ita fuisse decisum refert quod mihi facit valde dubitare de hac
19 limitatione; clari enim iuris est, † quod falsitatem committit expendens monetã falsam pro bona, quod crimen falsitatis exceptum est in hac pragmatica, ideo super hoc credo val de perpendendam esse qualitatẽ causæ, si casus eueuerit cum simus in atrocissimo, & quotidiano delicto, & opera

ra istorum expendentium valde ne-
cessaria est illis monetarijs, alioquin
vt vulgò circũfertur frustra operam,
20 & oleum impenderent eo magis, †
quia in dubio prçsumitur eos illam fa
bricasse.

Dum autem exceptuatur crimen
Assassinij, aduerto dispositionem hu-
ius pragmaticæ procedere etiam in
21 illo, † qui ad actum proximum deue
nit, licet non interfecerit hominem
ex pragmat. 1. de assassinio Capyc. de-
cis. 155. Idem procedit non solum in
dante pecuniam, sed etiam in reci-
piente pecuniam pro homine occi-
dendo Triuis. decis. 18. par. 2. non ta-
men procedit in mediatore inter mã
dantem, & mandatarium ad facien-
dum assassinium, vt in quadam facti
contingentia audio fuisse decisum
per S.C. ad relationem M.C.V.
Ibidem exceptuantur offensores re-
giorum ministrorum vide Capyc. in
decis. 130.

Nota autẽ in materia quo, ad quo-
22 ties † abolitio generalis nequit ha-
bere effectum extinguendi delictum,
saltem habebit effectum guidatici
23 Peguer. in decis. 39. Item † abolitio
criminis adulterij incestuosi potest
concedi à Principe sæculari Franc.
Marc. in decis. 152. part. 2. Item nota
24 quod † Indultus dēt verificari reo in
vinculis constituto Laurent. in decis.
25 Auenion. 47. Item † Indultu non gau
det delinquens post promulgationẽ
legis Peguer. decis. 64. Franc. decis.
26 468. Marta decis. 143. Item † Indul-
tus non est concedendum pro vnde-
cim homicidijs, vt decisum in M.C.V.
27 refert Gramat. in Voto 35. Itẽ † In-
dultus comprehendit etiam pœnas
contumaciæ ex causis ciuilibus, &
mixtis, Idem Gramat. in decis. 4.
28 Sed quæro an † indulgentia conces
sa delinquentibus alterum occiden-
tibus vigore banni super hoc emana-
ti exceptis sacrilegis intus ecclesiam,
& alijs vt ibi, gaudere debeat sacrile-
gium committens in personam Cle-
rici extra tamen ecclesiam fuit deci-
sum quod sic, Franch. decis. 499. Ca-
29 ball. resolut. 60 Et † indulgentia iux-
tà formam Regiæ pragmat. promissa
occidenti delinquentem, & fori iudi-
catum non comparentem infra dies
ad comparendum statutos, an gau-
deat si occiderit citatum à curia secu
lari non comparentem infra termi-
num præfixum, quamuis appareret
esse clericum, fuit decisum, quod sic,
de Franch. in decis. 465. Cabal. d. reso-
lut. 60. & indulgentia delictorum an
gaudere debeat nominatus ab haben
te potestatem nominandi pro indul-
gentia consequenda si post nomina-
tionem deliquerit fuit decisum, quod
circa delicta commissa post indulgen
tiam M.C.V. iustitiam faciat Franc.
30 decis. 433. Et † indulgentia concessa
occidentibus, seu capientibus delin-
quentes exceptis illis, qui offenderũt
Gubernatores Auditores Aduocatos
Fisci iuxta pragmaticam super hoc
latam, an gaudere debeat qui actua-
rium curię alicuius interfecerit, fuit
decisum. quod sic. Franch. decis. 403.
31 & † indulgentia concessa occidenti-
bus, seu capientibus delinquentes ex-
ceptis, qui sacrilegium intus ecclesiã
commiserint, an gaudeat occidens
aliquem ante ostium Cappellę non
fuit decisum quamuis ex rationibus
cumulatis per Franch. decis. 402. con
cludatur, quod sic, eum citat Mastrill.
decis. Sicil. 22. vbi refert ibi fuisse indi-
catum contra delinquentem, & puni
tum, qui vulnerauerat quendam in
ostio Ecclesiæ absque sanguinis effu-
sione, & vigore statuti dicti Regni
puniri debebat pęna manus obtrũca-
tionis, vel deportationis, & sic fuit ad
remigrandum condemnatus per triẽ-
32 nium Cabal. resolut. 15. & † indulgen
tia concessa delinquentibus capienti
bus alios malefictores, an gaudere
debeat is, qui post publicationem bã-
ni Neap. factam, & in prouincia Capi
tanatæ tantum, non tamen in terra,
in qua delictum fuit commissum, de-
lique-

liquerit in terra ipsa, fuit decisum,
33 quod sic, Franch.decis.360. & † indulgentia concessa delinquentibus occidentibus malefactores excepto si delinquentes offenderint ministros iustitiæ, an gaudere debeat, si delinquēs occiderit malefactorem, & ex suo delicto constabat commissarium iustitiæ fuisse occisum, antequam commissio esset præsentata in posse occisi, fuit decisum in beneficium ipsius, quod gauderet Franch.decis.326. Ca-
34 bal.resolut.148. & † indulgentia concessa delinquentibus capientibus malefactores iuxta pragmat. quæ ortum habuit ab inquisitoribus hereticæ prauitatis, an gaudere debeat, qui delictū in Ciuitate Neapolis commiserit, & aliud extra ciuitatem, pro delicto tamen commisso extra ciuitatem non obstante impedimento alterius delicti in ciuitate commissi excepturi in banno, indulgentia militabat, sed quia pro delicto commisso in ciuitate inquisitus prætendebat esse innocens, præterea fuit causa remissa reuidenda M.C.V. citra præiudicium partis, Fisci, & petitæ indulgentiæ
35 Franch.decis.350. & † Indultus generalis nondum publicatus, sed tantum coram nonnullis declaratus cum reseruatione aliquorū, an possit à Principe reuocari, vel reseruatorum numerus augeri, concluditur quod sic,
36 Capyc.decis 133. Vrsil.decis.361.& † indultatus, si fuerit captus cum indultu, & indultus reuocetur clarum est quod debet reponi in pristinam libertatē, Quid si inquisitus fuerit captus
37 cum nominatione, † an debeat reponi in pristinam libertatē, ex quo fuit captus cum simplici nominatione fuit decisum in S.C. captum esse reponendum pristinæ libertati, Ascan. Tholom. in add. ad Nunt. Tart. in eius Magistr. Fisci 2. par. defens. reor. cap.
38 1. incipi si delinquēs, & † indultus factus per baronem terræ, alicui vasallo pluries delinquendo, & reiterando homicidia an profit prædicto inquisito, & carcerato in M.C.V. fuit per M.C.V. conclusum, ac decretum esse vltimo supplicio condemnandum, ex quo in aliquibus homicidijs non aderāt partium remissiones, nec aliqua concordia, Gram. in vot.35. num. 10.
39 & † indultus admittitur pro delictis, in quibus est accusatio instituta, vel informatio formata, & sic ad pendentes processus, non ad futuros porrigitur, pro qua opinione est decisum esse necessarium, vt indultandus in precibus exprimat omnia delicta, pro quib. vult indultari vt plures rescripsit Reg. Collat. Consil. ex maxime Audientiæ Aprutij vt inquit Grand. de Bell. exul. in 3. quæst. num.25. rubr. de quantitate: & indultus generalis alicui concessus de omnibus criminibus, an extendatur ad delicta in officio commissa, concluditur, quod nō per tex. in l. mancipia, vbi Bald. C. de seru. fugit. nisi in specie fuerit dictum à Principe, & ita in facto contra quēdam Cōitem, qui habebat indultum generalem de criminibus fuit pronunciatum, quod non extendatur ad extorta à suis vasallis ratione officij meri, & mixti imperii, quod habebat vt in pleno consilio obtinuisse fatetur Paris de Synd. vers. an si potestas condemnauit nu.9. fol.25.
40 Nota autem † quod si post concessum indultum dubitetur de viribus indultus, interim indultatus debet carcerari Laurent decis. Auen.42.
41 Sed num † Episcopus possit facere indultum illis, qui aliorū delicta detegunt, vide affirmatiuam opinionem apud D. Ricc. in decis. 271. par.2. vbi sic decisum refert in curia Archiepiscopali Neapolitana in quadam facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 *Quæ delicta excipiantur in indultu, de quo in præsenti pragmatica.*
2 *Asserens simplicem fornicationem non esse peccatum, dicitur hæreticus, nec gaudet*

gaudet præsenti indultu, sed suspectus de hæresi benè gaudet vt numero 3.

4 *Statutum loquens de hæreticis non comprehendit suspectos de hæresi.*

5 *Offendens officialem regium in officij executione absque odio priuato non gaudet hoc indultu, quia committit crimen læsæ maiestatis, vt nu. 6.*

7 *Conspirans contra officialem baronis cõmittit crimen læsæ maiestatis.*

8 *Homicidium factum ad defensionem non dicitur homicidium.*

9 *Proditor non dicitur occidens amicum reconciliatum.*

10 *Neque potest dici proditor occidens inimicum suum à tergo.*

11 *Assassinium committitur non solũ per dantem, sed etiam per recipientem pecuniam, & idem est in fauorem, vel auxilium præstante, vt nu. 12.*

13 *Sub exceptione vitij nefandi in indultu non comprehenditur ille, qui non ponens membrum intus partes pudendas, & extra vas se polluit, & idem dicitur de attentante, & non perficiente dictum vitium vt num. 14.*

15 *Habens copulam cum moniali non professa gaudet indultu.*

16 *Sacrilegium laici cum moniali punitur à Iudice layco.*

Sigillãs literas alieno sigillo in crimen falsi incidit.

17 *Testis eo ipso quod pecuniam recipit falsum committit.*

18 *Testis falsus in causa capitali punitur morte, quod amplia vt num. 19.*

20 *Falsitas præsumitur ex atramenti diuersitate.*

21 *Falsitas potest commitis in instrumento nullo, vel sententia pariter nulla.*

22 *Qualis sit pœna notarij falsa instrumẽta conficientis.*

23 *Notarius propter latam culpam non cognoscens personam conficiens falsum testamentum, quomodo puniatur.*

24 *Falsitatis author quis sit habendus ipse scribens vel registrans.*

25 *Falsitatis suspicio oritur ex scriptura contra stylum.*

COLLECTANEA 2.

Super Pragmatica XI. sub Rubrica de Abolitionibus.

NVper per Regiam Catholicam Maiestatem &c. In hac pragmatica habes indultum amplissimum cõcessum ab Inuictissimo Rege Nostro Philippo III. tempore, quo adeptus fuit possessionem Regnorum paternorum ex hæreditaria successione, & contraxit felicissimas Nuptias cum Serenissima Regina Margharita ab
1 Austria exceptis † criminibus læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, falsæ monete in fabricando, tondendo, seu diminuendo, homicidij, tertia vice patrati vulneris proditoriè Sclopo Rotato, aut aliter illati, vel assassinio mediante, vitii nefandi, vsus venerei cũ sanctimoniali, disrobationis stratarũ incestus, adulterationis sigilli Principis, & cuiuscunque Regii Tribunalis, propinationis veneni cũ morte subsequuta, cedis officialis regalis, seditionis populorum, falsi testimonii in causa capitali, & exemptionis reorũ in causa capitali nec non exceptis delictis ab officialibus in exercitio officiorum, & falsitatibus à Notariis in instrumentis, aut scripturis publicis commissis, ex quibus patet quantum differat hic indultus ab illo, qui fuit concessus tempore, quo Rex Philippus II. gloriosissimæ memoriæ suscepit Regni gubernacula, de quo in pragmat. 5. supra eodem, vbi satis pauciora delicta fuerunt reseruata, vt ibi notauimus.

Dum autem exceptuatur (crimen læsæ maiestatis diuinæ, & sic hæresis)
2 dicas ipso indultu non gaudere † asserentem simplicem fornicationẽ non esse peccatum, quia talis reputatur hæreticus, Cappella Tholos. in decis.
3 347. licet † suspectus de hæresi bene
4 gaudeat, quia † statutum loquens de hæreticis non comprehendit suspe-

Digitized by Google

ctos ex decisionibus Rotæ Romanæ 999.1000.& 1001.part.3. lib.3. in nouissimis Tholomei.

Et dum exceptuatur (crimen læsæ maiestatis humanæ) vide Franch. Marc.in decis.153.& 436.part.2.

5 Et dicas † offendentem officialem regium in officii executione absque odio priuato non gaudere hoc indul-
6 tu.† nam dicitur committere crimē læsæ maiestatis, Idem Franc. Marc.in
7 decis.292. part.1. licet quando † contra officialem Baronis conspiratur læsæ maiestatis crimen non committitur, & consequenter offendens debet gaudere indulgentia Viuius decis.278

Ibi *Homicidij tertia vice patrati*, nota quod si quis cōmiserit duo homicidia, & alterum pro eius defensione
8 poterit gaudere indultu,nam † homicidium factum ad defensionem non dicitur homicidium, quia defensionis,& non vltionis causa fit, Franch. Marc.in decis. 769. part.1. facit decisio Rotæ Lucensis 56. apud Magon.& vide Viuium in decis. 439. Caball. in in resolut.crimin.88.Anton. in decis. 26.lib.2.nouissimè Criuell.in decis.Senat.Dolan.26. Item si fuerint duo homicidia patrata, & fuerunt aliàs data tantum vulnera, ex quibus mors non est exorta,adhuc poterit iste vti beneficio indultus Maring.in decis.50.

Ibi *vulneris proditorie sclopo rotato* aut aliter illati,vide decisionē Franc. in decis.713.vide Mart.in decis.Pisan.
9 235. sed an † proditor dicatur occidens inimicum reconciliatum, negatiuè decisum tradit D. Ricc. in
10 decis.168.part.1. & † proditor an dicatur occidens inimicum suum à tergo negatiuè refert decisum idē Ricc. in decis.80.ead.par.1.

11 Ibi *mediante assassinio* nota † quod non solum per dantem,sed etiam per recipientem pecuniam assassinium
12 committi dicitur, † Idem si auxiliū, vel fauorem quomodolibet super illo committendo præstiterit, ex decisione Capicii 155. & Triuisan. 18. part.2.

Et dum exceptuantur (vitium nefandum sodomiæ committentes) no-
13 ta † non comprehendi sub ista exceptione illum, qui membrum inter pudendas partes non ponit,sed extra vas tantum se polluit,vt apparet ex diuisione Cathaloniæ apud Peguer.in de-
14 cis.72. & sic etiam † sodomia attentata,& non perfecta,idem peguer. in decis.75. vide D. Ricc. in decis.142. part.2.

Ibi tamen(vsus venerei cum sancti moniali) dicas illam exceptionē non
15 procedere vbicunque † Res venerea agitur cum moniali non professa ex decisione Palatii Apostolici Venetiarum 57. part. 2. apud Triuisan. &
16 hic scias, † quod sacrilegium Laycì cū moniali est punibile à Iudice seculari Cacher.in decis.Pedem.103. sed tu videas nouiter Martam in decis.Pisan 235. qui dicit sacrilegium esse mixti ori.

Ibi *Adulterationis sigilli*, ad ipsius versiculi ornatum videas decisionem Parlamenti delphinalis apud Franc. Marc.in decis.738.par.1.& scias quod sigillans literas alieno sigillo in crimen falsi incidit, Idem in decis. 994. Boer.decis.82.Gramat.decis.27.Affli. decis.404.

Et in vers.*propinationis veneni cum morte subsequta* poteris videre Gramat.in decis.2 & Mut.in decis.Sicilia.

Sed dum exceptuatur (falsum testimonium in causa capitali) quæro quomodo veniat falsitas testium probanda, vide Cappellam Tholos.in de-
17 cis. 284. & scias quod † testis eo ipso, quod pecuniam recipit falsum committit Cappella Tholos. in decis. 285. Franc.Marc. decis.487. part.1. & no-
18 ta quod † testis falsus in causa capitali punitur morte ex decisione consilii Cathaloniæ apud Peguer.in decis. 19.
19 quod procedit † etiam si reus habuisset gratiam,vide Cabal.in resolut.165. Cacher.in decis.19. & Ludouic.in decis.

Digitized by Google

cis. Lucens. 15. Sed testis falsum deponens in crimine publico non capitali, quomodo puniendus est, adeas Guid. Pap. in decis. 44.

Ibi *exemptionis reorum in causa capitali* ad ipsius versiculi ornatum vide Guid. Pap. in decis. 519. & decis. 579. Franch. in decis. 442. Cabal. in resolut. 8. Viu. in decis. 92. Amat. in decis. 104. Boer. decis. 217. & D. Ricc. in decis. 204. part. 2. vbi reperies qualiter sit puniendus eximens se, vel alium à manibus satellitum.

Ibi *exceptis falsitatibus à Notarijs in instrumentis, aut publicis scripturis commissis*, Nota ad istius versiculi orna-
20 tum, quod † falsitas præsumitur ex atramenti diuersitate in scriptura ex diuisione Rotæ Romanæ 137. parte 2. in nouissimis Cantuccii, vide decisionem Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ apud D. Ricc. in decis. 10. part.
21 2. & aduertas † falsitatem posse committi in sententia nulla, vel instrumento nullo, Franc. Marc. in decis. 669. part. 1. qui in decis. 671. part. 1. resoluit, quod quando data instrumenti, aut conclusionis falsa apponitur, mutationem veritatis esse dicit, alte-
22 ri nocendi animo, sed † Notarius falsa instrumenta conficiens quomodo puniatur in Regno vide Capic. in decis. 153. & quid si non sit Notarius,
23 Gramat. in decis. 27. & † Notarius propter latam culpam non cognoscens personas falsum testamentum conficiens quomodo puniatur Laurent. in
24 decis. Rot. Auenion. 107. † Sed falsitatis Author, quis habendus sit, is ne, qui scripsit, vel qui registrauit Franc. Marc. in decis. 700. part. 1. qui in decis. 741. eadem part. 1. refert conclusum in Parlamento Delphinali falsitatis suspicionem oriri ex scriptura contra stylum.

SVMMARIVM.

Accusatus suum accusatorem, & eius familiam pendenti accusatione de nullo crimine accusare potest, quod limita, vt nu. 2. & 4.

3 *Reus factus debet se purgare, & antequam non fuerit excusatus accusare non potest.*

5 *Appellatione suorum, quinam ueniant.*

6 *Accusare an possint frater, & soror de morte filij patre remittente.*

7 *Accusator falsi quid teneatur exprimere.*

8 *Accusatus à muliere per procuratorem ipsius, an possit respondere per procuratorem.*

9 *Accusatione præscripta an possit inquiri.*

10 *Accusatio delicti quomodo transeat ad hæredes instantia quando perimat accusatore mortuo ibid.*

11 *In libello accusationis, quæ sint explicanda.*

12 *Accusatore absente quando accusatus possit absolui.*

COLLECTANEA 3.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Accusat.

Legislatoris est &c.

1 Hic habes dispositum vt † accusatus suum accusatorem, eiusque familiam, & suos pendente accusatione de nullo crimine potest accusare ad effectum procedendi, nisi vt
2 † accusatus præstet cautionem de stando iuri prima accusatione finita, si tamen delictum occurat post primam accusationem propositam, potest accusare etiam ad finem producendi.

Circa materiam, de qua loquitur ista nostra pragmatica habes duos Ritus M.C.V. scilicet Ric. 192. & 197. & cap. Regni incip. iniunxi, & de iure communi habes tex. in l. is qui reus de public. iudic. vbi sancitum est, quod
3 si quis † reus factus sit purgare se debet, nec ante potest accusare, quam fuerit excusatus, quæ conclusio pro-

Digitized by Google

batur etiam in l. negãda C. qui accuſ. non poſſ. reaſſumpta in cap. neganda il 2.3.quæſt.11.

4 Limita tamen nõ procedere † quotieſcunque accuſatio prouenirer ex eodem fonte, nam ſi ſequitur quærela alterius proceditur contra vtrumq., vt per Gramat. in deciſ. 53. exempli gratia quando vnus accuſat alium de periurio virtute vnius inſtrumenti, & accuſatus virtute eiuſdem inſtrumẽti accuſaret accuſatorem de periurio, vt fuit deciſum in S.C. in occurrenti facto.

Dum autem in hoc textu habetur, quod accuſatio eſt facienda ab eo, qui proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriã, tu ad ornatum videas Maring.

5 in deciſ. 1. vbi firmat † appellatione ſuorum venire parentes, & ſic patrẽ, & matrem, auum, & auiam, & omnes aſcendentes. Item filios, & qui liberorum appellatione veniunt, inſuper fratrem, ſororem, amitam, nepotem ex fratre, ſobrinum, ſobrinam, vel ex ſobrino natum, aut ex ſobrina. Maritum, ſocerum, & ſoceram, generum, nurum, vitricum, nouercam priuignum, ſeruum, dominum, compatrẽ, commatrem, filios naturales, & amicos ſingulari amicitia coniunctos.

Nota tamen nepotes non venire appellatione ſuorum, vide Carocc. in deciſ. 69.

Sed an accuſare poſſint hæredes de periurio commiſſo per debitorem, qui non obſeruauit, ad quæ tenebatur defuncto, ſtante clauſula in inſtrumento adiecta pro ſe, & hæredibus, fuit deciſum, ex quo iuramentum ipſum fuerit præſtitum recipienti pro ſe, & hæredibus, quod poſſint accuſare de periurio cum eis commiſſo Capyc. deciſ. 75. ſeſſa in deciſ. Aragon. deciſ. 98. vbi ſic etiam deciſum re-

6 cenſet, & † an accuſare poſſint frater, & ſoror de morte filii patre remittente iniuriam, fuit deciſum, quod non, licet in alio caſu fuiſſet determinatum contrarium hoc eſt, quod noluerunt iudices etiam facto verbo, attenta prius remiſſione inſtantibus ſororibus, & fratribus admittere ad indultum inquiſitum, de quo teſtatur Vrſil. deciſ. 180. & accuſare an poſſint hæredes de periurio debitorem non obſeruantem promiſſa defuncto vigore clauſulæ iuramenti præſtiti pro ſe, & hæredibus, fuit deciſum quod pro periurio commiſſo poſt mortem poſſint hæredes accuſare ſolum, & ſic no de periurio commiſſo cum defunct Capyc. deciſ. 75. ſeſſ. deciſ. Aragon. 98

7 num. 25. & † accuſator falſi an teneatur exprimere falſi qualitatem, locũ, & in qua parte, ex quo tractabatur de impedienda reaſſumptione inſtrumenti teſtamenti tantum, non tamẽ de accuſatione falſi, nec ciuiliter procedendi, fuit deciſum, quod ad iſtum actum non teneatur actor declarare

8 Capyc. deciſ. 79. & † accuſatus à muliere per procuratorem ipſius an poſſit reſpondere in cauſa criminali per procuratorem fuit deciſum in M. C. quod ſic, licet aliàs fuiſſet contrariũ deciſum per eandem M.C.V. & accuſantes, ſeu querelantes aliquem figurãdo fuiſſe ab eodiſrobatos non coſtito de delicto, nã multi ad deſati gaudum inimicos, vel vt aliquid cõſequi poſſint ab aliquo figurant multas impoſturas, quare in contingentibus caſibus fuit determinatum debere torqueri, & caſu quo confeſſi ſunt dè talibus impoſturis puniendos eſſe vide Cabal. reſolut. 166. & accuſator an teneatur exprimere diem pro defenſione rei, fuit deciſum quod nõ, per mag.

9 Cur. Vicar. † accuſatione autem præſcripta an poſſit inquiri vide Caball. reſol. 5. & accuſatio delicti occulti nũ præſcribatur, vide eundem reſolut. 6. & præſcriptio delicti duplicati quando incipiat, adeas eundem reſolut. 7.

10 & † accuſatio quomodo tranſeant ad hæredes lege Franc. Marc. in deciſ. 755. inſtantia autem in criminalibus quando perimat accuſatore mortuo, Rot. ſpir. deciſ. 28. part. 3. & accuſatio

quan-

quando ad omnes pertineat Franc. Marc. in decis. 72. part. 2. & accusatio quando fiat contra plures, idem in decis. 565. par. 2. & accusatio quando sit
11 incerta idem decis. 176. par. 1. † in libello tamen accusationis, quæ explicanda sunt adeas Garziam à Tolet. in decis. 68. & accusator quando denuo admitti possit vide Mynsing. decis. 82. part. 2. vxor autem, & filii, an admittatur ad accusandum affirmat, Franch. in decis. 382. Boer. decis. 233. & accusator calumniosus an condē-
12 netur in expēsis Barz. decis. 145. † accusatore tamen absente quando accusatus absolui possit adeas Bellam. decis. 79.

SVMMARIVM.

1 *Actuarius potest signare actum rogatū à suo scriba substituto.*
2 *Exceptis obligationibus scribæ possunt facere alia acta.*
3 *Acta, quæ scribuntur per officiales non valent, & sunt nulla.*
4 *Notarius non potest recipere iuramenta testium etiam affuturorum.*

COLLECTANEA 4.

Super pragmatica IX. sub Rubr. de Actuar. & scribis.

Item essa fidelissima città.

Mandatur hic, vt obligationes capiant ur per magistros actorū; & non per scribas.

Aduerte, quod totum contrarium procedit de iure communi, vt habes apud Mohedanus in decisio. Rotæ
1 Rom. 347. vbi quod † actuarius potest signare actum rogatum à suo scriba substituto, ac si illum rogasset ipsemet Actuarius, vnde notandum
2 puto, † quod exceptis obligationib. scribę possunt facere alia acta, iuxta hanc decisionem, cum pragmatica loquatur tantum de obligationibus, vnde tanquā stricti iuris, cum sit contra ius commune non debet ad cætera acta extendi.

3 Nota autē hic obiter, quod † acta debent scribi per Notarium actuarium, & scripta per officiales non valent, & sunt nulla, vt late per Vinium
4 in decis. 48. Item quod † Notarius nō potest recipere iuramentum testiū, etiam affuturorum, nisi de commissione iudicis, vt per Crescen. in decis. Rot. Rom. 1. de iur. iur.

SVMMARIVM.

1 *Actuarij non recipientes fideiussores idoneos tam in ciuilibus, quam in criminalibus in subsidium tenentur de eorum proprijs bonis, excusso tamen fideiussore, vt num. 2.*
3 *Actuarij recipientes consanguineos, seu coniunctos principalis in fideiussores non tenentur, sed hoc non probat author, vt num. 5.*
4 *Coniunctus non præsumitur relinquere illaqueatum suum coniunctum.*
6 *Fideiussore non idoneo recepto de consensu partium actuarius excusatur.*
7 *Actuarius recipiens fideiussorem cum debitis cautelis, & informationibus non tenetur ad pœnam pragmaticæ.*
8 *Actuarius recipiens fideiussorem non idoneum de mandato iudicis excusatur.*
9 *Mandatum iudicis excusat.*
10 *Excusatur actuarius quando principalis, est satis idoneus.*
11 *De mandato iudicis volentis recipi fideiussores non idoneos debet aliunde constare, quam ex scriptis per eundem actuarium.*
12 *Simile mandatum iudicis, debet per alium actuarium scribi.*

COL-

COLLECTANEA 5.

Super pragmat.XV.sub.Rub. de Actuar.

Fra l'altre gratie.

MAndatur hic quod actuarij,qui te nentur pro obligatis in subsidiū facta discussione principalium procu rent illorum discussionem infra annum,aliàs finito anno teneantur statim de proprio.

Pro Choronyde firmo regulam,
1 quod † si actuarij tā in criminalibus, quam in ciuilib.fideiussores idoneos non receperint, & non sunt soluendo in subsidium tenentur de eorum proprijs bonis pœnam soluere, & dannũ l.2.§.vlt.ff.de mag. conueniend. & §. sciendum instit. de satisdat. tutorum Caball.resolut criminal.cas.73.& ita fuit dictum in Rota Rom.in vna Romana pecuniar.19 Februarij 1590.coram Illustrissimo Plato,vbi in omni-
2 bus causis testatur ita seruari † excusso tamen prius fideiussore,sequitur Gratian.in decis. Rot. Marchiæ 69. qui limitat non procedere,quando recipiunt in fideiussores cōsanguineos, & coniunctos principalium maxime in cautione iudicio sisti, & de præsen-
4 tando,quia tunc † etiam si soluendo non essent, quia nō præsumitur,quod coniunctus relinquat suum coniunctum illaqueatum,videntur idonei fideiussores,ita est text.in l.1.ff. in ius
5 vocat.vt eant,†.verum hanc limitationem,ego non approbo,vt in effectu videtur sentire idem author in simili statuto,& contra hanc limitationem consultus respondi multis quippe vicibus.
6 Verum † quando ex consensu partium recipitur fideiussor, & ex ipsorũ conuentione sumitur cautio per ipsum magistrum actorum, tunc excusatur recipiendo non idoneum,quia ipsi parti imputatur, vt argumento tex.in c.damnum de reg.iuris fuit decisum in curia Archiepiscopali Neapolitana teste D. Ricc. in decis. 49.
7 part. 2.qui dicit † etiam excusari actuarium quando recipitur fideiussor cum debitis cautelis,& præcedenti-
8 bus informationibus,vt etiam † quādo actuarius de mandato iudicis acciperet fideiussorem minus idoneum,
9 † quia mandatum iudicis excusat actuarium, & non tenetur, vt habetur per Ludoui.in decis.Lucens.33.qui di
10 cit † excusari etiam,quando principalis esset satis idoneus,sed est aduertendum, veram esse declarationem
11 vbicunque †. accipitur fideiussio de mandato iudicis,verum de ipsius mā dato debet constare aliunde, quam ex scriptis.per eundem actuarium,qui asserit in fideiussione eum fideiussorē de iudicis mandato recepisse,nam ip-
12 sius assertionibus non creditur, sed † commissio, & mandatū de ipso recipiendo debet per alium actuarium scribi,vt habes ex Afflic.decis.317.

SVMMARIVM.

1 *Notarij,& actorum magistri de iure cō muni ad aliud non tenentur,quam ex eorum assertionibus cognoscere contrahentes.*
2 *Actuarij non tenentur cognoscere, de quibus in præsenti pragmatica.*
3 *Actuarij facientes obligationes absque solemnitatibus requisitis in hac pragmatica tenentur de proprio,& obligationes sunt nullæ.*
4 *Notarij ex errore,vel culpa omittentes apponere in instrumentis debitas solemnitates si instrumenta sunt nulla tenentur partibus ad interesse passum.*
5 *Obligationes pœnes acta possunt per actuarios capi,etiam diebus feriatis,& possunt accusari absque aliquo obstaculo vt nu.6.*
7 *Copia obligationis pœnes acta non facit fidem nisi originalis obligatio reperiatur registrata in libro originali.*

COL-

COLLECTANEA 6.

Super Pragmat. XVI. sub Rubrica de Actuarijs.

Fra l'altre gratie

ORdinat præsens pragmatica vt obligationes, & fideiussiones quæcumq. non capiantur, nisi adhibitis duobus testibus notum habentibus obligatum cum subscriptione eiusdem obligati propriæ manus, vel actuarij, si nesciat scribere.

1 De iure communi † notarij, et actorum magistri non tenentur ad aliud, quam ex eorum assertionibus cognoscere contrahentes, vt habetur per Franch. in decis. 262. quod hic corrigitur.

Sed quæro pro ornatu pragmaticæ:
2 † an actuarij teneantur cognoscere hos duos testes se subscribentes asserentes cognoscere ipsos principales; & respondeo, quod dum in hac pragmatica non exprimitur, vtique censetur relictum dispositioni iuris communis l. commodissime ff. de liberis, & posthumis, quo iure non tenentur actuarij, & notarij testes, qui in contractibus interueniũt cognoscere, vt fuit dictum in Rota Roman. in vna fideiussionis Burgen. coram Brauo. vnde venit dicendum actuarios non teneri cognoscere hos testes duos, de quibus loquitur pragmatica.

Et aduerte ex hac pragmatica,
3 quod † actuarij, qui ceperint, fecerintque obligationes absque solemnitate expressa hic duorum testium subscribendorum, & subscriptione obligatis, vel fideiubentis, vel subscriptione eiusdem actuarij subscribentis nomine principalis scribere nescientis, vltra quod obligationes sunt nullæ, tenentur ipsi de proprio ad damnum, & interesse pro obligationibus nullis, creditoribus, circa quod concordat ista pragmatica cum dispositione iuris communis cuius vigore
4 † notarij ex errore, vel culpa omittẽtes apponere in instrumentis debitas solemnitates, ob quarum defectum si instrumenta fuerunt nulla, tenentur partibus ad interesse passum, vt ex l si. C. de magist. conueniend. & ex late traditis per Ludouicum in decis. Lucens. 33.

5 Nota obiter quod † obligationes pœnes acta possunt per actuarios curiarum recipi,
6 † etiam diebus feriatis, & captæ diebus prædictis feriatis valent, & possunt accusari, & exequi absque alliquo obstaculo l. actus C. de ferijs, & vide Viuium decis. 55. Item
7 nota † quod copia, seu exemplum obligationis penes acta non apparente originali obligatione scripta in libro originali non probat, nec fidem facit, vide Puteum decis. 415. lib 1.

SVMMARIVM.

1 *Electio Syndici, & electorum fieri debet per eundemmet Syndicum, & electores congregato consilio.*

2 *Electio Syndici non potest fieri per Baronem preuia nominatione Vniuersitatis.*

3 *Electio dictorum officialium debet fieri absque expressione verborum illorum pro nobilibus, & pro ciuibus non obstante contraria obseruantia proximorum annorum.*

4 *Electio officialium vniuersitatis non debet per Barones procurari.*

5 *Electio fieri solita per prædecessores tantum, an corruat Barone affirmante, vt fieri debeat per totam vniuersitatem.*

6 *Electio officialium vniuersitatis non cadit in personas debitrices, tam actiue, quam passiue, vel litigantes cum ipsa vniuersitate.*

7 *Electio magistri iurati ad quem debeat spectare.*

8 *Electio dicitur nulla si non vocantur qui interesse debent.*

Electio

Digitized by Google

9 Electio Camerarij, & ærarij facienda est de personis habilibus.
10 In electionibus decurionum est preferendus maior ætate.
11 Electus non potest administrare ante cõfirmationem.
12 In electionibus debet haberi respectus ad numerum personarum, non autem ad qualitatem, seu dignitatem.
13 Quando officiales creantur debet seruari mos antiquus.
14 Concilium vniuersitatis dicitur nulliter conuocatum, vbi non congregatur in loco solito.
15 Consuetudo loci est attendenda, & obseruanda in omnibus actibus.
16 Ad effectum vt quid dicatur consuetum debet concurrere actuum frequentia, quæ versatur circa duos actus.
17 In congregatione vniuersitatis saltem requiruntur duæ partes omnium habentium vocem.
18 Procurator constitutus à minori numero duarum partium interuenientium non valet.
19 Factum duarum partium vniuersitatis censetur factum ipsius vniuersitatis.
20 vniuersitas obligatur in ijs, quæ sunt communia pluribus, vt vniuersis.
21 In actu vniuersitatis requiruntur saltẽ duæ partes uniuersitatis, & tunc dicitur factum à maiori parte, nu. 22.

COLLECTANEA 7.

Super pragmat. XI. sub Rub. de Administrat. vniuersitatis.

volumus &c.

HIc cauetur vt electio Syndicorũ & officialium vniuersitatis fiat per ciues more solito, & confirmatio illorum licet per eos, ad quos spectat.

Ad huius pragmaticæ ornatũ quæro de pluribus, & primo † electio Syn-
1 dici, & electorum an fieri debeat per eosdemmet Syndicum, & electos representantes vniuersitatem, vel per vniuersitatem congregato consilio, fuit conclusum fieri debere electionem per vniuersitatem congregato consilio Franch. decis. 210. & sic fuit etiam decisum in S. C. sub die 26. Februarij 1580. inter vniuersitatem Potignani cum particularibus ipsius pęnes Secretarium.

2 Quæro 2. † electio Syndici, & electorum, an fieri possit per Baronem in possessione existentem pręuia nominatione vniuersitatis negatiuè fuit decisum de Franch. in dicta decis. 20.

Quæro 3. electio officialium regiminis ciuitatis fieri solita sub certo numero nulla expressione facta Nobilium, aut popularium, si demum fuerit contrarium obseruatum per tres annos fortè cum expressione trium Nobilium ex eis, & trium ex ciuilib. an iure subsistere possit, fuit decisum
3 in facto, † electionem ipsam esse faciendam absque expressione verborũ illorum pro Nobilibus, & pro ciuibus, non obstante contraria obseruantia proximorum annorum.

4 Quæro 4. † electio officialium per vniuersitatem facienda, an sit per Barones procuranda, vt officiales ad eorum votum sint, fuit decisum, quod Barones abstineant, & permittant ciues libere eligere Capiblanc. in pragmat. 10. no. 43 de Baronibus.

5 Quæro 5 † electio illorũ de regimine vniuersitatis fieri solita per prędecessores tantum, an corruat Barone contrarium asseuerante, vt fieri debeat per totam vniuersitatem, fuit per Sacr. Consil. interpositum decretum, vt caperetur informatio, & interim pro illo anno electio non fieret per veteres tantum de regimine, sed super totam vniuersitatem congregato consilio, vt fuit decisum in S. C. inter vniuersitatem Terræ Faræ, & eius Baronem pęnes bancã Scacciauenti.

6 Quæro 6. electio Syndicorum, aliorumque de regimine vniuersitatis nũ cadat in personas debitrices, aut litigantes

Digitized by Google

gantes cum Vniuersitate iuxta pragmaticam de admin. Vniuersit. & num passiuè procedat, an autem actiuè, vt sint exclusi à voce actiua, fuit iudicatum in Collat. Cons. referente. Regente Constantio in causa Vniuersitatis Neritoni, quod sint exclusi actiuè, & passiuè.

7 Quæro septimo, electio Magistri iurati in terris, an ad Baronem, vel ad Vniuersitatem spectet, deciditur in terris Baronum spectare ad eos, in terris verò demanij spectare ad Vniuersitatem, Franch. decis. 43.

8 Quæro octauo, An sit † electio nulla si non vocentur omnes, qui interesse debent, affirmatiuè vide decisum apud Annam in singul. 161. & sic alias fuit iudicatum in causa particularium Terræ Solofræ sub die 2 Septēbris 1578. in Banca de Caro.

9 Nota autem, † quod electio Camerarij, & Aerarij facienda est de personis habilibus, iuxta tamen obseruantiam, vt decisum refert Capiblanc. de Baronibus prag. 16. num. 72. Item electus non potest eligi ad idem officiū per quinquennium, & ad aliud per triennium etiam volens, quando officium non esset cum sumptu, vt decisum fuit in Regio Collaterali Consilio.

10 Nota etiam, † quod in electionibus Decurionum est præferendus Maior ætate, vt decisum per Senatum Lusitaniæ tradit Phœbus in decis. 66. vbi
11 pariter dicit decisum † electum non posse administrare ante confirmationem, & iudicatum pariter refert in
12 his electionibus † debere haberi respectum ad numerum personarum, & non ad qualitatem, & dignitatem eligentium, & vide eundem in decis. 67. vbi refert decisum, electum à digniori esse præferendum, quando dantur pares voces, licet in alia causa iudicatum postmodum dicat, quod si dentur pares voces in electionibus Nouos suffragatores esse vocandos ex proceribus Ciuitatis, vel iuxta consuetudinem debeant cooptari Decuriones Seniores anni præcedentis, do nec præualeat aliqua pars votantium.

Dum autē in textu dicitur, (quod electio fiat more consueto) aduertas hoc in iure benè fuisse fundatum cū in talibus electionibus debeant seruari leges, statuta, & consuetudines cuiusque loci. l. pen. C. de iur. fisci lib. 10. l. 6. ff. quod cuiusque vniuersitat. no-
13 min. Franc. Marc. decis. 80. † Officiales enim quando creantur debet mos antiquus seruari, aliàs electio esset nulla.

14 Et quod † Concilium Vniuersitatis dicatur nulliter conuocatum, vbi non congregatur in loco solito, & cō sueto, tradit Maring. in decis. 3. allegans tex. in l. 2. C. de Decur. lib. 10.

15 Ratio autem desumitur, † quia consuetudo loci est attendenda, & obseruanda in omnibus actibus, vt per Puteum in decis. 176. libro 3. vbi quod consuetudo vincit legem Gail obseruat. 36. lib. 1. Ludouic. decis. Perus. 14. Carocc. decisio. 111. Arumeus decis. 14.

Ibi autem in textu (consueto) ad
16 ornatum aduertendum est, quod † ad effectum, vt quid dicatur consuetum concurrere debet actuum frequentia vide Franc. Marc. in decisio. 255. par. 1. Afflict. decis. 321 & decisio. 388. Viu decis. 130. Gratian. decision. 148. Crescent. decis. 1. de consuet. Bellon. in decis. 17. Barzius decis. 95. Caccher. decis. 99.

Quæ actuum frequentia versari debet necessariò circa duos actus, Grammat. decis. 48. Franc. decis. 91. Mastrill. decis. 67. Rota diuers. in decisione 72. par. 2.

Et quatenus aliqui tenuerint, vnicum actum sufficere, scias, vltra quod hæc opinio non attenditur, tamen procedit quoad probandum solitum, vide Thesaur. in quæst. forens. siue decis. 38. lib. 1.

17 Scias vlterius, quod † in congregatione

C

tione Vniuersitatis requiruntur, saltem duæ partes omnium habentium vocem in d. Vniuersitate, vt ex tex. in l. plane. ff. quod cuiusque vniuersitatis, ex quo infertur ad solemnem decisionem Bellamer. 275. vbi fuit dictum quod vt Rector expediat negotia vniuersitatis requiruntur duæ partes:
18 Infertur secundo, quod † procurator constitutus à minori numero duarũ partium Vniuersitatis non valet Minsynger. obserua. 82. centur. 1. Infertur
19 tertio, quod † factum duarum partium vniuersitatis censetur factum ipsius vniuersitatis. Afflict. decisione 373. Infertur quarto, ad decis. Capyc.
204. vbi fuit dictum, quod † Vniuersitas vt obligetur in iis, quæ sunt cõmunia pluribus, vt vniuersis debent esse saltem duæ partes vniuersitatis, secus in iis, quæ sunt communia pluribus, vt singulis, quia tunc necessarius esset consensus omnium de Franchis decis. 197. Franciscus Marcus in decisione 489. Infertur quinto, quod † in actu Vniuersitatis requiruntur saltẽ duæ partes Vniuersitatis, idem Franciscus Marcus in decis. 225. par. 1. &
22 idem in decis. 783. & † dicitur tunc factum à maiori parte, idem in decis. 226. & tunc debent pariter nomina singulorum specialiter annotari Frãcisc. Marc. in decis. 778. & 779. quamuis Mohedanus in decis. 1 de reb. eccles. non alienandis referat Rot. decidisse præfatam solemnitatem non nisi in grauioribus negotiis necessariã esse, quam nota ad ornatum tex. in c. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte. Capit.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia æquiparatur affinitati, & coniunctioni sanguinis, imò anteponitur ipsi consanguinitati. num. 2.*
3 *Amicitia æquat, imò superat fraternitatem, & amici inter se habent id totum, quod inter se obtinent consanguinei ratione affectionis sanguinis, tantum operatur amicitia, quantum consanguinitas. num. 4.*
5 *Dispositum inter consanguineos habet locũ inter amicos.*
6 *Amicitia superat parentum affectionem.*
7 *Patres, & consanguinei repelluntur à testificando pro filiis, & eorum consanguineis, sic etiã amici pro eorum amicis.*
8 *Liberi capiunt legata ex testamento minus solemni, ita etiam amici. ibid.*
9 *Cessat statutum, vbi statuti verba cessant.*
10 *Statutum strictè interpretatur.*

COLLECTANEA 8.

Super Pragmatica IV. sub Rubrica de administr. Vniuers.

A nostra notitia è peruenuto, &c.

Cauetur hic, quod Sindici destinãdi Neapolim pro negotijs vniuersitatum non sint filij, aut aliter cõiuncti Decurionibus, & eligantur in parlamento publico.

Amplia procedere dispositionem huius pragmaticæ, vt nequeant Decuriones eligere eorum amicos, vt
1 per Maring. in decis. 83. quia † amicitia æquiparatur affinitati, & coniun-
2 ctioni sanguinis, imò persæpè † anteponitur ipsi consanguinitati. l. sed si plures. §. in arrogato ibi amicus, vel cognatus. ff. de vulg. & pupil. substit. l. Theopompus ibi amici, & cognati. ff.
3 de dot. præleg. imò quod plus est † amicitia æquat, imò superat fraternitatem, & amici inter se habent id totum, quod inter se obtinent consanguinei ratione affectionis sanguinis,
4 † & tantum operatur amicitia, quantum consanguinitas, in tantum, quod
5 multi DD. dixerunt, quod † dispositũ inter sanguine coniunctos habeat lõcum inter amicos, & nonnulli etiam
6 dixerunt, quod † amicitia superat parentum affectionem, quia amicus venit

nit appellatione suorum, & habetur loco patris. Vnde videmus, quod sicu
7 ti † patres, & consanguinei repelluntur à testimonio ferendo pro filiis, & eorum consanguineis, ita pariter amici nequeunt testificari pro eorum amicis. l.3. ibi, vel amicus, si pro quo testimonium dat. ff. de testibus. cap. si testes. versic. si testium fides. 4. q. 3. ca. quoties ibi, neque amicitia de testib. c. quatuor 11. q. 3.
8 Et hinc quemadmodum † liberi legata capiunt ex testamento minus solemni. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. l. fin. C. famil. erciscund. Ita etiam, & amici veluti liberorum iure gaudentes ex testamento itidem minus solemniter confecto legata capient. l. in testamento, vbi glo. ff. de fideicommiss. libert. cum illud, quod disponitur ratione affectionis propter propinquitatem habet etiã locum in affectione propter amicitiam, & parificantur, cuius farinę plura possem adducere pro comprobatione, quæ prætermitto studiosè.

Verum contrarium posset teneri, ex eo cum pragmatica hoc nõ dixit, nec nos dicere debemus, nam in iure
9 est clarum, † quod vbi statuti verba cessant cessat statutum, & non am-
10 pliatur ad id, quod non dixit, nam † statutũ censetur stricti iuris, strictéque interpretatur, & facit nam statutum prohibitorium censetur permittere, quod in specie non prohibet.

Sed respondeo hæc nõ obstare quotiescunque apparet aliter de mente statuti, licet verba statuti non dicãt, nam in tali casu statutum ad id, quod expresse non dixit debet extendi.

SVMMARIVM.

1 *Syndici, Aerarij, & Exactores nequeunt vti ad proprium commodum pecunia vniuersitatis.*
2 *Syndicus nequit expendere ultra medium aureum, absque mandato electorum in scriptis.*
3 *Administratores non debent uendere fructus immaturos ante recollectionẽ factam, sed vide nu. 4.*
5 *Qualiter uersari debeat Exactor in exactione collectarum impositarum pro bonis, si vnus possideat, & alter sit descriptus in quinterno.*
6 *Officiales requisiti à Syndicis ad cogendos debitores, ut soluant si fuerint negligentes tenentur de proprio.*
7 *Vniuersitas num pro exactione collectarum possit incipere ab executione.*
8 *Pater potest eligi ad Regimen Vniuersitatis post administrationem filij.*
9 *Debitores, & litigantes cum Vniuersitate non debent admitti ad officia ipsius, nec possunt dare vocem.*
10 *Syndici, & electi nequeunt donare res Vniuersitatis, licet fallat, si donarent Principi, vel si Vniuersitas donaret Baroni, ut eam eligat in Cameram. num 11.*
12 *Vniuersitas petendo rationes reddi de pecunijs mutuo receptis per ciues nomine Vniuersitatis videtur tacitè ratificare illorum obligationes.*
13 *Partita aliqua in computis adiecta si fuerint falsa, cætera an falsa præsumantur.*
14 *Significati inuiolabiliter sunt cogendi ad soluendum.*

COLLECTANEA 9.

Super pragmatica V. sub Rubrica de Administrat. vniuersit.

Perche habbiamo inteso.

IN hac Pragmatica reponuntur cõplura capita, in quibus statuitur certa forma, quam obseruare debent Officiales in administratione rerum vniuersitatis.

1 Sed dum in §. 2. mandatur, quod † Syndici, Aerarii, & Exactores nequeunt vti ad proprium commodum pecunia vniuersitatis, nec illam cuilibet mutuare tu addas Maring. in decis. 40. vbi idem dicit de pecunia fi-

fcali, de qua est tex. in l. 1. C. de his, qui ex public. ratiocin. lib. 10.

2 Et dum in §. 3. disponitur, quod † Syndicus non possit expendere vltra medium aureum absque mandato electorum in scriptis, nota debere interuenire singulos electos, nisi aliquis abesset, quia tunc cæteri possent mandatum facere absque interuentu absentis, ita Maring. in decis. 41.

Ad ornatum autem §. 7. vbi dispo-
3 nitur ne † administratores vendant fructus immaturos ante recollectio-
4 nem factam, nota minimè † habere locum quoties Syndicus, & Electi obligarent se ipsorum proprio, priuato, & principali nomine, nam tunc respectu priuatæ, & particularis obligationis ipsorum, contractus tenet, vt fuit indicatum in Sacro Consilio referente Consiliario Guiros in causa vniuersitatis Possiglioni cum D. Laura Beltrana Baronissa, quæ emerat à Syndico, & electis etiam proprio nomine obligans certam Serici quantitatem, iuxta vocem, faciendam, in mense Iulii anno 1598. penes Figliolam Actuarium.

Sed dum in §. 11. in quo mandatur Capitaneis locorum, quod ad omnẽ requisitionem electorum incontinẽti summariè, simpliciter, & de plano cogant vniuersitatis debitores ad faciendam solutionem. tu videas sic affirmantem Thesaur. in decis. 164. vbi
5 etiam reperies † qualiter versari debent Exactor, & Collector in exactione collectarum impositarum pro bonis, si vnus sit descriptus in quinterno, & alter possideat. Et scias, quod si
6 † Officiales requisiti à Syndicis sint negligentes ad cogendos debitores, vt soluant tenentur de proprio Claper. in decis. 14. caus. fiscal.

Et cum in §. 15. prouideatur qualiter sint distribuendæ gabellæ, & colle-
7 ctæ vniuersitatum, † quæro an pro exactione istarum collectarum possit vniuersitas incipere ab executione pignus capiendo, & personam carcerando vide Claper. in decis. 48. caus. fiscal.

Et dum in §. 16. præcipitur, nè vno, eodemque tempore possent eligi ad
8 Regimen vniuersitatis † Pater, & filius, aut fratres germani, nota quod non prohibentur vnus post alium immediatè sequendo administrationis officium gerere, vt fuit indicatũ per S. C. in causa Regiminis vniuersitatis Castellanetæ, referente Consiliario de Riccardo apud Burrellum Actuarium.

Et dum in §. 17. & 18. prohibentur
9 † debitores, & litigantes admitti ad officia vniuersitatis, nota quod nequeant etiam dare vocem in electione officialium vniuersitatis, vt sub die 24. Nouembris 1613. fuit decisum in collaterali Consilio referente Regente Constantio in causa particularium Nehtoni cum vniuersitate ipsius Ciuitatis super reformatione electionis.

Quatenus autem in §. 10. interdi-
10 citur Syndicis, Electis, & vniuersitatibus actus donationis, dicas non procedere in donatione, quæ fieret Principi, nam illam facere possunt solum Decuriones, etiam non congregata vniuersitate, & ad eam possunt omnes collectari, etiam dissentiẽtes The
11 saur. in decis. 157. & sic etiam dicas † procedere in donatione, quæ fit ab vniuersitate Baroni, vt ab eo eligatur in suam Cameram reseruatam, nam talis donatio valet, vt fuit decisum in S. C. iunctis Aulis referente Consiliario Theodoro in causa vniuersitatis S. Seuerini cum D. Ferdinando Gonzaga penes Galterium Actuarium.

Et dum in §. 20. agitur de liquidatione Computorum Syndicorum, aliorumque Administratorum, seu Exactorum vniuersitatum, nota idem procedere respectu Ciuium particularium, qui nomine vniuersitatis pecuniam mutuo acceperunt ab aliis Rot. Auenion. 13. apud Laurent. vbi
12 subdit etiam, quod † vniuersitas petendo

Digitized by Google

tendo rationes reddi de pecunijs mutuo receptis per Ciues nomine vniuersitatis, videtur tacitè ratificasse il-
13 lorum obligationes. Sed num † si aliquæ partitæ in computis adiectæ sint falsæ, cæteræ etiam partitæ ex hac falsitate admixta reputabuntur falsæ, vide eandem Rotam in decis. 53.
14 Et quatenus in §. 21. iubeatur † significatos inuiolabiliter adstringendos esse ad soluendum. ad explanationem istius verbi, Inuiolabiliter, iuxta terminos huius nostræ pragmaticæ non desinas videre Franc. in decisio. 347. vbi pariter reperies, si in reuisione Computorum sit dandus terminus in causa.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi ludus est prohibitus.*
2 *Materia ludi dicitur odiosa.*
3 *Ludens ludis periculosis, & ibi moriens priuabitur Ecclesiastica sepultura.*
4 *Iudex propter ludum potest priuari officio Iudicis.*
5 *Tutor testamentarius lusor potest remoueri à tutelam.*
6 *Quod fuit perditum in ludo potest repeti, quod intellige, vt num. 7.*
8 *Repetitio pecuniæ amissæ in ludo, an & quando concedatur.*

COLLECTANEA 10.

Super prag. I. II. IV. & VI. sub Rubr. de Aleatoribus, & lusoribus.

Per quanto s'è visto &c.

IN his pragmaticis prohibetur ludus, prima enim mandat, vt Græca fide non ludatur, & lusores per anni circulum exilij pœna feriantur.

Secunda vt lusores nequeant per diem continuum horarum 24. perdere vltra ducatos decem addita pœna victo, & victori, vnà cū restitutione exacti.

Quarta dicit, quod ludentes sub fide, & recipientes pecuniam ad ludendum puniantur pœna corporali arbitranda ab Illustrissimo Prorege.

Sexta vult, vt ludus taxillorum domi nullatenus retineatur.

1 Ad materiam ludi, de qua in his pragmaticis, dicas † de iure communi adhuc esse prohibitum ludum toto tit. ff. & C de Aleat. & l. certissimè C. de episcop. audient. vide latè nouissimè Thesaur. in quæst. Forens. siue decis. 19. lib. 4. vbi refert plures diuersas constitutiones prouinciarum, & tractat si ludentibus actio competat pro pecunia in ludo lucrata, & an pro gestis circa ludum.

2 Vnde merito Monach. in decis. Florent 2. firmat † materiam ludi esse odiosam, & hinc contra lusores sunt plura specialia quorum.

3 Primum est, quia † ludens ludis periculosis, & ibi decedens debet carere ecclesiastica sepultura Sayr. in decis. 1. de torneamen.

4 Secundum quia † Iudex propter ludum, seu baraptariam, quam tenet potest Iudicis officio priuari Gramat. decis. 40.

5 Tertium nam † licet à voluntate testatoris non sit recedendum, nihilominus tutor testamentarius lusor potest remoueri à tutela, non obstante, quod eius qualitates sciuerit testator, vide decisionem Sacræ Regiæ cōscientiæ Regni Siciliæ apud Castill. in decis. 20.

6 Quartū quia † illud quod fuit perditum in ludo potest repeti, quod in-
7 tellige † quando perdens fuit trahens, & instigans, aliàs secus, vt decisum reperies apud Cappellam Tholos. in decis. 192.

In materia autem non desinas videre Sessam in decis. 144. part. 2. vbi lu-
8 dorum differentiam tractat, & † quādo detur repetitio pecuniæ in ludo amissæ, & exactæ, & an obligationes, &


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& instrumenta debitoria, quæ proficiscuntur ex ludo, vel illius causa possint exigi, & in iudicium deduci,

SVMMARIVM.

1 *Abundantia multa operatur in ciuitate.*
2 *Appellatione Grascia dicitur venire vinum.*
3 *Inter omnia primum, & principale est annona cura.*
4 *Nil latius saturo populo, nihil seditiosius ipso ieiuno, ac famelico.*
5 *Annona cura iure demandatur Præfecto vrbis.*
6 *Prorex potest cogere dominos frumenti ad illud vendendum iusto pretio.*
7 *Fiscus potest capere frumenta, & alia bona necessaria pro substentatione militum.*

COLLECTANEA II.

Super Pragmatica I. sub Rubrica de Annona.

Commissario &c.

Hic statuitur, vt deferentes commestibilia Neapolim pro grascia ciuitatis, sint immunes à solutione gabellarum, dummodo habeant fidem electorum &c.

Iuridice, sapienter, & cum ratione fuit emanata hæc pragmatica, vt in ciuitate abundanter, & affluenter
1 possint habitantes viuere † multa n. operatur abundantia in ciuitate vt
2 per Maring. in decis. 45. vbi † quod appellatione Grasciæ dicit venire vinũ ad text. in l. iubemus C. de erogat. milit. Annon. lib. 12. sed an appellatione Grasciæ veniat lana vide Annam in Singul. 228. & Minad. in decis. 23. vbi reperies per Sacrum Consilium decretum, quod caperetur informatio in hoc, vt ex probationibus, & vsu res clarior fieret.

Scias autem pro choronyde, quod
3 † inter omnia primum ac maximum est Annonæ cura, vt Regnum, præsertim Ciuitas copia, & vbertate redundet, vtque annona ipsa minimè oneretur, siquidem testimonio Au-
4 reliani Imperatoris † nihil lætius est saturo populo; nihil seditiosius ieiuno, ac famelico, multaque incommoda, ac discrimina Reipublicæ contingere ex penuria, & Annona grauata, regisque ærarium plurimum minui ob iacturam functionum fiscalium, & aliorum iurium regalium experien-
5 tia demonstrauit. † iure igitur Annonæ Cura Præfecto vrbis fuit demandata l. 1. §. Cura carnis, ff. de offi. præf. vrb. l. 1. C. eod. l. 2. §. deinde Cornelius Sylla, ff. orig. iuris; merito itaque in
6 primis † cogere potest Prorex cum voto Collateralis Consilij dominos frumenti ad illud vendendum, & sic alias species, iusto tamẽ prætio, quod taxatur per idem Collaterale consilium, & multoties etiam pretio viliori pro necessaria substentatione ciuitatis, & Regni, & hoc est à iure permissum, ac statutum, de quo per de Franchis in decis. 9. & ex hoc inoleuit practica, quod tempore carestiæ per proreges taxatur massarij Apuleæ, & aliorum locorum, aliijque frumenta habentes, vt dent partem ipsorum ciuitati pro certo taxato prætio; sicut
7 exploratum est in fisco, † qui potest capere frumenta, aliaque bona necessaria pro substentatione militum, & necessitate Regis, & cogere dominos illorum ad vendendum, tamen iusto prætio, de quo in l. 1. C. de metal. lib. 10. & hic est vnus de casibus, quod quis inuitus vendat.

SVMMARIVM.

1 *Dantur tria tempora Appellationum.*
2 *Decendium ad interponendam appellationem obtinet etiam in causis feudalibus.*
3 *Quale sit fatale introducendæ appellationis.*

Ad

COLLECTANEA 12.

Super Pragmatica I. sub Rubrica de Appellationibus.

Appellationum Tempora, &c.

PEr hanc Pragmaticam disponitur, quod fatalia currant etiam in Sacro Consilio.

Ad ornatum huius Pragmaticæ, nota primò Decisiones Cameræ Imperialis apud Miusyngerium in obseruat. 12. part. 6. & decisionem Gughel. Rotæ Spirens. 218. par. 3. ex quibus de-
1 promes, quod † appellationum tria sunt tempora, siue fatalia scilicet alia ad interponendum, quædam ad introducendum coram Iudice appellationem, cætera ad finiendam appellationem spectant, Priora duo tempora continua sunt, & de momento ad momentum in Camera currunt, vtpote decendium, intra quod appellari debeat, & semestre à Camera præscriptum, vel etiam tempus, quod Iudex

dex à quo præstituit, Nisi enim huius
modi tempora exactè seruentur ap-
pellatio pro deserta habetur, sunt v-
traque Fatalia legis, & hominis eius-
dem effectus, Nisi quod legis à Iudice
à quo minui, non autem prorogari
possunt, hominis vero Fatalia ab ip-
so Iudice, à quo intra terminum à se
concessum rectè prorogantur, quam-
uis fatalia prosequendæ appellatio-
nis in Camera non attendantur, nec
instantia triennio pereat, tamen si
huiusmodi tempora coram inferiori-
bus iudicibus seruata non sint, appel-
latio in Camera similiter velut deser
ta reijcitur, nec acceptatur, sed causa
ad priorem Iudicem pro executione
remittitur, & ideo pro Cautela tradi-
tur, vt procuratores coram iudicibus
non semel, sed pluries de sua diligen-
tia, & Fatalibus non lapsis, vel laben-
dis protestentur.

Nota secundo, Decisionem eiusdē
Cameræ Imperialis apud Gail in ob-
2 seruat.139.par.1. vbi † quod decendiū
ad interponendam appellationem,
etiam in causis feudalibus obtinet, &
etiam in supplicationibus, & vt hoc
decendij tempus currat duo necessa-
ria sunt, scilicet, quod victus sciat sen
tentiam prolatam esse, & sciat con-
tra se, vel ad sui præiudicium dictam
esse.

Nota tertio, Decisionem eiusdem
apud eundem in obseruat.140. eund.
3 par.1. vbi habes † quale sit fatale intro
ducendæ appellationis, à quo possit
prorogari, & an tempore feriarum
possit prorogari.

Nota quarto, Decisionem eiusdem
4 141.par.1. vbi † quod ad finiendam ap
pellationis causam annus, siue ex cau
sa biennium conceditur, idque in
quacunque procedit, infra quod si fi-
nita non fuerit causa deserta est, &
quod hæc Fatalia à tempore interpo
sitæ appellationis currere incipiunt,
sed dies interpositæ non considera-
tur, neque inter Fatalia computa-
tur.

Nota quinto, Decisionem Parla-
menti Delphinalis 143. apud Franc.
5 Marc. in decis.143. vbi quod † tam in
causis appellationum, quàm supplica
tionum, ac recursuum vltimus men-
sis anni, vel biennij expectandus est.

Nota sexto, Decisionem Rotæ Ro
manæ apud Puteum in decis.395. vbi
6 resolutum est † prorogationem à die
lapsi fatalis factam à fine biennij, nō
autem à fine anni intelligi debere.

Nota septimo, Decisionem Rotæ
in Antiquis 60. de appellat. vbi habes,
7 quod † si quis iustè impeditus fuerit,
ita vt appellationem interpositam
prosequi, vel finire infra primum an-
num non potuerit secundum petere,
& completum habere permissum est,
at si infra secundum impedimentum
iustum natum fuerit, tantum tempo-
ris super additur, quantum impedimē
tum superfuit.

Nota octauo, Decisionem eiusdē
Rotæ Romanæ apud Cantucc. in de-
8 cis. Nouis.81. par.2. vbi quando † fa-
talium prorogatio simpliciter con-
cessa ad appellat. concessam restricta
non est, tunc quadriennium, quod in
restitutione conceditur, lapsum non
esse visum est, cum enim tam appella
tionis, quam negotij principalis cau-
sa commissa fuerit Boiardus iustissi-
mam causam habuit, cur in appellat.
tantum processerit, sicut dicenti de
nullitate sententiæ tempora appella-
tionum non currunt, si probabili ra-
tione motus fuerit, cum verò fata-
lium prorogatio ad appellationis
causam restricta est, aliter decisum
est.

Nota nono, Decisionem eiusdem
Rotæ Romanæ apud Fab. in decisio.
9 181. par.1. vbi † fatalia prorogantur
si quid in primo anno actum fuerit.

10 Scias autem † fatalia currere etiā
coram Principe Franch. in decis.646.
vide Franc. Marc. in decis.420. par.1.
Sic etiam fatalia secundæ currunt pē
dente iudicio nullitatis tertiæ senten
tiæ ex decis. Putei 106. par.2. & fatalia
cur-

Digitized by Google

currunt in causis reclamationum, etiam si haberetur recursus ad Regiã Cancellariam Franc. decis. 46.

11 Limita tamen primo, † non currere fatalia pendente compromisso Faber in decisio. 2. de tempor. appellat. Gratian. in decis. March. 173.

12 Limita secundo, † non currere tẽpore pestis Faber in decis. 3. de tempor. appellat.

13 Limita tertio, vt † credatur appellatori ad hoc, vt non currant præfata tempora. Idem in decis. 10. eod. tit.

14 Limita quarto, † si facto Principis litigator. appellationem prosequi nõ potuerit, vt in Authen. sed & lis eod. & vide Thesaur. in decis. 10. & Guid. Pap. in decis. 135.

15 Limita quinto, † si hæc instantia fuerit partium consensu prorogata Minsynger. centur. 3. obser. 49.

16 Limita sexto, † existente paupertate litigatoris Boer. in decis. 247.

17 Limita septimo, † existente iusto impedimento cum protestatione, & probato per testes, & causa erat talis, quæ non poterat expediri per procuratorem Ludouic. in decis. Perus. 36. & Minsynger. centur. 3. obser. 59.

18 Limita octauo, vt † fatalia non currant mortuo appellante Crescen. decis. 4. de appellat.

19 Limita nono, † propter dolosam procuratoris negligentiam in non prosequendo appellationem, idem Crescent. in decis. 7. eodem Cassad. in decis. 5. eod. tit.

20 Limita decimo, † iacente hæreditate, non enim currunt tempora, donec hæreditati iacenti detur curator. Mohed. in decis. 10. vbi etiam decidit, quod mortuo vno ex litigatoribus, tenetur alter prorogare fatalia, ne ei currant.

21 Limita vndecimo, † vt non currant fatalia appellanti super attentatis, quia prosequutio attentatorum impedit cursum fatalium, Rot. in decis. 15. & 29. de appell. in Antiq.

22 Limita duodecimo, † stante impedimento proueniente ex partis aduersæ cauillatione Mastrill. in decis. 185. licet loquatur in prima instantia.

23 Limita decimo tertio, † si stet per iudicem, vt in Authent. si appellationem eod. & vide Osasch. in decisione 12.

24 Limita decimo quarto, vt † non dicatur deserta appellatio, si intra biennium fuerit pronunciatum, prout in schedula, quæ post biennium fuit resoluta in interloquutoriam Verall. in decis. 30. par. 1.

25 Limita decimo quinto, † vt non currant fatalia in causis reclamationum à sententijs Præfecti Prætorio, vt in nostro S. C. ita Afflict. in decis. 78. & dicit vnum verbum Capye. in decis. 109.

26 Nihilominus hodie † hæc limitatio non habet locum ex decreto nouiter interposito per eundem S. C. vt apparet ex decis. Grammat. 13. & simile huic decreto statutum Gratianopoli; vt per Guid. Pap. in decisione 135.

27 Limita, † neque currere fatalia in causa pendente relatione facienda per M. C. V. in S. C. iuxta ipsius ordinem, vt in S. C. verbum faceret M. C. de aliquo incidenti, vt pluries decisum dicit Vrsil. in decis. 78. Item fatalia in S. C. non currunt, quando agitur de supplicatione à sententia Regia. Franc. decis. 46.

28 Sed quæro num † fatalia computentur in causis minoribus, sicut, & in maioribus decisum affirmatiuè A-
29 mat. in decis. 56. & an † tempus fatalium locum habeat etiam in causis spiritualibus affirmatiuè.

30 Idem Author in decis. 69. & † à quo tempore incipiunt currere fatalia decisum à die interpositæ appellationis Put. in decis. 151. & 154. libro 1.

31 Et † fatalia quamdiu prorogentur partium conuentione, & hoc quomodo probetur, vide Thesaur. in decisione 244. & loco prorogationis fataliũ

D. quid

quid fiat de stylo Rotæ Cæsar de Graf tis in decis.4. de appellat. & fatalium prorogatio quomodo fiat in Curia Romana vigore Innocentianæ decla rat Crescent. in decis.3. de officio de leg. & prorogatio ab Auditore non in vim Innocentianæ facta, an requi rat partis citationem affirmatiuè
32 Cassador. decis.7. de appellat. † & fatalia impedita per mandatum de supersedendo, quando incipiant currere, Rota diuers. in decis.287. par.3. &
33 num † impedimentum sit probandum contra fatalia, etiam si de illo protestatum non sit affirmatiuè Veral. in decis.72. & 73. quæ protestatio de impedimento an, & quando necessaria sit Gratian. in decis. Rot. Marchiæ 120.& an fatalium recursus impediat sententiam ob iniustitiam impugnari negatiuè Seraphinus in de-
34 cis. 78. Sed an † detur restitutio aduersus lapsum fatalium, vide Franch. in decisione 284. vbi negatiuè, & vide Giurb. in decis.18. & 33. Castil. in decis.23. Ludouic. in decis. 36. & Fari-
35 nac. in decis.78. vbi probat, quod † quando sententia à qua fuit appellatum esset notoriè iniusta ex eisdem actis, posset procedi in causa appellationis non obstante lapsu fatalium.

Sed dum hæc pragmatica se remittit ad constitutionem Regni aduertas esse constitutionem illam, quę incipit Appellationum Tempora in
36 qua † statuuntur decem dies ad appellationem interponendam, cũ qua concordat l.22. Hispan. tit. 23. part.3. & l. 1. tit. 15. libr. 2. legum fori, vnde scias, quod hæc cõstitutio est conformis iuri communi, dum statuit decẽ dies ad appellandum.

Sed num istud tempus currat à die scientię affirmatiuè Rot. decis. 49. de appell. in Antiq. Guid. Pap. decis.
37 436. Capyc. decis. 136. & nunquid † negligentia procuratoris in non appellando infra decem dies noceat domino affirmatiuè Rot. in decis. 27. &
38 num appellatio in dubio pręsumatur interposita infra decem dies affirmatiuè Rot. in decis. 39. eod. tit. in non.
39 & num † restitutus ad appellandum teneatur appellare infra decem dies à die restitutionis affirmatiuè Rot. in
40 decis. 62. in non. & num † si decem dies sint vtiles, vel continui dic continuos Viu. decis.266. D. Ricc. decis.76. part.2.

41 Et scias † quod renunciatio appellationis est infra idem tempus pariter facienda Fabr. decis. 8. de tempor. appellat. & quod aduersus lapsum decem dierum ad appellandum possit quis restitui, vide Fabr. decis. 47. de appellat, & interim nõ transit sententia in iudicatum, & in materia appellationis quomodo sint dies compu-
42 tandi vide Garziã decis. 124. & an † hoc tempus currat, si ob paupertatẽ quis appellare nequit negatiuè idem
43 Garzia decis.34. limita † hanc constitutionem in laudo Afflict. decis. 132. Item in reclamatione à sententia Sacri Concilij, quia si infra decem dies non fecerit procurator, tunc dominus potest, & non currunt dies, nisi à tempore scientiæ idem Afflict. decis. 341. appellans autem ad plures iudices, vt teneat appellatio opus est, vt infra decem dies eligat coram quo velit prosequi Cacher. decis.30. licet cõtra Gratian. decis.199. & Rot. decis.
44 33. de appellat. Sed † an appellare debeat contumax infra decem dies à die citationis hoc est scientiæ, vel à die sententiæ, vbi distinguendo concludit, quod aut in citatione sit peremptoria expressa, vel trina monitio interuenerit, quę operatur vicem peremptorij, vel iudex viua voce monuerit partes ad audendam sententiam, quæ monitio habet etiam effectum peremptorij, & non potest à tali prolata sententia appellari, aut citatio non esset peremptoria, & sententia esset nulla, & tunc admitteretur Capyc. decis.139.

45 Scias autem quod † neque de consensu partium potest victus admitti

ad

ad appellandum post lapsos decem dies datos ad appellãdum, licet secus sit in termino dato ad prosequendam appellationem in tempore interposi tam, vide Gamam in decis. Lusitan. 389.

Aduerte tamen quod licet per hãc
46 constitutionem † copia processus debeat præsentari infra quinquaginta dies coram iudice ad quem, vel infra paucos dies post, dummodo nõ excedant tres, vel quatuor, secundum Gamam in decis. Lusitan. 132. tamen Sacrum nostrum Consilium Neapolitanum de æquitate admittit præsentationem etiam longè post, & illius reuisionem ex eisdem actis dummodo sententia non sit declarata fecisse transitum in rem iudicatam, & appellatio non sit declarata deserta, vide Afflict. in decis. 79.

SVMMARIVM.

1 *Executio parata est respectu adiudicationis tantum, quoties assistentia concessa esset etiam cum facultate vendendi.*

2 *Adiudicatio non debet fieri plus debito, quia corruit in totum.*

3 *Quæ, & quot requirantur pro validitate adiudicationis.*

4 *Sententia secunda habet executionem paratam non obstante appellatione ex aduerso.*

5 *Sententia iniusta non mandatur executioni.*

6 *Sententia notoriè iniusta dicitur, quoties ex eisdem actis, ex quibus fuit prolata, non constat de eius iustitia.*

COLLECTANEA 13.

Super Pragmatica II. sub Rubrica de appellationibus.

Magnæ Curiæ Vicariæ Ritum &c.

Dicit hæc pragmatica, quod Magnæ Curiæ Decreti affirmatiui super assistentia non retardetur exequutio ex capite appellationis, ex capite verò nullitatis sic.

Pro ornatu quæro an hæc parata exequtio sit respectu adiudicationis tantum, vel etiam venditionis, quotiescunque assistentia esset concessa etiam cum facultate vendendi, dicas procedere respectu adiudicationis
2 tantum, Franchus decis. 120. † quæ adiudicatio non debet fieri plus debito, aliàs corruit in totum, etiam pro summa debita, Intrigliol. in decis. Sicil. 46. qui etiam in decis. 15. decla-
3 rat, quæ, & quot requirantur ad validitatem huius adiudicationis, seu in solutum dationis.

Sed quid, si post primam sententiã
4 exequutam lata fuerit † sententia secunda in causa appellationis retractans primam, an hæc secunda sententia habebit similiter exequtionem paratam, non obstante appellatione ex aduerso interposita, affirmatiuè, Franc. in decis. 136. & facit decisio eiusdem 288. Viu. decis. 236. Castill. decis. 42.

Scias autem, quod in omnem ca-
5 sum si hæc † sententia esset notoriè iniusta, non mandabitur exequutioni, vt practicatur in S.C. & dicit Fran. in decis. 86. qui pariter est videndus circa ea, quæ in hac pragmatica de nullitate statuuntur, vide Farinac. in decis. Rot. Rom. 77. qui in decis. 56. declarat dici,
6 † Sententiam notoriè iniustã quotiescunque ex eisdem actis, ex quibus fuit prolata minimè constat de eius iustitia, & sic annuit fuisse pluribus quippe vicibus tentum, & iudicatum per Rotam Romanam contra decisionem Afflict. 28.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens appellationem in aliqua materia intelligitur à diffinitiuis, licet contrarium in nostra pragmatica.*

2 *Priuilegiata vna causa censentur priuilegiata omnia eius incidentia, & dependentia.*
3 *Articuli incidentes, & annexi in causis criminalibus remittuntur ad Magnam Curiam, vt ibi prius decidantur cum causis principalibus.*
4 *Appellatio an detur ab incidentibus ante sententiam, & an reclamatio admittatur in incidentibus causæ criminalis, à qua per sententiam decisa non datur reclamatio.*

COLLECTANEA 14.

Super Pragmatica VII. sub Rubrica de Appellat.

Illustres, & Collaterales Consiliarij, &c.

SAncitum est vigore huius pragmaticæ, quod appellationes a incidentibus in causis suspicionum non admittantur, prout obseruatur in diffinitiuis.

Aduertas, quod Dispositio huius pragmaticæ limitat communem doctrinam, qua cauetur nô censeri prohibitam appellationem ab inciden-
1 tibus, quia † statutum prohibens appellationem in aliqua Materia intelligitur à diffinitiuis tantum, & non ab incidentibus, & restringitur ad decisoria litis, non autem ad emergentia, & incidentia Surd. decis. 27.

Et hæc dispositio illam habet ratio-
2 nem, quia † priuilegiata vna causa censentur priuilegiata omnia eius incidentia, & dependentia Surd. decis. 36. & hinc meritò in pragmatica XLVII. de officio Sacri Regij Consilij
3 reperitur sancitum quod † articuli incidentes, & Annexi in causis criminalibus remittuntur ad Magnam Curiam, vt ibi prius decidantur cum cau
4 sis principalibus, sed an † appellatio detur ab incidentibus ante sententiã vide Franc. in decis. 408. & an reclamatio admittatur in incidentibus causæ criminalis, à qua per sententiam decisa non datur reclamatio, tradit idem Author in decis. 637.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus in causis criminalibus censetur inhæsisse appellationibus interpositis à condemnatis, vbicunque, tamen non adest pars querelans, vel si non appellasset, num. 2.*

COLLECTANEA. 15.

Super pragmatica VIII. Sub Rubrica De appellationibus.

All'Illustri, Spettabili, & Magnifici, &c.

1 CAuetur, quod † fiscus in causis criminalibus censeatur inhæsisse appellationib. interpositis à cõdemnatis. Quod verum esse dicas
2 quotiescunque † non adest pars querelans, vel si adsit ipsa non appellasset, secus autem si pars querelans appellasset, quia tunc cessat dispositio huius pragmaticæ, vt decisum tradit Franc. in decis. 457. & aliàs in facto ego consului de anno 1620.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio huius pragmaticæ limitatur quoties incidens semel relatum in vna curia esset seorsum à crimine, de quo agitur in causa principali.*

COLLECTANEA. 16.

Super Pragmat. IX. de Appellat.

N'è stato presentato, &c.

HIc habetur quod appellationes causarum criminalium à M.C.V. in criminalibus committantur in sacro Consilio, in curia, in quâ aliàs fuerunt relata incidentia eiusdem causæ.

Dispo-

1 Dispositionē † huius pragmaticæ dicās minimè procedere quotiescunque incidens semel relatum in vna curia esset seorsum a crimine, de quo agitur in causa principali, in tali enim casu potest cōmitti in alia curia, vt habetur per Franch. in decisio. 528. quam videas in facti contingentia, & ita ego Nouarius consultus de anno 1619. respondi.

SVMMARIVM.

1 *Forenses in quibus collectis debeant cōtribuere in appretio, & nu. 12.*
2 *Syndici singularum ciuitatum sunt vocandi, quando focagia generalia imponuntur.*
3 *Incolæ, & municipes tenentur contribuere in collectis, & muneribus ciuitatis etiam pro pecoribus, & iumētis limitatur ibid.*
4 *Ciues, qui tenentur in collectis contribuere debent scribi in catasto.*
5 *Catastum legitimè factum quos producat effectus, & nu. 6. & 7.*
8 *Bona allibranda sūt æstimanda per fructus annuos, & fructus non sunt allibrandi.*
9 *Appretium non potest imponi in annuis introitibus venditis per Regiam curiam super Regijs fiscalibus, & alijs Regijs impositionibus.*
10 *Collecta debētur, Baronibus qui dixsteterunt in possessione exigendi.*
11 *Affictator tenetur soluere collectas de suo lucro.*
13 *Clerici non tenentur ad collectas, & cui priuilegio renunciare nequeunt, & etiam si priuatorum prædia aliquo titulo sint in eos translata numer. 14. licet teneantur pro pastura pecudum, & pro damno dato ab eorum animalibus, & pro reparatione ciuitatis, & vide nu. 15.*
16 *Clerici coniugati tenentur soluere gabellas.*

COLLECTANEA. 17.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Appretio.

Vt iniusta fidelium grauamina, &c.

Hic datur forma, & constituitur tempus faciendi appretium ad cuius materiam vide Thesaur. decis.
1 149. vbi habes † pro quibus collectis forenses debeant contribuere in appretio, de quo etiam videatur Minsyn ger. in obseruat. 22. centur. 5. & Clapper. in centur. causarum fiscalium q. vnic. caus. 37. & vide eundem in caus.
2 36. vbi quod † syndici singularum ciuitatum, ac locorum sunt citandi, & vocandi, quando focagia generalia imponuntur non autem sunt vocandi singuli ciues, de quo tu Regnicola videas pragmaticam 1. inf. de iur. & exact. fiscal. & allibratio facta in catasto non præiudicat illi, qui non fuit vocatus, & ibidem q. 2. firmat, quod
3 incolæ, et municipes tenentur contribuere in collectis, & muneribus ciuitatis, non solum pro rebus immobilibus, & mobilibus, sed etiam pro pecoribus, iumentis, & alijs quibuscunque animalibus, & facultatibus, nisi in æstimatione fundi fuisset habita ratio iumentorum, & aliorum animalium aratoriorum, tanquam instrumentorum fundi, nam tali casu non debent postea æstimari, ne contingat possessorem, duplici onere grauari, & bis quotizzari in catasto, quod esset absurdum, & æquitati contrarium.

Et scias ex eodem authore vbi
4 proximè, quod † debent in catasto describi omnes ciues, & municipes, qui in collectis contribuere tenentur de iure, non autem personæ, quæ aliquo priuilegio sunt immunes, cum ab eis non possit exigi collecta. Item ciues, & incolæ debent describi in catasto pro omnibus rebus, & facultatibus ab eis possessis, & descriptio, vel æsti-

æstimatio rerum singulorum debet fieri præsentibus, vel legitimè citatis possessoribus, nisi fraude absētes sint, quæ æstimatio fieri debet subiectis oculis rebus.

5 Aduerte etiam, quod † catastum ritè, & legitimè perfectum secundum eundem authorem plures producit effectus, quorum primus est, nam illi datur plena fides, adeò vt possessor, & si alienauerit res in illo descriptas cogatur, tamen soluere, donec in æstimū ementis sit relata, & si quid soluit vtili negotiorum gestorum actione ab emptore repetere possit.

6 Secundus effectus est, quia † alienatio rei in catasto solemni descriptæ in non idoneum facta non præiudicat ciuitati, nec liberat vēditorem à solutione collectarum rei venditæ, sed requiritur, vt alienatio fieret in æquè idoneum.

7 Tertius effectus est, nam † post catastum insinuatum, & approbatum nequit absque ordinatione generalis Cōsilij tabularius aliquid immutare in eo, ex l. 1. C. de apoch. & l. 1. C. de imm. nem. conced. lib. 10.

8 Et aduerte, quod licet † bona allibranda sint æstimanda per fructus annuos, non propterea ipsi fructus sunt allibrandi idem Claper. cent. caus. fiscal. caus. 35. q. 7.

9 An autem collecta, vel appretium imponi possit in annuis introitibus venditis per Regiam Curiam super functionibus fiscalibus, & alijs regijs impositionibus contra ciues possessores, fuit decretum in collaterali consilio, quod introitus prædicti non ponantur in appretio, vt nouissimè testatur Zapull. in pragm. 5. §. 20. nume
10 ro 13. de administrat. vniuers. † & collectæ debentur Baroni, si in possessione exigendi diu steterit, etiam accedentibus scripturis probantibus eas non obstante libertate præsumpta ab Vniuersitate petenti se à prædictis absolui, vt fuisse decisum testatur Frāsch. in decis. 56. Ann. consil. 110. Raudens. decis. Pisan. 5. numer. 64. & quod
11 † collectas soluere teneatur affictator de suo lucro, nouissimè fuit decisum in Reg. Cam. Sum. in beneficium vniuersitatis Caputatij contra Ducem Ebuli, vt refert Zappul. in d. pragmat. 5. §. 5. num. 22. de administr. vni-
12 uers. † & collectæ an sint soluendæ per forenses pro bonis possessis in alieno territorio, & in æstimo allibratis, dum dubitaretur esse territoria communia inter ipsas vniuersitates, neque inter eas vnquam fuerat distinctio, secundo ob præsumptionem iuris non soluendi, tertio attentis oneribus ipsorum forēsium in proprio domicilio sufferentibus pro bonis ipsis cum duplici onere granari non deberet, concluditur in fauorem forensium Ann. cons. 59.

13 Firma tamen regulam, quod † clerici non teneantur ad collectas, cap. non minus de Im. Eccl. & amplia eam duobus modis, & limita pluribus, & primo amplia, quod clerici huic priuilegio renunciare non possint, Anna, qui dicit decisum in allegat. 13.

14 Amplia secundo, vt † etiam ad eas non teneantur, quando priuatorum prædia aliquo titulo sint in eos translata, ita Thesaur. decis. 234. Nunc limita, & primo, vt teneantur pro pastura pecudum Mastrill. decis. 48. parte 1. Secundo pro damno dato aliorū animalibus Viuius decis. 280. Tertio pro reparatione ciuitatis eiusque moeniorum Guid. Pap. decis. 78. Quarto
15 declara, vt † tametsi in casibus ipsi non tenerentur, id tamen non haberet locum in personam suorum colonorum partiariorum Thesaur. decis. 116. nam & generaliter quilibet colonus collectari potest ratione partis Colonicæ, vt inquit Osasch. in decis.
16 83. declara quinto, & vltimo, † vt etiam hoc priuilegium minus extendatur ad clericos coniugatos. Guid. Pap. decis. 383.

SV. A.

SVMMARIVM.

1 *Aquam nascentem in fundo proprio potest Dominus alibi dispensare.*
2 *Baro non potest prohibere aquam vassallis pro irrigandis agris ad pinguiorem culturam.*
3 *Vassallis potest prohiberi à Barone aqua, quæ nascitur in fundo suo.*
4 *Venditor necessarius alicuius domus, in qua habet aquam per stillicidios fluentem alibi, an possit reseruare aquã, vt fluat ad alias domos remissiue.*
5 *Dominus potest aquam nascentem in suo diuertere in præiudicium vicini inferioris.*
6 *Aqua nascens in priuato loco commendæ est sub ipsius proprietate.*

COLLECTANEA 18.

Super Pragmatica I. sub Rubrica de Aquis, & Aquæductibus.

Per beneficio vniuersale, &c.

PLura in hac pragmatica mãdãtur circa aquarum materiam, ego autem generaliter nonnulla in eadem materia aquæ cumulabo.

1 Vnde quæro, an † aquam natam in fundo alicuius, si in alienum fundum profluit, possit Dominus aquæ alibi dispensare, non obstãte exceptione opposita per Dominum fundi, vnde aqua profluit, hoc est consuetudinis, seruitutisque, licet non probatæ, fuit in Sacro Consilio decisum Dominum fundi, vnde aqua oritur esse manutenendum in possessione Viuius

2 decis. 411. num. 17. & † aquæ vsus pro irrigandis agris ad pinguiorem culturam, an prohiberi possit vassallis per Baronem, fuit decisum in Sacro Consilio in causa Vniuersitatis Sancti Georgij cum Barone referente Alderisio, quod non, vt fuit mihi relatum, † potest tamen Baro prohibere

3 vassallis aquam, quæ nascitur in terra sua, vt aliàs refert decisum Masullus

4 ad Capycium decis. 168. num. 7. & † aquam habens venditor in fonte eius domus, quæ per stillicidios, siue canales fluit ad alias domos ipsiusmet venditoris, si cogatur de necessitate iudicij domum ipsam vendere, an poterit reseruare sibi aquam, vt fluat ad alias domos. Vide Capycium decis. 187. vbi distinguit Raudens. decis. Pisan. 5.

5 num. 85. & † aquam, quæ nascitur in suo an possit quis diuertere in præiudicium vicini inferioris, in cuius prędijs illa descendit, vide Thesaur. in decis. 245. vbi affirmatiuam tenet opinionem.

6 Et nota, quod † aqua nascens in priuato loco Commendæ est sub ipsius proprietate, ideo Commendatarius non potest cogi illam alteri concedere, & Princeps non potest illa vti pro publico, nisi soluto iusto pretio Mart. decis. 174.

SVMMARIVM.

1 *Odia, rixæ, & litium expensæ sunt vitandæ.*
2 *Minores tenentur compromittere, verũ cum authoritate curatoris. num. 3.*
4 *Compromissum debet fieri etiam super alimentis stante statuto, quod causa cõpromittantur, & etiam super quanto vitæ militiæ. num. 6.*
5 *Compromissum peti potest etiam post litem contestatam, & inter fratres, quorum vnus vendicat fundum ab altero venditum, qui aliàs pro emptoris defensione in iudicio comparuit. num. 7.*
8 *Compromissum potest peti per venditorem Authorem laudatum coniunctiũ cum Actore.*
9 *Clerici consanguinei possunt cogere laicos consanguineos, cum quibus lites agunt.*
10 *Compromissum potest peti etiam post dationem termini ad probandum, sed limita vt num. 13.*
11 *Curator hæreditatis iacentis potest petere*

Digitized by Google

COLLECTANEA 19.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Arbitris.

Odia litium &c.

MAndat hæc Pragmatica, quod causæ inter coniunctos vsque ad quartum gradum compromittantur aliquibus exceptis, & meritò, vt
1 † odia rixę, & litium expensæ euitentur, vt per Cartar. in decis.25. Ludou. in decis. Perus. 47. Faber. in decis. 35. tit.75. Afflict. in decis.46. & hinc dicitur fauorabilis Vcral. decis. 215. lib.3.
2 Amplia 1. † dispositionem huius pragmaticæ procedere, & locum obtinere etiam in minoribus, qui tenentur compromittere Benintend. in decis.21. Ludouic. in decis. Perus.2. Surd. decis.49. & sic pluries iudicatum tradit Anna in singul. 115. vbi etiam additio refert aliam decisionem Canal.
3 in decis.27. part.1. † licet in compromisso minoris curatoris authoritas, & iudicis decretum interuenire debeant Capyc. decis.93. Puteus, decis. 105. lib.1. Sessa in decis. Aragon. 168. & sic fuit decisum in Sacro cõsilio in causa Antoniæ Fauo de Theano cum Troiano de Petræ Molariæ in Banca de Felicè de anno 1614.
4 Amplia 2. habere locum † etiam in

in causa alimentorum, quia compromissum super alimentis vigore statuti est faciendum, Magon. in decis. Lucens. 73. licet in S. C. referente Freccia fuerit decisum procedendum esse ad vlteriora, non obstante petito cōpromisso, & hoc in causa Ioannis Frā cisci de Franchis, & Liuiæ Ambrosinę coniugum cum Ioanne Baptista Ambrosino.

5 Amplia 3. † istud compromissum etiam post litem contestatam peti posse, Capic. decis. 48.

6 Amplia 4. † istud compromissum fieri posse super quanto vitę militiæ Afflict. decis. 43. & sic dicit aliàs decisum Minad. in constitut. in aliquibus nu. 12. versic. de filiorum.

7 Amplia 5. † compromissum inter coniunctos iuxta formam huius Regiæ pragmaticæ debere fieri inter fratres, quorum vnus vēdicat fundum ab altero venditum, qui aliàs pro emptoris defensione in iudicio comparuit, vt decisum in S. C. annuit de Bottis in addit. ad Bar. in quæst. 3. vers. Sacrum Consilium.

8 Amplia 6. † posse compromissum peti per venditorem Authorem laudatum coniunctum cum actore, vt decisum refert Vrsil. in decis. 15.

9 Amplia 7. † clericos posse cogere laicos consanguineos cum quibus lites agunt, & habent ad compromissum faciendum, quia gaudent statutis laicorum pro se facientibus non antē contra Gramat. decis. 100. Caualc. decis. 22. & 68. par 2.

10 Amplia 8. † compromissum peti posse etiam post dationē termini ad probandum, dummodo non sit vlterius processum scilicet ad citationē testium, vel articulorum præsentationem, vt sic conclusum tradit Capyc. in decis. 48. & ita de anno 1601. fuit decisum in S. C. in causa D. Beatricis Patignæ cum D. Sancio Bastida referente D. Didaco de vera penes Romanum, vbi intimato termino fuit petitum compromissum illicò, & fuit concessum.

11 Amplia 9. † compromissum posse peti, etiam per curatorem hæreditatis iacentis, vt pluries iudicatum in S. C. dicit Anna in singul. 121.

12 Amplia 10. † quod si primum compromissum euanuit tandiù debet cōpromitti, donec intentio pragmaticę impleatur, & nedum bis, sed ter, & quater, & quotiēs opus fuerit compromittetur, donec coram arbitris terminetur Viuius decis. 87. Balb. decis. 127. Rota diuers. in decis. 867. & decis. 1062. part. 3. licet per binas vices debere compromitti testetur decisum Afflict. in decis. 46. & vide Annam in singul. 109.

13 Limita 1. † compromissum non habere locum, nec posse concedi post datum terminum in causa, in qua erat contumax, vt fuisse decisum reperies apud Afflict. in decis. 185.

14 Limita 2. † compromissum non dari, vbi agitur ex testamento, licet sit liquidandum per probationem mortis testatoris, & aditionem hæreditatis, vt decisum annuit Capy. in decis. 48. vide Magon. in decis. Lucen. 99. vbi quod compromissum super legato, & testamento fieri non potest parte opponente.

15 Limita 3. † compromissum nō posse fieri super quęstione iuris, vt in terminis nostræ pragmaticæ annuit decisum Minad. in decis. 3.

16 Limita 4. † in causa appellationis, in qua compromissum fieri nequit, & sic etiam in iudicio nullitatis Puteus decis. 28. par. 2. licet quod † compro-

17 missum non impediat tempus appellationis sit decisum Guid. Pap. decis. 115.

18 Limita 5. † non posse fieri post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam Franc. Marc. in decis. 465. volu. 1. Viuius decis. 131. Caualc. decis. 45. parte 1. Surd. decis. 185. & sic dictat ista nostra pragmatica, faciūt scripta per Randens. in decis. 23. Balb. decis. 406. Faber. in decis. 9. tit. 35. volum. 1. licet

E hoc

19 hoc † fecus esset si de sententia in cõpromisso mentio facta fuerit, illique renunciauerint Franc. Marc. decis. 466. volum. 1. vt etiam est, si tractetur de offuscatione eiusdem sententiæ, quia posset compromitti Cartar. decis. 76.

20 Limita 6. † non procedere compromissum vbi sunt instrumenta publica liquida, vt per hanc pragmaticã in Regno est expeditum, & de iure communi tradunt Balb. in decis. 406. Magon. in decis. Florent. 119.

21 Limita 7. † in criminalibus, in quibus compromissum non habere locũ habes decisionem Afflicti 84. vbi ita reperies per Sacrum Consilium decisum, & in hoc Regno ista opinio nullam habet difficultatem ex ista nostra pragmatica, quæ vult, quod ciuiles, & mixtæ tantum causæ compromittantur, quod limites velim vbicunque ciuiliter causa criminalis ageretur, nã tunc compromitti posset ipsa causa criminalis, vt in quadam facti contingentia obtinui.

22 Limita 8. † in causis feudalibus, de quibus per Vasallos absque domini sui superioris cõsensu in arbitros cõpromitti non potest, vt in Regno habemus constitutionem diuæ memoriæ, §. arbitria, & est decisio Afflict.

23 138. licet † sit obseruantia in Regno, quod præstatur assensus in supremo Collaterali Consilio quo ad compromissa concernentia feuda, sed ordinant, quod arbitri ante prolationem laudi, siue sententiæ ipsorum in Collaterali Consilio referant.

24 Limita 9. † Compromissum non posse peti, vbicunque fuerit dissoluta affinitas per mortem, vt mortua vxore cesset compromissum inter socerum, & generum, & sic in similibus, vt socero, & nuru. Viu. in decisio. 181.

25 Limita 10. † non habere locum publicatis attestationibus, vt per Carocc. in decis. 48.

26 Limita 11. † in spolio recenti, vt per Afflict. in decis. 84.

In materia autem, ad eius ornatũ non desinas notare plura, quæ hic ti-

27 bi cumulo. Scias igitur primo † compromissum esse transactionem in quandam Magon. in decis. Florent. 85. Caualc. decis. 45. par. 1. Gail. obseru. 141. lib. 1. Barz. in decis. 63.

28 Nota secundo, † quod compromissum in arbitros requirit scripturam Faber in decis. 2. tit. 26. libro 7. vol. 2. Magon. in decis. Florent. 119.

29 Nota tertio, quod † spiritualis causa in laicum arbitrum compromitti nequit. Guid. Pap. in decis. 69. vbi hoc limitat, quando fieret compromissũ rei spiritualis in clericum, & laicum simul cum Summi Pontificis, vel alterius superioris spiritualis authoritate, quia tunc bene valebit, vt in quadam causa fuit obseruatũ in Regno tempore felicis memoriæ Clementis VIII. qui commisit illam causam Reuerendissimo Nuncio Apostolico, & D. Petro de Vera de Aragonia, sic &

30 † vsurarum causa, cũ & ipsa spiritualis sit, Franc. Marc. decisio. 487. Cacher. decis. 137.

31 Nota quarto, quod † monachi nequeunt esse arbitri, nisi concurrentibus licentia superioris, & monasterij vtilitate, cap. Monachi 16. quæst. 1. Guid. Pap. in decis. 563. Franc. Marc. in decis. 528. vol. 1. Veral. decisio. 174. par. 1.

Nota quinto, quod quamuis compromissum non appareat, nec cõstet

32 † arbitri potestas, si tamen in laudo antiquo, vel sententia prolata sit mẽtio de potestate arbitrorum, vel sententia sit prolata præsentibus, & consentientibus, eo casu præsumitur potestas arbitro attributa, & compromissum præsumitur, Franc. Marc. in decis. 440 vol. 1. Afflict. decis. 117. Viu. decis. 131.

33 Nota sexto, quod † finitur triennio compromissum, vt censuit Rota Roman. diuers. in decis. 1881. par. 3. & est decisio Guid. Pap. 240. In hoc tamen

Regno

Regno vigore huius nostræ pragmaticæ, & si duorum, vel trium mensium terminus, quando in casu discordiæ eligitur tertius sit statutus, tamen vt video obseruantia est, quod partes tribuant arbitris, & arbitratoribus breuem, ac longam dilationem, vt eis placet.

34 Nota septimo, quod † per compromissum non censetur renunciatum sententiæ, Surd. decis. 185. Raudens. in decis. 23.

35 Nota octauo, quod † verba compromissi comprehendunt accessoria, & connexa Rota diuers. in decis. 194. parte 1.

36 Nota nono, quod † potestas eligendi tertium in casu discordiæ dari potest arbitratoribus, non arbitris Frãc. Marc. in decis. 462. par. 1. Gratian. in decis. 236.

37 Nota decimo, quod † compromissum extinguitur per mortem vnius ex arbitris. Ludouic. in decisione Lucens. 37.

38 Nota vndecimo, quod † compromissum nouum est, si quid additur, vel detrahitur priori, super quo confessio per procuratorem facta non extinguitur Afflict. decis. 138.

39 Nota decimo secũdo, quod † arbitratores pacisci possunt de mittendo ad Consilium Sapientis non autem compromittentes Viuius decisione 472.

40 Nota decimo tertio, quod † dies compromissi incipit ab acceptatione Boer. decis. 283. vide tamen Franc. in decis. 626.

41 Nota decimo quarto, quod † si hæres alicuius conuentus à consanguineo compromiserit causam vigore huius edicti, & in compromisso obliget se nomine proprio de parendo laudo post laudum latum contra se potest opponere discussionem inuentarij non obstante, quod proprio nomine se obligauerit in compromisso, vt decisum per Sacrum Consilium refert Minad. in decis. 25. licet contrarium habeatur per Franc. in decisio. 323. pro qua opinione aliàs fuit iudicatũ in causa Marchionis Oriæ cũ Ioãne de Figueroa penes Felicẽ Actuari.

42 Nota decimo quinto, quod † in duos factum compromissum, & si dissentirent, tertium assumerent, non valet, in assumendo enim tertium possent dissentire; vt annotauit Franc. Marc. decis. Delphin. 463. subdens;

43 quod † si etiam discordarent in eligendo tertium Iudex ordinarius illos cogere possit, vt tertium certum eligant, & vbi iudice mandante arbitri certum tertium non eligerent, eo casu iudex illum eliget, ita arrestum protulit Paponus, de quo vide Rebuff. artic. 1. glos. 2. vbi propria, arresti

44 verba notat, † quando autem ex duobus arbitris vnus esset clericus alter verò laicus ad eligendum tertium arbitrum clericum coget iudex Ecclesiasticus, laicum verò iudex laicus, & casu quo essent ambo clerici, Ecclesiasticus iudex illos coget, Barz.

45 decis. Bonon. 87. Si verò † non essent arbitri, sed arbitratores, & essent discordes non ipsi eligent tertium, sed eligetur à partibus, & si esset compromissum in arbitros & arbitratores, eo casu modus, quo processerint attendi debet, de quo Franc. Marc. decisio.

46 464. & † si factum esset compromissum in duos, vt in casu dissentionis assumant Petrum, compromissum non valebit, quia in assumendo dissentire non possunt Bellon. decis. Genuæ 21. Caualcan. decis. Finizan. 20. quamobrem, si in tres compromissum factũ fuerit valebit illud, cum sufficiat duos insimul consentire, dummodo tertius præsens fuerit, alioquin eo absente, licet duo consentiant arbitriũ non valet, quia in plures fuit compromissum, & potuit præsentia eius trahere eos in eius sententiã Gratian. decis. Marchiæ 236. & amplia, vt etiam si tertius arbiter fuisset requisitus, alii duo procedere, aut sententiam ferre minimè possint, etiam si tertius fue-

rit præsens in discussione meritorum causæ, & dixit opinionem suam, & recessit, adhuc alij duo sententiã proferre nequeunt, Viu.decis.380. licet cõtrariũ,quod si fuerit requisitus, vel citatus,sed se absẽtauit dedita,opera quia & quod alij duo possint procedere,& sententiam ferre, & tenere sententiam ratione latitationis illius arbitri,quia vocatus,& contumax habetur pro præsente, tenuit Faber lib 2. decis.3. de arbitris, vbi tamen subdit, hoc non prodesse,quia procederet in præiudicium contumacis, non aliorum, verum de iure Canonico diffinitum est, quod si vnus ex tribus arbitris requisitus, & vocatus se absentauerit,alij duo sententiam proferre poterunt, iure ciuili non obstante, vt optimè tradidit Bisignetus decis.3.ti-
47 tul.de arbitris,quæ tamen † iuris Canonici dispositio procedit solum in terris, & iurisdictione Sum. Pontificis, in terris verò iurisdictionis Regum, ac Principum sæcularium procedit dispositio iuris ciuilis, Vinius
48 decis.380.Item nota, † quod & si cõpromissum factum in duos, quod in casu discordiæ eligant tertium, non valeat,tamen si partes dixerint, quod arbitri eligant tertium,ante quam de causa cognoscere incipiant,tunc valebit, vt optimè tradit Puteus decis-
49 sione 105. Nota etiam,† quod quando fit compromissum in arbitratores potest illis tribui potestas eligendi tertium Gratianus decis. March.173.
50 & si † factum fuerit compromissum, & tribus data potestas,& in simul processerint valebit sententia data per duos tantum Rot. in antiq.decis.851. Si verò discordant duo arbitri inter se ipsos, verum tertius discordat ab vtroque illorum,tunc illius tertij sententia attenditur,in cuius sentẽtiam alij duo concurrere oportet Balbus decis.479. quando verò tertius est electus de partium consensu, tunc verò solus iudicare non potest,sed cogitur cum altero se concordare Crescent. decis. 2.titu.de arbit. & in hoc Regno Neapolitano idem seruatur per hanc pragmaticam odia litium, vbi dicit tertius intra vnum mensem vnã cum dictis arbitris,vel altero ex eis per su laudum causam expediat.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum debet apparere, vt laudum sit validum.*
2 *Laudum non potest pro parte acceptari.*
3 *Laudum,quando sit nullum,& num.5. 7.10.12.14.17.19.20.& 21.*
4 *Laudi acceptatio non inducitur per taciturnitatem infra decem dies.*
6 *Sententia arbitrorum nulla, est per iudicem ordinarium declaranda.*
8 *Laudum integraliter est exequendum, sed quando non est exequendum. numero 9.& vide nu.18.& 24.*
11 *Pro laudo præsumitur.*
13 *Laudum nullum quomodo probetur acceptatum in iudicialibus.*
15 *Appellari quando nequeat à laudo,& num.16.*
22 *Laudum equiparatur transactioni.*
23 *Reductio ad arbitrium boni viri non impeditur etiam si cum iuramento fuerit renunciatum enormissimæ læsioni.*

COLLECTANEA 20.

Super pragmat.II. sub Rubr.de Arbitris.

Et si aliqua, &c.

HIc sancitum reperio, quod laudum per arbitros latum partibus conquerentibus debeat reuideri infra mensem per iudicem ordinariũ. Tu vide latè Thesaur. in decis. 14. & Benintend. in decis. Rotæ Bononiæ 15.& Ludouic.in decis.Lũcens.27. vbi agit de exequutione laudi, & plura necessaria adducit nostram pragmat. concernentia.& in decis.Perus.47.

Ad materiam autem laudi non desistas

Digitized by Google

fistas notare plures casus decisos, &
1 primo, quod † debet apparere compromissum ad hoc, vt laudum sit validum, aliàs laudum non posset sustineri, nisi partibus præsentibus, & non contradicentibus, fuerit mandatum exequutioni Gratian. decis. 64.
2 Secundo, quod † laudum non potest pro parte acceptari Franch. de-
3 cis. 173. Tertio laudum † est nullum, si non decidit omnes differentia, Itē si extra tempus latum sit. idem Fran-
4 ch. decis 354. Quarto † laudi acceptatio, non inducitur per taciturnitatem infra decem dies, & semper potest peti reductio. Viuius decis. 276.
5 & decis. 444. Quinto, quod † laudum super confinibus iurisdictionis in vim compromissi facti à vassallis est nullum, Marta decis. Pisan. 163. Sexto, quod laudum vltra compromissum factum est nullum, Marta decis Pisan. 46. Septimo, quod laudum extra compromissum etiam est nullum. Gratia. decis. 6. Octauo laudum religiosorum est nullum, si non constat de compromisso, & de licentia idem Gratian. decis. 94. Nono, quod laudum extra potestatem latum non valet, neque ratificari potest. Viuius decisio. 473. Deci
6 mo, quod † sententia arbitrorum dubia regulariter est per iudicem ordinarium declaranda, arbitris autem nullo modo competit, quoniam officio suo functi sunt. Et quid si declarandi facultatem sibi reseruassent. vide de-
7 cis. Thesaur, 253. Item † laudum eadē die compromissi latum non valet. idē Thesaur. d. decis. 253. Vndecimo laudum, non valet super re, cuius actio non competebat, & illius vigore datum reperitur. Magon. decis. 85. Duo-
8 decimo, quod † laudum integraliter exequendum est. Mohedan. decis. Rotæ Rom. 10. de re iudicata. Decimo-
9 tertio † laudum non est exequēdum, quando arbitri assumunt sibi assessores vltra nominatos. Laurent. decis. 142. Decimoquarto, quod reductione pendente, exequutio laudi impeditur, etiam si per statutum exequendū esset. Mastrill. decis. 90. Decimoquinto, quod Emologationis procuratorium ante laudum fieri non potest. Franc. Marc. decis. Delphin. 150. par-
10 te 2. Decimosexto † laudum non valet, vbi arbitri non concordant in Sūma. Rot. Rom. decis. 1. de arbitris in antiquioribus. Decimoseptimo, quod laudum arbitri habentis interesse nullum est, & sententia illius confirmatoria non valet. Crescent. decis. 1. de
11 arbitris. Decimooctauo, quod † pro laudo præsumitur etiam si reclamatum sit. Put. decis. 113. par. 3. Decimonono, quod quando in narratiua sententiæ, de arbitrorum potestate fit mentio, aut partibus præsentibus, & consentientibus lata est, tunc licet de compromisso non appareat, tamē exequutio laudi peti potest. Franc. Marc. decis. Delphin. 439. par. 1. Vige-
12 simo † laudum est validum vigore cō promissi, facti ad formam statuti relatiuè etiam si à tutore, Barz. decis. Bonon. 87.

Quando autem laudum recipiat interpretationem à verbis compromissi, & comprehendat fideicommissum vide decis. Pisana. 223. Martæ. Itē an valeat laudum latum per duos ex tribus arbitris, vide Viuiū decis. 380.
13 Item † laudum nullū quomodo probetur acceptatū in iudicialibus, vide decis. Seraphini 512. par. 1. Item an possit emologari à partibus, vide decis. Pisan. 46. Martæ. Item quomodo probetur consensus vniuersitatis super laudo, vide decis. 203. eiusdem
14 Martæ. Et an † laudum latum per arbitrum vigore compromissi facti in terminis, in quibus, reperitur causa duraturi per duos menses à die acceptationis, nullum iudicari debeat, si fuerit datus terminus ad conueniendum Apocam per arbitrum non omnibus differentijs compromissis decisis, nec præsente arbitratore publicatum, fuit decisum esse nullum. Franc. decis. 354. Intrigliol. decis. Sicil. 23.

Et

Digitized by Google

15 Et an à laudo continente plura capita possit pro aliquibus ipsorum appellari, & pro alijs non sicut in sententijs decisum negatiuè Fran. decis. 173.

16 Et an † laudum latum per Regios Consiliarios huius Regni electos in arbitros habeat executionem paratam, ita quod ab eo appellari non possit, sed executioni demandari, fuit decisum quod sic. Gram. decis. 9.

17 Et an sit † nullũ laudum, si sine partis citatione fuerit promulgatum, vel in præiudicium transactionis laudetur, aut si superior apposuerit manus vide Annam. in alleg. 99.

18 Et an † laudum nullum exequi possit, quando allegaretur nullum stante pacto, quod non possit dici de nullitate, & posse exequi fuit decisum in S. C. Anna, in Sing. 299. Mart. decis. 163.

19 Et an † laudum latum per aliquem religiosum electum in arbitrum, & amicabilem compositorem per viam decreti, cuius proprium erat componere partes absque sententia, & decreto sit nullum, esse nullũ fuit decisum in S. C. referente Reg. Cons. Morral

20 Et an † laudum prolatum per arbitros electos in causa feudali, super quo assensus Regius impetratus fuerat debeat iudicari nullum, si super compromisso non fuerit antea assensus impetratus negatiuè decisum audiui, dum occurrisset in facto.

Et an pro petendo recursu à laudo requiratur mandatum speciale, vel sufficiat cum libera est lidendus, Magon. decis. Lucens. 51.

Et an hæc reductio ad arbitrium boni viri possit renunciari, vel per aliquam cautelam excludi, vide Ludou. decis. Lucens. 27. Barz. decis. 68. Intrigliol. decis. 23.

Et coram quo iudice actoris, scilicet an rei petenda sit hæc reductio vide Afflict. decis. 51.

Et quid si pars laudum acceptauerit an postea possit petere reductionem ad arbitrium boni viri, vide Barz. decis. 112.

Et an ex causa iniqui laudi possit agi de dolo contra arbitros, vide Ludouic. decis. Lucens. 30.

21 Sed quando dicatur laudum nullũ, & quomodo, vide nouissimè Monach. in decis. Lucens. 53. vbi pariter habes laudum nullum non esse laudum, & nullum operari effectum, & non contineri sub statuto de laudo disponente, nec parit exceptionem rei iudicatæ, nec in iudicatum vnquam transit, nec vllum præiudicium affert, & in materia vide eundem Monach. in decis. Bononiæ 29 & in decis. 34. eiusdẽ

22 Rotæ, & in decis. 25. vbi quod † laudum æqui paratur transactioni.

23 Scias insup † nõ impediri reductionem ad arbitrium boni viri, etiam si cum iuramento fuerit renunciatum enormissimæ læsioni occasione reductionis ad arbitrium boni viri Balbus decis. 168. Franc. Marc. decis. 151. vol. 2. Papon. lib. 6. tit. 3. Arresto 1. Cappella Tholos. in decis. 267. Cassador. decis. 1. de empt. & vendit.

24 Item pendente † reductione ad arbitrium boni viri laudum non exequitur Balb. decis. 461.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica hæc comprehendit illos, qui inueniuntur stare, vel sedere absque lumine.*

2 *Statutum prohibens asportationem armorum non habet locum contra eum, qui cum armis captus non est.*

Fallit tamen, vbi delictum euidenter appareat fuisse comm issum cum armis ibidem.

3 *Edictum Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ contra arma domi retinentes habet locum etiam contra detinentes ea in domo amici.*

4 *Arma portans intus cortile domus suæ, non incidit in pœnam pragmaticæ.*

COL-

COLLECTANEA 21.

Super Pragmatica I. sub Rubrica de Armis.

Intese per la prefata Maestà &c.

QVilibet hic prohibetur arma portare per Ciuitatem Neapolis & post duas horas noctis incedere absque lumine, & euaginantes ensem puniuntur non secuto effectu.

1 Sed quid † si quis inueniatur stare, vel sedere absque lumine an incidat in pœnam pragmaticæ, affirmatiuè resoluit Mariag. in decis. 35. quia secundum ipsum licet appareat aliter ex verbis, videtur aliter de mente statuti, & Banni, & an hæc pragmatica liget ecclesiasticos vide Peguer. in decis. Cathaloniæ 56.

Sed dum dicitur in hac pragmatica *ancorche non siano trouati in fraganti* nota hoc adducere limitationem ad text. in l. si Barsatoram C. de fideiussoribus, ad cuius ornatum sunt videndi Peguer. in decis. 55. Marta in decis. 80. & D. Ricc. in decis. 257. part. 2. & ex

2 quibus habebis quod † statutum prohibens asportationem armorum non habeat locum contra eum, qui cum armis captus non est, licet hoc fallat quotiescunque apparet euidenter delictum fuisse patratum cum armis, vt decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana audio in quadam facti contingentia, vbi etiam iudicatum scio, quod † edictum ipsius Curiæ Archiepiscopalis contra arma domi retinentes vendicat sibi locum contra eum, qui in domo sui amici fuit cum armis captus, & vide pariter Gamam in decis. Lusitan. 172.

4 Sed num sub hac pragmatica comprehendantur, qui arma detulerint intus cortile, vel porticum eorum domuum, negatiuè decisum refert Anna filius in addit. ad patrem in constit. si quis aliquem, num. 17.

S V M M A R I V M.

1 *Armorum appellatione quid veniat in statutis per d. sursum vide.*

COLLECTANEA 22.

Super Pragmatica V. sub Rubrica de Armis.

Perche per lo portare, &c.

HIc puniuntur portantes plumbatas, & alia offensibilia. Sed

1 † armorum appellatione quid veniat in statutis, vide resolutionem Caballi 93. vbi quod qui alium dẽtibus percutit, aut vulnerat pęna statuti punientis percutientem, aut vulnerantem cum armis non tenetur, quoniã dẽtes hominis corporis pars existũt, & armorum appellatione non veniũt, idem si quis alium vnguibus percutit, aut vulnerat, cum nec etiam principaliter ad nocendum ordinati sint, sed ad aliam operationẽ, & pro humani corporis seruitio. Quid si percusserit, aut vulnerauerit cũ amphora plena vino, cyato, vel alio vase vitreo, vel terreo, aut cum pera panis, siue libro, vel sacculo pecuniarũ. Ista quidem arma non sunt, nec principaliter ad nocendum inuenta, ergo pęna ita ordinata non punitur, quid si cum Mãnara, Accetta, Ronca, Martello, vel alio instrumento ferreo rustico ad aliquas artes exercendas ordinato, siue fuste, aut lapide, pęna statuti contra percutiẽtes armis tenetur, licet contra deferentes arma non teneatur, quia armorum appellatione quoad effectum percussionis factæ cum eis, etiam arma non offendibilia veniunt, licet secus quoad effectum delationis eorum, percutiens igitur, ac si cum armis percusserit puniendus est, postquam eisdem tãquam armis vsus est. Pęna autem cõtra deferentes ita tenetur si tempore, & loco

co incongruis deferat, quibus ad vnũ destinatum vti non poterat, neque ipsa operatio ad quam destinata sunt explicari valebat, præsertim si cõstaret, quod animo aduersarium offendẽdi deferret, tũc enim de delatione punietur, vbi quis ex permissione, vel licentia superioris arma portare potest, si ipsis aliquem percutiendo abutitur, tunc de dilatione puniẽdus est, cum in licentiæ impetratione de nõ abutẽdo promiserit, cum delicta impunita remanere non debeãt, pro punitione percutientis cum dentibus, aut vnguibus ad pęnam alterius statuti recurrendum est, punientis per percussionem cum manu, quia dens est membrum sicut manus, & cum non reperiatur statutum particulare de percutiente cum dente, procedendũ est de similibus ad similia, etiam si statutum non fuerit, cum de iure communi quoque in casibus non expressis ad similes, vel ad consuetudinem recursus habeatur. Sed certè pęna percussionis, cum baculo, vel lapide magis conuenit percussioni cum dẽtibus, Vbi statutum non simpliciter de percutiente cum armis loqueretur, sed etiam cum alia re ad nocendum apta, aut ad maleficium commit tendũ omnes illę res, quibus aliquando ad nocendũ vtimur continentur, licet ad aliam operationem inuẽtæ, ac fabricatæ fuerint, sed percutiens dentibus, vel vnguibus non comprehenditur, ea enim arma considerãtur quæ manu facta sunt, & ab homine separata.

SVMMARIVM.

1 *Arma defensiua comprehenduntur in edicto asportationis armorum.*
2 *Asportans arma non apta ad nocendum puniri non debet.*
3 *Edictum curiæ Archiepiscopalis Neapol. contra arma asportantes non habet locũ in clerico, qui acceperat cultrum vt ferret illum Magistro, vt accommodaret.*
4 *Arma vetita portari per edictum Curiæ Archiepiscopalis Neapol. nõ possunt ferri per diœcesim.*
5 *Arma quo iure sint prohibita remissiuè.*
6 *Commodans arma ei, qui à lictoribus captus est an repetere possit remissiuè.*
7 *Edictum prohibens arma non comprehendit archibusettum absque fucili, & silice, sed benè comprehẽdit forenses, nu. 8.*
9 *Edictum prohibens portare pugiones, & stilettos comprehendit cultellũ duorum palmorum.*
10 *Edictum asportationem armorum prohibens dum comprehẽdit maiores 18. annorum, videtur excludere minores. Sed an tale edictum possit sede vacante demandari executioni. ibid.*

COLLECTANEA. 23.

Super pragmatica VII. sub Rubrica de Armis.

Item s'ordina, e comanda, che nessuno ardisca, &c.

HAec pragmatica prohibet arma offensiua, & defensiua nominibus expressis.

Ad ornatum videas D. Ricc. in decis. 208. par. 1. vbi recenset decisum à curia Archiepiscopali Neapolitana,
1 quod † arma defensiua comprehenduntur in edicto ipsius curiæ prohibente asportationem armorum, sed
2 † asportans arma non apta ad nocendum, an puniri debeat pęna pragmaticæ, negatiuè dicit decisum D. Ricc. in Curia Archiepiscopali Neapolitana, vt in decis. 93. par. 1. qui in decis. 167. ead. par. 1. refert in eadem Curia
3 resolutum, & iudicatum, quod † arma asportantes contra formam edicti Neapol. Curiæ, non locum sibi vẽdicet in clerico, qui acceperat cultrum, vt ferret illum Magistro accõmodandi gratia, & in decis. 158. par. 2. de-

decisum pariter dicit in eadem curia quod † arma vetita portari per edictũ per diœcesim portari nequeāt, ita vt contra illos asportātes locum habeat edictum. Sed statuta prohibētia asportationem armorum quando non comprehendant delatores ad occidendum bannitos, vide Cabal. in resol. 43. & † arma quo iure fuerunt prohibita, & quæ sint hodie prohibenda vide Peguer. in decis. 56. & edictũ contra deferentes arma, an eos comprehēdat, qui per statutum anterius deferre poterant, vide Cabal. in resolut. 107. Sed † commodās arma ei, qui à lictoribus captus est vt repetere possit, vide Ludouic. in decis. Perusina 91. & an † edictum prohibens arma, comprehendat portantem archibusettum absque fucili, vel silice, aut cane arrorato, negatiuè decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana dicit D. Ricc. in decis. 93. par. 1. qui in decis. 84. ead. par. 1. dicit decisum † tale edictum comprehendere Forēses, & in decis. 22. par. 1. dicit decisum, quod † edictum imponens pœnam asportantibus pugiones, & stilettos procedat in asportante cultellũ duorum palmorum, & in decis. 225. dicit decisum tale edictum † dum cōprehendit maiores 18. annorum non includere minores. Sed an edictum cōtra clericos arma portantes illius pęna possit Sede vacante exequtione demandari, dicit idem D. Ricc. in decis. 149. par. 1.

4
5
6
7
8
9
10

SVMMARIVM.

1 *Arma domi retinentes puniuntur pœna edicti prohibentis asportationem armorum, licet secus si ea retinerēt iure pignoris. nu. 2.*

3 *Defendens se cum armis prohibitis non punitur de eorum asportatione.*

4 *Delinquens cum armis prohibitis punitur, tam pœna delationis armorũ, quam delicti, licet contrarium: nu. 5.*

6 *Pœna duplex exigi non debet.*

7 *Nobiles ad pœnas ignominiosas non cōdemnatur.*

8 *In casu hæresis nobilitatis non habetur ratio, & sic pariter in crimine falsi.*

9 *Carceres Nobilium in magna Curia sunt diuersi à popularium.*

COLLECTANEA. 24.

Super pragmatica VIII. sub Rubrica de Armis.

Perche, &c.

1 HAbetur hic † declaratio pœnæ contra detinentes arma prohibita, quod arma domi retinentes puniuntur pœna edicti insligentis pœnas portantibus fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, vt dicit D. Ricc. in decis. 209. par. 1. vbi
2 limitat non procedere † in retinentibus arma iure pignoris, nō iure dominij, vel quando per modicum tempus ea retinuerint, sicuti etiam non
3 habebit locum hæc pœna cōtra † defendētes se cum armis prohibitis Cabal. in resolut. 62. & sic decisũ in Curia Archiepiscopali tradit D. Ricc. in decis. 48. par. 1.
4 Sed an † committens delictum armis hic, & in alij pragmaticis prohibitis debeat puniri tā pęna delationis armorum, quam pęna delicti, vel potius vna cum alia confundatur, dicas in M. C. V. & in S. C. seruari vtriusque pœnę impositionem, sed vide Ludouic. in decis. Lucens. 61. & nouissimè D. Ricc. in decis. 57. par. 2. vbi deci-
5 sum refert in Curia Archiepiscopali Neapolitana † pęnam delationis armorum confundi cum delicto vulne-
6 ris, vel homicidij, duplex enim pœna exigi non debet. Idem D. Ricc. in decis. 42. eod. par. 2.

Sed quatenus in hac pragmatica fit differentia inter Nobiles, & plebeios quoad pœnam corporalē, pro
7 ornatu scias, quod † Nobiles ad pœnas ignominiosas, non condemnan-

tur, vt latè est videre apud D. Ricc. in decis. 232. par. 2. vbi benè habes, quia pœnarum specie sint puniendi Nobiles delinquentes, & vide Franch. in
8 decis. 569. licet † in casu hæresis nobilitatis non habeatur ratio, vt decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana demonstrat. Idem D. Ricc. in decisio. 278. par. 2. & etiam in casu criminis falsi, nam neque ratio nobilitatis habenda, vt per eundē in decis. 279. ead. par. 2. vbi dicit sic seruari in dicta Curia Archiepiscopali.
9 Et scias, quod † carceres nobilium in M. C. V. sunt diuersi à carceribus popularium, vt poteris videre penes Franch. in decis. 630.

SVMMARIVM.

1 *Assassinus puniri debet pœna ordinaria, si ad actum proximum deuenerit, nec alter homicidium fuerit sequutum.*
2 *Mediator inter mandantem, & mandatarium criminis assassinij non comprehenditur sub hac pragmatica, & num. 6.*
3 *Assassiniū quando verificetur, & nu. 6. per quos committi dicatur. nu. 4.*
5 *Assassinium non probatur per testes parte non citata, & qualiter probetur remissiuè. nu. 7.*
8 *Assassinus an sit remittendus ad baronem.*
9 *Committens homicidium cum qualitate assassinij non gaudet immunitate Ecclesiæ.*
10 *Facultas dispensandi super irregularitate generaliter concessa superioribus alicuius congregationis ad assassinium non extenditur.*

COLLECTANEA 25.

Super pragmat. I. de Assassinio.

In ogni tempo, &c.

Dans, vel promittens pecuniam mandatario pro aliquem occidendo, si fuerit deuentum ad actum proximum, etiam si mors non sequatur vltimo supplicio damnetur, & similiter mandatarius, & sic semel fuisse seruatum contra quendam, vt vltimo supplicio damnaretur refert Grā mat. in vot. 9. licet in vot. 8. dicat fuisse decisum in collaterali Consilio ad relationem M. C. V. in occurrenti casu, dum fuisset pecunia cuidam data ex causa homicidij, & per eum aggressum non aliter sequuto homicidio, mandantem fuisse punitum pœna pecuniaria, licet in alio simili casu, dū esset peruentum vsque ad vulnus inclusiuè tantum fuerit mandans punitus ad remigandum per biennium.
1 Et quod † assassinus puniri debeat pœna ordinaria, si ad actum proximū deuenerit, nec aliter hominem interfecerit, dicit Afflict. in Constit. si quis aliquem nume. 16. vidisse determinatum, & postea exequutum contra quendam assassinum, qui deuenerat ad actum proximum, nam traxerat dardum cum balista, & dederat in Arzone equi, nec percussit hominem, & tamen fuit condemnatus eadem pœna, ac si delictum assassinij perfecisset, & eadem opinio fuit recepta, & approbata per magnam Regiam Curiā Vicariæ Regni Siciliæ vltra Pharum, vt refert Capyc. in decis. 155. vbi fuit deuentum ad vulnera tantum morte non sequuta, & tamen assassini fuerūt pœna mortis damnati, similiter per Senatum Mediolanensem, vbi assassini, qui non peruenerant ad alium actum proximum, quam conferendo se ad locum, vbi erat patrandum assassinium, fuerunt furca suspensi. Cassan. in Comment. Burgund. Rubric. 1. col. 10. vers. Aduerte tamen.
2 Sed an † pragmatica ista habeat locum in mediatore inter mandātem, & mandatarium ad faciendum delictum, dicas negatiuè fuisse decisum per Sacrum Consilium ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ sub die 24. Septembris 1615. in causa Menichelli

Ca-

Digitized by Google

Camugli Inquisiti de læthali vulnere illato mediante pecunia in personā Francisci Morales, per Petrum Paulū Dauid mandatarium ex mandato ad occidendum ei dato per Iulium Rum mum mediante dicto Menichello Camuglio, qui fuit mediator inter Iuliū mandantem, & Petrum Paulum mandatarium, vt in Banca Danielis Actuarii M. C. V. confirmando Decretum M. C. V. quæ habuit pro vero, quod pragmatica, quæ loquitur de mandatore, & mandatarium nō comprehendat mediatorem, & propterea decreuerat, quod superſederetur in foriudicatione dicti Menichelli mediatoris, sed respectu dicti Petri Pauli mandatarij, eodem Decreto fuit dictum, quod procederetur ad foriudicationem.

3 An autem † assassinium verificetur per promissionem incertam per illa verba, Ammazzate il tale, che la casa mia vi è aperta, & sequuto homicidio fuerit aliqua quantitas pecuniæ data, ita quod per talem promissionē, & dationem clericus mandans possit puniri per iudicem laicum, nec sit remittēdus, vide decisum affirmatiuè penes Franc. in decis. 176. & assassinus an dicatur mandans vulnerari aliquē pecunia mediante, non sequuta morte negatiuè D. Ricc. in decis. Curiæ Archiepisc. 112. parte 1. & sic alius in eadem Curia Scio decisum, de hoc an no 1621. die 21. Ianuarij.

4 † Assassinium autem per quos cōmitti dicatur, vide decis. Capyc. 155. & decisionem Sacri Palatij Apostolici Venetiarum apud Triuis. in decis. 18. par. 2. vbi quod non solum per dantem, sed etiam per recipientem pecuniam assassinium committi dicitur. Idem si auxilium, vel fauorem quomodolibet super illo committendo præstiterit.

5 Sed an † assassinium probetur per testes parte non citata, vide decisio. Rot. Roman. penes Crescent. in decisione 2. de testibus, vbi negatiuè, &

6 an † verificetur assassinium ex confessione Inquisiti asserentis sub promissione certæ rei factæ per mandantem transmisisse homines ad occidendum aliquem, cui mandans succedere debuerat, & inde sequuto insultu, ac vulneribus affectus non fuit occisus, i. a vt puniri possit pœna contra assassinos statuta requiruntur plura requisita, quæ videntur cessare in casu isto, ex quo dispositio cap. 1. de homicid. in 6. loquitur solum de mandāte, non tamen de faciente per pecuniam, item in casu isto inquisitus mādauit aliàs absque pecunia homicidium perpetrari, quod realiter ipse non fecit. Tertio, quia non aliter pecunia interuenerat, sed promissio: quarto, quòd nulla cautela de tali promissione apparebat: item cum non constet de tali assassinio, nil extra cōfessionem ipsius, & demum cessante pecunia, quæ debet naturaliter solui, vt prædictum delictum verificetur, nullo modo assassinium reputari potest, & successiuè puniri, vide Capyc. qui refert in decis. 155. ipsum inquisitum fuisse suspensum, & assassinium locum habere.

7 † Qualiter autem assassinium probetur vide apud Mart. in decis. 238. vbi quod assassinium probatur per sociū criminis cum aliis adminiculis.

8 Sed an † assassinus sit remittendus ad Baronem, fuit decisum per M. C. V. quod quando remissio peteretur per eum, non erit remittendus, sed si peteretur à Barone, tunc remittitur, si habeat priuilegium specificè cum clausula abdicatiua, & priuatiua, vt fuit obseruatum in quodam assassino remisso allo Smaragliato, vt refert Tartagl. in Margarita fisci cap. 8. nume. 1. in fine.

9 Scias autem, quod † committens homicidium cum qualitate assassinij non gaudet Ecclesiæ immunitate Peguer. decis. 54. Cappel. Tholos. in decision. 329. Thoming. in decis. 122. Ruiz in decis. 49.

Digitized by Google

10 Et † dispensandi facultas super irregularitate generaliter concessa superioribus alicuius Congregationis ad assassinium non extenditur Sayr. in decis. 1. de homicid.

S V M M A R I V M.

1 *Assistentia vnde oriatur remissiue.*
Assistentia, vt detur debet probari bona fuisse in bonis, & de bonis illius debitoris. ibid.
2 *Assistentia datur, quoties in libello expressè petita est.*
3 *Assistentia, quando debeat concedi, & multa in materia num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*
12 *Agendi assistentia præscribitur spatio triginta annorum.*

COLLECTANEA. 26.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Assistentia.

Assistentiam, &c.

MAndat præsens pragmatica assistentiam etiam præstandã contra tertium possessorem, etiam principali non discusso probatis tamen extremis.

Ad ornatum videas Capyc. in decisione 51. vbi declarat, † vnde oriatur
1 hæc assistentia, vide pariter Afflict. in decis. 383. vbi quod sufficit in materia assistentiæ, si probetur bona fuisse in bonis, & de bonis illius debitoris. vide Thesaur. in decis. 38. vbi declarat, quæ sint extrema probanda in assistentia, & vide eundem decis. 53. vbi recenset
2 † assistentiam dari, quando in libello expressè petita est, ita quod non venit sub illa clausula Ius, & iustitia ministrari, & ampliat procedere dispositionem huius textus, etiam non liquidato debito cum principali debitore.

3 Sed quæro † assistentia petita per filium vti hæredem matris pro dotibus, & antefato super bonis possessis per tertios possessores, an sit etiam non tantum pro dote, quam pro antefato præstanda, cum antefati prædicti mortuo viro, & superstite filio, vsumfructum ipsius tantum mulier lucratur, qui mortua matre consolidatur proprietati ad vtilitatem liberorum, vt liberorum, non autem vt hæredum fuit decisum esse præstandam assistentiam pro dotibus super quadam domo, & ab alijs absolutus conuentus, Afflict. decis. 37. Et num † assi- 4
stentia peti possit super feudo obligato per feudatarium pro dotibus si assensus fuerit præstitus post mortem debitoris tempore, quo feudum erat debitum hæredi, quo casu assensus nõ valet, si fauore dotis procedat, fuit decisum in Sacro Consil. quod præstetur assistentia in subditum super feu-
5 do pro dote Anna alleg. 66. Et an † assistentia præstari debeat si fuerit ipsa petita ab vxore vigore instrumenti dotalis, quod non erat reassumptum iuxta Constitut. Regni, & erant mortui iudex Notarius, & testes, licet per aliud instrumentum fuerat vir confessus fecisse instrumentum dotale, & præsertim antefati, quod erat in forma probante, tum quia præstabatur contra tertios possessores, quibus confessiones illæ non videbantur præiudicare, nec apparebat de constituto precario, per quod fieret impetratio dominij in vltimo instrumento, fuit tandem communi voto decisum, quod præstetur assistentia, nam sufficit, quod instrumentum dotale potuisset reassumi ad euitandum circuitum, maximè stantibus dictis confessionibus, & sic nõ oportebat, quod fuisset reassumptum in forma probã-
6 te, Minad. in decis. 6. Et vtrum † assistentia petita per creditores viri super bonis ab vxore perceptis, & alienatis, postquam ipsa insimul cum viro alia bona alienauerat, vt confessa fuisset cum viro pretium recepisse cedendo iura, an sit præstanda si possessores

sores exceperint, quod habebant causam ab vxore debitoris, quæ habebat anteriora iura, non obstante replicatione, quod vxor cesserat iura alijs, ob quod sibi præiudicauerat, fuit per Sacr. Consil. decisum, quod præstetur assistentia non obstante, quod haberet causam ab illa vxore debitoris, postquam cesserat iura sibi competētia alijs emptoribus, Minad. decis. 29.

7 Et etiam † assistentia petita pro debito super feudo, quamuis rectè procedat ex generali obligatione, tamē debet esse regulata, vt in subsidium concedatur super feudo, & ita multoties per Sacr. Consil. fuit præstita super fructibus feudi tantum, ex quibus satisfieri possit creditoribus, & vide Martā in decis. 16. Et assistentia an sit concedenda creditori anteriori cum obligatione generali bonorum feudalium cum assensu super feudis obligatis, quamuis postea à debitore distractis in tertium possessorem, contra quem fuit lata sententia rescissionis contractus ob eius inualiditatem, & successiuè condemnatus ad relaxādum bona ipsa solutis quantitatibus prius per debitorem, ita quod pendēte solutione ipsa per retentionem rei ab ipso tertio, possessore assistentia peti nequeat, fuit iudicatum esse præstandam, & ita in fauorem ipsorū creditorum petentium assistentiam

8 de Ponte cons. 25. vol. 2. Et † assistentia petita per creditores anteriores hæreditatis, an sit præstanda, hærede opponente soluisse alijs creditoribus, iuxta dispositionem, & si præfatā dum soluerat eis, qui non soluendo post modum sunt effecti, fuit in Sacr. Cons. decisum in causa Ioannis Leonardi Monachi cum Thesaurario referente Regio Consiliario Quadra esse præstandum de Ponte in consil. 64.

9 vol. 1. Et † assistentia præstita super naui hypothecata cum promissione, quod nauigaret risico, & periculo alicuius, quid si fuisset ipse condemnatus ad exhibendum, aliàs ad pretium nauis iam peremptæ ob naufragium exequutioni demandari debeat; fuit per Sacr. Consil. decisum, talem sentētiam assistentiæ non mereri executionem ex eo, quod nauis re uera erat

10 perempta, & † assistentiæ sententia, quamuis stante appellatione interposita per reum mandari debeat exequutioni, & virtute clausularum bona exequuta creditoris præuia adiudicatione concedantur cum potestate, & facultate vendendi, an stante appellatione possit procedi ad venditionem fuit decisum per Sacr. Cons. quod nō, Franch. decis. 120. Et assistentia præstita super naui hypothecata cū permissione, quod nauigaret risico, & periculo alicuius, quid si fuisset, ipse cōdemnatus ad exhibendum, alias ad pretium nauis iam peremptæ ob naufragium exequutioni demandari debeat, vide de Bottis in addit. ad hanc pragmaticam in Antiquis fol. 465. incip. adde, quod dum per magnam Curiam Vicariæ, vbi refert per Sacrum Consilium decisum, talem sententiā assistētiæ non mereri exequutionem ex eo, quod nauis re uera erat perem-

11 pta. Et † assistentia petita per creditorem super bonis debitoris à tertio possessore possessis, tam pro capitale, quam pro decursis redditibus, an pro omnibus prædictis concedenda sit, quamuis (relicto iudicio rescissionis contractus contra hæredes debitoris intentato) commissa fuisset graduatio creditorum, ob quod contractus ipso iure resoluti, & rescissi videantur. Fuit decisum in M.C.V. Assistentiam esse præstandam, quoad tertios tantum, saluo prouisione facienda quoad capitale auditis hæredibus debitoris, & ita compilato processu sub die 15. Martij 1619. in causa Ioanne Faleriæ Tutricis hæredum quondam Pompei Guliolmi cum hæredibus quondam Isabellæ de Bottinis penes Seraphinum. Et nota, quod assistētia contra tertium præstatur, non obstante morte debitoris absque aliqua di-

discussione bonorum Ascia decisione 194.

12 Sed quæritur † agendi assistentia quanto tempore præscribatur, non minori spatio triginta annorum decisum est apud Afflict. in decis. 139.

SVMMARIVM.

1 *Venari non licet in alieno territorio, sed quando. num. 2.*

3 *Venatio an, & quando possit per Principes superiorem recognoscentes prohiberi, & an per Barones suis vassallis. num. 4. & vide num. 5 & 6.*

7 *Ius venandi inter seruitutes reales censetur.*

8 *Fructus Syluæ venatoriæ, cuius sint.*

COLLECTANEA. 27.

Super Pragmatica I. sub Rubrica de Aucupib. & Venator.

Essendo peruenuto a nostra notitia.

Dispositio huius pragmaticæ tendit, vt nemo in territorijs appatronatis accupari, vel venari valeat, ita quod agitur de materia venationis, ad cuius ornatum multas decisiones, prout est nostri instituti hic referam, & cumulabo.

1 Sciendum est † igitur in iuris terminis bene, & optime esse fundatam dispositionem huius pragmaticę, nã in alieno territorio venari, & aucupari non licet, vt Cauetur ex decis. Senatus Grationop. apud. Guid. Pap.

2 219. quod procedit † ad feras bestias extirpandas, nisi pro vtilitate Reipublicæ ageretur, vt puta ne homines offendantur, vt apparet ex Francisco Marco decis. 303. volum. 1. ita quod tales aucupantes puniendos esse decidit Camera Imperialis, vt videri potest penes Gail. obseruat. 68. par. 2.

3 Venationes autem nõ possunt per principes, siue dominos superiores recognoscentes in locis publicis prohiberi nisi hoc ius prohibendi quis immemorabili præscriptione acquisierit, vide si casus occurrerit decisiones Sac. Regij Consilij Neapolitani penes Gram decis. 67. & apud Franch. in decis. 158. hinc Thess. 9. for. 22. lib. 2.

4 refert decisum † Barones non posse subditis suis venationes prohibere, nisi vltra inuestituram ipsis à Principe esset concessum ius prohibendi venationem, quo casu subditi tenerentur prohibitioni parere, cum ius istud Baro habeat à principe, qui ius prohibẽdi habet, & propterea subdit, quod cum in Senatu mota fuisset quæstio inter Baronem, & subditos de prohibitione venationis, quam Baro per literas Principis impetrauerat, fuit pro Barone pronuntiatum; & cõfirmata inhibitio in causa Isiæ 1602. Mẽse Nouembris. licet in illa causa Senatus restrinxerit facultatem prohibẽdi, quo ad lepores, pernices, & nobilem venationem licet num. 6. dicat Baronẽ posse vicinis prohibere, ne suis territorium, & fundum pro venatione ingrediantur, iuxta quod in facti contingentia refert iudicasse Senatum confirmando inhibitionem à Baronibus factam suis subditis de non venando in prædijs, quæ ipsi possidebant in loco in anno 1600. vltimo Iunij in causa dominorum Castiglioni Marchionatus saltiarum, & num. 7. dicit in causa Castellerij comitatus Aessẽs. prohibere posse dominos, ne in proprijs bonis venentur forenses 1605. vltimo Ianuarij, quæ sententia fuit in reuisione confirmata anno. 1609. 11. Februarij, & num 8. tradit fuisse semper iudicatum per Senatum Baronẽ posse prohibere venationem subditis, si ex consuetudine Baro ius prohibendi acquisiuisset, vt de piscatione

5 est decis. Guid. Pap. 114. & ideo † venationem posse prohiberi, ne fiat certo modo, vel ne fiat cum sclopetis, quando inesset periculum personarũ multoties in Sac. Consilio decisum reperio, nec licet vassallis venari cũ balistis,

balistis, & sclopetis, nisi quo ad apros
6 & lupos, † & ideo potest per Baronẽ prohiberi Ann. sing. 59. dummodo adsit consuetudo, qua muniti Barones in Francia prohibent venationem in Garenis Franciscus Marc. decis. 529. vol. 1.

In materia tamen venationis est
7 notandum † ius venandi inter seruitutes reales censeri, & in aliena Sylua per actus possessorios probatur, de quo extat decis. Cameræ Imperialis penes Gail. obseruat. 66. par. 2. & legas obseruat. 67. eiusdem, vbi quod dominus Syluæ venatoriæ possit facere in ea respectu habentium, seruitutem venãdi, & sequitur obseruatio. 68. vbi
8 discutitur † fructus Syluæ venatoriæ cuius nam sint, & deciditur ius legen dæ Glandis in dubio ad Syluæ dominũ pertinere, quia in ea magna domini vtilitas versatur, & huiusmodi fructus pars Syluæ sunt, de alijs verò Syluestribus fructibus licet glandis nomine omnes fructus contineãtur interesse quoque puto vtrum in constituenda seruitute de ijs; vel etiam de glande legenda aliquod nuncupatim pactum sit, quoniam pacta seruãda sũt, valet enim cõuentio, vt Sylua sit feudalis, vel emphyteutica, ita tamen vt fructus Syluestres domino directo cedant vide Maynard. decis 39. lib 2. vbi quod venatio est in fructu, & pertinet ad vsufructuarium.

SVMMARIVM.

1 *Adiutorium debetur à vasallis Baronibus, pro maritandis filiabus sororibus, vel faciendis filys militibus, etiam si eodem anno ipsas nubat, & non solum pro maritagio temporali, sed etiam pro spirituali, num. 3. licet debeatur tempore professionis nu. 4.*

5 *Barones nequeunt remittere adiutorium absque assensu regis, illudque possunt petere etiam, si habeant terram cum pacto de retrouendendo.*

6 *Adiutorium Baronibus, quibus in casibus debeatur, & nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. & quando non debeatur, nu. 14. & 15.*

16 *Vendere inuitus nemo cogitur regulariter, licet fallat fauore ecclesiæ, numero 18.*

17 *Filius non cogit priuatos emere res confiscatas per eum subhastandas.*

19 *Vendere quis cogitur pro ampliatione cappellæ, secus tamen pro Hospity Religiosorum ampliatione.*

20 *Vicinus, qui cogi potest vendere domũ, locare non tenetur.*

21 *Vendere quis cogitur pro ampliatione seminary, sic etiam causa fauoris publici, nu. 22.*

23 *Baro præfertur in emendo, & potest cogere vasallos ad sibi vendendum pro necessitate sui victus.*

24 *Priuilegium personale personam transgredi non potest nu. 26.*

25 *Bannum Baronis, nè ciues extrahant lignamina non valet*

27 *Baro non potest cogere eius vasallos ad sibi locandum rustica vel ad commodandum nu. 28. nisi sic adesset consuetudo.*

29 *Consuetudo est maxima vis.*

30 *Consuetudo loci est attendenda.*

31 *Iurisdictio in dubio dicitur concessa cumulatiuè, etiam si competat ex fundatione, nu. 32.*

COLLECTANEA 28.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Baronibus.

Officij nostri, &c.

MAndantur in hac pragmatica plura, & primo quod Prælati, & Barones vltra certum modum adiutorium a suis vasallis non exigant.

Ad cuius ornatum non desistas no
1 tare, & scire † quod adiutorium debetur à vasallis Baronibus pro maritandis filiabus, sororibus, vel pro faciẽdis filijs militibus, & alijs casibus vt in constitutione Regni quam plurimum.

Et

2 Et hoc † adiutorium non solū debetur si diuersis annis ipsas maritat, sed si eodem anno ipsas maritat, nā pro omnibus maritatis in eodē anno adiutorium debetur vide decisionē sacri Regij Cōsilij Neapolitani apud Franch. in decis. 306. vide Boer. decisio. 129. 130. & 131.

3 Et non solum † pro maritagio temporali, sed etiam pro spirituali, & sic pro monacatu filiarum debetur Baronibus adiutorium, Franch. decisio.

4 42. Boer. decis. 126. licet † debeatur tēpore professionis, & non ingressus, vnde si Baro tempore professionis desierit esse Baro minimè deberetur adiutorium Anna singul. 13. Franch. decisio. 42. vbi etiam si debeatur tempore nuptiarum.

5 Et adeò debetur † adiutorium à vasallis Baronibus, vt ipsi nequeant remittere absque assensu Regis, vt in quadam facti contingentia obtinui, & audio fuisse iudicatum.

Et etiam quod quis sit Baro, & habeat terram cum pacto de retrouendendo posset petere adiutoriū Frāc. decis. 756.

Quādo autem in aliqua terra quis habeat proprietatem, & alter vsufructum, adiutorium cui debeatur est videndū. decis. Capyc. 184.

6 Debetur etiam adiutorium à vasallis Baroni, etiam si possideret feudū Frācum, & Burgensaticum exēptum à solutione adhoę, & aliorum onerū, & etiam si haberet in emphyteusim ab Ecclesia Franc. decis. 131. Anna. allegat. 105.

7 Insuperque † adiutorium tenētur soluere vasalli Baroni nuptui tradenti sororem non ex necessitate dotis, sed voluntate, ex quo posset dotari de bonis ob diuitias Baronis Franch. decisio. 73. eum citat Capiblanch. de authorit. Baron. pragm. 1. num. 74. vbi refert non fuisse molestatam terram emptam à fratre post mortem patris pro adiutorio sororis nuptæ.

8 Item † adiutorium est præstādum auo maritāti neptes, etiam patre earum viuente Franch. decis. 215. & sic decisum testatur Molfes. in consuet. Neapol. par. 6. quæst. 4 nu. 22.

9 Idem † in filia spuria conclusum est, vt apparet ex decisione Senatus Burdegalensis apud Boer. in decisione 127.

10 Adiutorium † autem à vasallis an debeatur Domino potius, quam filio pro militia, vide Isern. in hac constitut. vbi refert seruatum, quod sic in Regia Curia.

11 Scias insuper quod † adiutorium debetur à vasallis Baroni, quando soluit dotem à patre legatam, vt fuisse decisum in Sacro Regio Consilio testatur Anna singul. 11. licet adiutorium, quod non debeatur à vasallis pro sorore maritanda, quotics dos illius fuisset legata à patre in eodem Sacro Consilio decisum refert Salern. in addit. ad Rubr. consuet. Neapol. de iure dot. incip. Inde solemnē fol. 230. vide Frecc. de subfeud. in author. 2. num. 16. vbi cōtrarium refert decisum.

12 Et istud † adiutorium debetur à vasallis Baroni pro maritanda secunda sorore vt decisum per Regiā Maiestatem habita sui Cōsilij deliberatione refert Glo. in hac constitut. in fin. incip. Dubitatur, vide Aiell. in tract. de iure adhoę. nume. 36. vbi in multis casibus refert sic fuisse decisum, & similem decisionem refert Fuscus singul. 25. litera F.

13 Item † adiutoriū debetur pro vna vice Baroni pro emptione terræ, vt decisum in Regia Camera Summariæ scribit Ayello in tract. de iure adhoę. nu. 32. An autem possit per filiū ementem alteram terram: distinguitur quod petere non possit, si feudum esset hæreditarium, secus si ex pacto, vt seruatum fuisse reperio in quadā facti contingentia.

14 Non debetur † autem istud adiutorium à vasallis auiæ maternæ Dominæ feudi pro maritanda nepte o-

pau-

paupertatem parentum, vt decisum in Sacro Regio Consilio in causa Baronissæ Martignani cum eius vasallis referente Præside Montaluo tradit Molfes. ad consuet. Neap. par. 6. quæstio. 4. nu. 32.

15 Vt † neque pariter debetur sorori maritantis à vasallis feudi per ipsum fratrē quæsiti vt in Sacro Regio Consilio decisum refert Loffred. in paraphr. feud. ad Isern. in ca. 1. §. vt autem æquitas col. fin. in fin.

Quatenus autem secundo in hac pragmatica mandetur, quod vnicuique libera sit facultas sua victualia alienare, & deferre ad libitū, ac quod Barones nequeant prohibere vt alienata non extrahantur, neque cogere ad sibi vendendum sub pœna. Tunc nota, & dicas Regulam vt † nemo inuitus cogatur vendere, quod suum est ad textum in l. inuitum, & l. dudum. C. de contrah. empt. neque emere ad text. in l. nec emere, C. de iur. delib. etiam iusto pretio Boer. decisio. 312. Franc. decis. 6. Franc. Marc. decisio. 511. par. 1. Giurba in decis. 86. vbi di-

16

17 cit quod ideo † nec fiscus compellit priuatos emere res confiscatas, per eum subhastandas, l. licitatio, §. ad conducendum, ff. de public. licet hoc non habeat locum fauore Ecclesiæ

18 † nam vicinus Ecclesiæ vēdere compellitur pro sui commoditate Gram mat. decis. 75. Thesaur. quæst. Forens. siue decis. 63. libr. 1. Franc. decis. 223. Mut. in decis. Sicil. 8. Valasch. decisio.

19 22. ita quod etiam † pro ampliatione Cappellæ cogatur vicinus vendere domum suam, vt decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur D. Ricc. in decis. 147. par. 1. licet aliter dicat decisum per eandem Curiam pro ampliatione hospitij religiosorum, vt in decis. 138. par. 1. & in decis. 10. ead. par. 1. refert pariter de-

20 cisum, quod † vicinus, qui cogi potest vendere domum pro ampliatione Ecclesiæ, locare non tenetur.

21 Sic etiam † pro ampliatione Seminarij quis cogitur suam domum vendere, vt per Carocc. in decis. 26. & sic

22 pariter ex causa fauoris publici quis fundum proprium vendere cogitur ad textum in l. venditor §. si constat, ff. commun. præd. Gomes. decis. 5. q. 7. Farinac. in decis. 853. vbi quod pauper habens palatium destructum vendere illud compellitur diuiti volenti ædificare.

Quod autem arbitrarium sit cuiquam sua bona vendere, & transferre non obstantibus Bannis Baronum sic fuit iudicatum inter vniuersitatem Lauri, & Marchionem Actuario Cioffo, licet in volentibus vendere † præferatur Baro soluendo pretium, pro-

23

ut alij ciues, vt fuit iudicatum in causa, eiusdem Vniuersitatis Lauri cum eius Marchione, vt apud Cioffum Actuarium, & alias fuit iudicatum in causa Ducis Magdaloni cum eius vassallis in S.C. Verum pro ista prælatione non poterunt emanare Banna, vt nemo vendat, nisi requisierint Baronem, vt pariter fuit pronuntiatum in dicta causa, & hinc iniustæ sunt ordinationes, ne vendant pisces, & fructus, antequam requiratur Baro loci, nam commercia debent esse libera, & non impediri ob prælationem Baronum, ac prælatio dicta competere ante venditionem factam non potest, vt similiter fuit decisum pro dicta vniuersitate Lauri, vide Franc. in decis. 390. In fructibus verò collectis ex suo feudo prohibitio procedit, nisi velit emere pro alijs amicis, nam tunc neque va-

24 lebit prohibitio, † cum personale priuilegium sit prælationis, & personam egredi non debeat Guid. Pap. decisio. 411. vide Cacher. in decis. 156. vbi plura cumulat, quando ius prælationis possit cedi, vel vendi Franc. decisione 226.

25 Et scias, quod † prohibitio, seu Bannum Baronis, ne Ciues extrahant lignamina à territorio, neque valet, licet appareat fuisse factum sub figura vtilitatis publicæ, vt fuit decisum in

causa, pariter vniuersitatis Lauri cum Marchione Actuario Cioffo.

26 Adde tamen, quod † Barones cogere possunt vassallos ad sibi vendendum pro necessitate sui victus, & familiæ, licet non possit cogere ad habendum fidem de pretio, vt fuit decisum inter vniuersitatem Theani, & Principem Hostiliani, quamquam enim statutum arctet quem ad vendendum, tamē in numerato pretium est soluendum, vide Valasch. in decisio. 22. licet si in maxima existeret necessitate, tunc tenerentur vassalli habere fidem de pretio, vt per Gail. in obseruat. 56. lib. 2.

Notare tamen non desinas, quod licet nostra pragmatica loquatur de venditione, tamen extenditur ad om-

27 nes contractus, † & hinc euenit Barones non solum cogere non posse ad vendendum, sed neque ad sibi locandum rustica, vel vrbana, præsertur vero in volentibus locare, vt fuit iudicatum in S. C. inter Marchionē Lauri, & Vniuersitatem Actuario Cioffo,

28 † neque poterunt cogere ad commodandum, vt faciunt aliqui, qui forasterios mittunt ad hospitandum modo apud vnum, modo apud alterum ex subditis, vt fuit decisum pro Vniuersitate Theani cum Principe Hostiliani, nisi adesset consuetudo, vel priuilegium, vt est in Ciuitatibus La-

29 uelli, & Mineruini, † consuetudinis enim maxima est vis, ita quod legem vincere, tradit Puteus in decis. 176. libro 3. & consuetudo loci est attendenda, vide Arumæum in decis. 14. Gail. obseru. 36. lib. 2. Carocc. decis. 111. Ludouic decis. Perus. 14. & decis. 62.

30 Sed † cum obseruantia istius pragmaticæ sit commissa portulanis, & secretis, quæro an ista iurisdictio videatur concessa, priuatiuè ad alios superiores Regis. dic, quod iurisdictio nunquam præsumitur abdicata ab ordinarijs, licetque alijs sit concessa, præsumetur cumulatiuè Grammat. decis. 30. Franch. decis. 417. Capyc. decis. 2. Rubeus decis. nouis. Roman. 33. lib. 1. Gratian. decis. 145. Cartar. decisio. 68.

31 quod procedit, † etiam si iurisdictio competat inferiori ex fundatione, vt fuit resolutum in Rota Romana in vna Abulen. Iuris visitandi 10. Nouēbris 1600. coram Sanctissimo Papa Gregorio XV. tunc Rotæ Auditore, vbi facultas visitandi Prælato inferiori ex fundatione competebat, & tamen fuit dictum, quod non intelligebatur adempta facultas visitandi tributa Episcopo ex dispositione Sacri Concilij Trident. sess. 22. c. 8. de refor-

32 mat. cum † intelligi debeat cumulatiuè, & non priuatiuè ad Episcopum, contra quam debet esse expressa prohibitio, vt etiam censuit, Sacra Congregatio eiusdem Concilij.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica hæc extenditur ad quoscumque in dignitate constitutos.*
2 *Quilibet suo debet esse contentus.*
3 *Molestia vassallis, quando fieri dicitur.*
4 *Barones malè tractantes vassallos priuantur feudo.*
5 *Iustitiæ administratio debet hominibus sufficientibus committi.*
6 *Barones iurisdictionem per se ipsos exercere prohibentur, sed illam tenentur alij demandare.*
7 *Barones non possunt interuenire in informationibus capiendis examinandis testibus, & torturis infligendis.*

COLLECTANEA 29.

Super Pragmatica III. sub Rubrica de Baronibus.

Quin etiam nuper, &c.

MAndatur, quod Barones cuiuscunque gradus, status, & conditionis existant suo sint contenti, & ab oppressione, & molestia vasallorum abstineant.

Et

1 Ex hac pragmatica infertur † ordinationem hanc extendi, non solum ad Barones, verum etiam ad quoscunque in dignitate, & prerogatiua, licet maxima, positos, vti ad Comites Marchiones Duces, ac Principes, cum vniuersalitas illius verbi (cuiuscunque) sit tam magna, vt comprehendat omne genus personarum, vide Capyc. in decis. 188.

2 Sed dum dicitur, quod † Barones suo sint contenti in terminis sic loquitur Maring. in decis. 21. per textum in l. 4. C. finiū Regund. ibi quilibet suo sit contentus, & rem non expetat iuris alieni, ex quo infert, quod quoties aliter agitur multa obueniunt mala, nā desiderium prauum rerum alienarū obcęcat mentem desiderantis, & mēs allegatā à cupiditatis vitio semper à veritate deuiat, & est aliena, ita quod facit ambulare de noctę obscura absque lumine.

3 † Molestia autem, vel oppressio vasallis fieri tunc dicitur quoties à Baronibus seruitia per vim extorquētur fit indebita onerum impositio, vel collectatio, vel si fiant iniuriæ reales, aut personales Boer. decis. 304. vide Vin. in decis. 447. & indebita carceratio absque causa pariter molestia dicitur, nam non licet Domino vassallos iniuriare, nec verbaliter, nec personaliter, sed potius tenetur defendere, Capyc. decis. 69. Boer. decis. 55. vn-
4 de merito † Barones malè tractantes vasallos priuantur feudo Grammat. decis. 104. vide Guid. Pap. in decis. 62. Gail. obseruat. 17. lib. 1. Franc. Marc. decis. 374. par. 2. Gaspar. Thesaur. nouissimè in quæst. forens. sine decis. 53. libro 3.

Sed dum in textu nostræ pragmaticæ dicatur, & mandetur Baronibus, vt vasallos faciant pace, & iustitia
5 gaudere, nota quod † nulla maior iustitia reputatur, quam iustitiæ administrationem hominibus sufficientibus committere, vt per Maring. in decis. 21. vbi quod à contrario nulla maior iniustitia reputatur, quam iustitię administrationem terrarum cōmittere hominibus insufficientibus cap. veh vobis 11. q. 3. nam salus, & Regimen subditorum est integritas, & prudentia Præsidentium, & Gubernatorum capit. miramur 61. distinct. vnde
6 † iniustitiam facere videntur Barones, qui tenentur demandare iurisdictionem, cum ipsi exercere sint prohibiti ex Franc. in decisio. 511. ita quod
7 † eis prohibita est præsentia in informationibus capiendis, examinandis testibus, & torturis infligendis, vt fuit decisum pro Vniuersitate Lauri contra Marchionem, vt penes Cioffum Actuarium, dum administrationem, & Regimen Terrarum, & Ciuitatum hominibus improbis, & insufficientibus imponunt.

SUMMARIUM.

1 *Officialis, qui emit officium habet animum excoriandi subditos.*
2 *Vendere quis officia, quando videtur.*
3 *Acta facta ab officiali, qui emit officiū, de quo post temporis spatium fuit accusatus, sunt valida.*
4 *Baiulationes, Portulaniæ, & Actuaria venduntur.*
5 *Baro non potest locare Actuaria introitus cum prouentibus ciuilibus.*

COLLECTANEA 30.

Super pragmat. IV. sub Rubr. de Baronibus.

Et inter alia, &c.

Statuitur hic, quod Baronum officia non sint venalia, & meritò, nā
1 † officialis, qui emit officium habent animum excoriandi subditos, & eo ipso, quod quis emit officium paratior est ad vendendum, & carius, difficillimum enim est temperare, quod non vendant carius in minuto, quod emerunt in globo, vnde impossibile

videtur, quod bono peragantur exitu, quæ in illo sunt inchoata principio capit. principalis 1.q.1. Boer. in decis. 149. vide Maring. in decis. 9. vbi dicit,
2 quod † vendere quis officia videtur non solum pecunia numerata interueniente, sed etiam si interueniat in concessione officij munus, vel suffragium; & idem asserit quotiescunque Baro solitam prouisionem officialis sibi retinet, vnde ipsam remittens emere dicitur, salarium enim statutũ est officialibus, ne detur materia furandi Viuius decis. 113.

Sed dum pragmatica hæc pœnam statuit ementibus, quod nullam habeant iurisdictionem in officio si pretio ipsum consecuti fuerint; quæro quid
3 † si post initium exercitium iurisdictionis fuerit officialis accusatus, apud superiores, quod officium emerit, & crimine liquidato fuerit priuatus officio, an acta facta ab eo sint nulla, vel constructa ab inhabili, & incompetenti iudice, dic quod valent, Boer. decis. 150.
4 Nota tamen, quod † Baiulationes, Actuariæ, portulaniæ, quæ officia sunt vendantur Franch. decis. 407. licet ne vasalli opprimantur, & Baro exerceat suam munificentiam, quam præ-
5 stare tenetur, Baro nequit locare Actuariæ introitus cum prouentibus ciuilibus, vt fuit prouisum pro vniuersitate Pisticij cum Barone, Felice Actuario.

SVMMARIVM.

1 *Officia Baronalia debent esse annalia, & amplia etiam in iudice secundarũ causarum: item amplia nu. 2.*
3 *Baro nequit officialem constituere ad beneplacitum.*
4 *Si officialis fuerit absolutus per syndicatores poterit confirmari pro anno sequenti.*
5 *Qui primo anno fuit Syndicus potest sequenti anno creari Aerarius Baronis.*
6 *In officio, quod cum sumptu exercetur non prohibetur pro sequenti anno exercere de consensu ipsius Officialis.*
7 *An officiales vniuersitatis sint annales.*
8 *Actuariatus officium debet esse annalis.*
9 *Annus in officialibus incipit à die possessionis captæ.*
10 *Dies incipit à perfectione actus.*
11 *Officia sine iurisdictione, vel cum aliquali non habent temporis stabilitatem, & qualia sint.*
12 *Officialis si impeditus sit officium exercere per integrum annum non suppletur de anno sequenti.*

COLLECTANEA 31.

Super pragmatica V. sub Rubrica de Baronibus.

Volumus, &c.

1 HIc mandatur, quod † officia Baronalia debeant esse Annalia, quod amplia procedere, primo etiam in iudice secundarum causarum, ita vt qui prius fuit Capitaneus in aliqua terra, nequeat deinde esse iudex secũdarum causarum, vide Decisionem Franch 479. & hinc euenit, quod fideiussor datus ab officiali pro primo anno non tenetur pro secundo. Viu. decis. 129.

Amplia secundo, procedere in tantum dispositionem huius pragmati-
2 cæ, vt † nequeat Capitaneus, etiam de ipsius, & Baronis consensu recedere ab officio pro illo anno, nisi etiam assenserit vniuersitas, iuxta decisionẽ eiusdem Franch. 409.

Et hæc qualitas annalis, adeo commensurata est officialibus, vt neque minoris temporis spatio esse possit,
3 ita vt † Baro nequeat officialem constituere ad beneplacitum, cum nec infra, nec vltra annum iure ipsum constituere valeat Boer. decisio. 149.

Franc.

Digitized by Google

Franc. Marc. decisione 19. parte secunda.

4 Scias tamen quod † si officialis fuerit absolutus per Syndicatores posset confirmari pro anno sequenti, vide Decisionem Sicil. apud Mastril. in decis. 188. sic etiam si refirmetur ex publica vtilitate, vt per Vin. decis. 129. vide Franc. in decis. 609.

5 Similiter nota, quod † qui primo anno fuit Syndicus potest in sequenti anno creari Aerarius Baronis, vide Franc. in decis. 210. in fi.

6 Et quotiescunque sumus † in officio, quod cum sumptu exercetur de consensu ipsius officialis, non prohibetur pro sequenti anno exercere, idem Franc. in decis. 264.

7 Sed an † officiales vniuersitatis sint annales fuit decisum, quod sic Anna allegat. 15. similiter, & officiales, scilicet Gubernatores, Assessores, & Iudices Baiulorum, & Actuarij, inquit Anna in singul. 369. & an etiam iudices portulanorum, ponderum, fuit in Sacro Consilio iudicatum, quod sic, in causa vniuersitatis Orioli cum Marchione.

8 Quod autem † Actuariatus officiũ debeat esse Annale dicit Viscont. in addit. ad Franch. in decis. 409. iudicatum in S.C in Anno 1599. in Actuario Oliueti referente Regio Consiliario Vespulo, licet si fuerit actuarius absolutus pro eo anno, quo exercuit poterit de nouo exercere idem officium pro anno sequenti, vt fuit iudicatum in S.C. inter vniuersitatem Sancti Viti, & Goffredum Palaganum referente Consiliario Freccia, & inter vniuersitatem Turris Octauæ, & Comitem Ruborum in Collaterali Consilio.

9 Nota tamen, † quod Annus in officialibus incipit à die ingressus, seu possessionis captæ Franc. decis. 393. etiam si literæ commissionales antea essent expeditæ, & constitutus fuisset finis officij intra annum à die datæ, nam adhuc intelligi debet, si tempore datæ fuerit officialis ingressus ad officium ad tex. singularem ad l. tali ff. de iur. dot.

10 Vbi promissa dote intra annum, † dies incipit à perfectione actus, licet in gratiosis attendatur tempus datæ Afflict. decis. 253. Franc. decis. 326. vel nisi expresse sic fuisset inter partes actum Franc. decis. 626. vide Surd. in decis. 203.

11 Alia autem † officia sine iurisdictione, vel cum aliquali vti Castellani, Custodes carcerum, vel ciuitatum non habent temporis stabilitatem, & ad nutum possunt reuocari, & idem de officialibus admirantis, & magni Cancellarij, vt per Fran. in decis. 165.

12 Neque prætermittas notare, quod si † officialis impeditus sit officium exercere per integrum annum non suppletur de anno sequenti Rota Genuæ in decis. 27. Franc. decis. 419. Cabed. decis. 84. cent. 2. Caualc. decis. 25. part. 2. Valasch. decis. 155.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates aggrauantes debent specificari in impetratione gratia.*

2 *Impetrare volens gratiam tenetur facere mẽtionem de delictis à quibus fuit absolutus, & debet etiam exprimi, si reus est carceratus nu. 3.*

4 *Prorex volens facere gratiam facit perquirere omnes bancas, & se informat de qualitatibus delicti, & personæ.*

5 *Gratia non potest fieri nisi parte concordata, etiam per proregem num. 6. sed limita vt num. 7. 8. & 9.*

10 *Facultas aggratiandi non dependet ab ordinario Imperio.*

11 *Reus non potest cogi ad faciendam pacem pro obtinenda gratia à Principe, sed limita, vt nu. 2.*

13 *Gratia Principis dicitur quoddam priuilegium.*

14 *Gratias facere etiam de pœnis pecuniarys spectat ad solum Principem, sic pariter*

pariter Prorex potest illas facere numero 15.

16 *Barones possunt facere gratias, si in eorum inuestituris hoc adest.*

COLLECTANEA 32.

Super pragmat. VI. sub Rubrica de Baronibus.

Mandamus etiam vt Barones &c.

1 PEr hanc pragmaticam tribuitur Baronibus facultas faciendi gratiam delinquentibus in eorum territorio, in cuius gratiæ impetratione debet fieri mentio de omnibus qualitatibus aggrauantibus delictum Iaffred. decis. 26. vnde Rot. diuers. Bononien. refert fuisse decapitatum quendam, licet gratiam habuisset de eo homicidio, quia non expresserat, quod
2 aliud homicidium commisisset, † imo de delictis etiam de quibus fuit absolutus tenetur facere mentionem, vt refert decisum Anna sug. 339 debet-
3 que exprimi etiam † si reus est carceratus cum difficilius ignoscatur ei, quando est in posse curiæ, quam quando est foris, vt refert decisum Clar. quæst. 59. num. 10. qui dicit non inuisse quandam gratiam obtentam quia ille non expresserat, quod erat carceratus, & propterea iure optimo
4 de Franc. in decis. 230. refert quod † prorex quando vult facere gratiam, præcipit fieri perquisitionem in omnibus banchis, & relationem de qualitatibus delicti, & personæ est tamen
5 animaduertendum, † dictam gratiã non posse fieri, nisi parte concordata Feb. in decis. 70. quod ampliatur pro-
6 cedere † etiam in prorege Regni, vt de prorege Regni Aragonæ testatur Sessa in decis. 178. limita autem in casu decisionis de Franch decis. 509. vbi
7 fuit decisum, quod † gratia concessa per Principem habita partis remissione infra sex menses sortitur effectum, etiam quod tempore datæ gratiæ inquisitus non haberet partis remissionem.

8 Limita secundo † nisi Baro haberet priuilegium aggratiandi crimina, etiam parte non concordata vt habet princeps Bisinianivt refert Frã. decis. 370. tunc enim posset indultare, vt princeps, qui potest etiam parte non concordata indultare, nam potest alterare ex causa.

9 Limita tertio, vt † possit supremus Princeps, in præiudicium vassalli de iurisdictione omnimoda inuestiti facere gratiam de homicidio, vel alio delicto Thesaur. decis. 250. & ratio est secundum Gaspar. decis. 71. par. 4. quia
10 † facultas gratiandi non dependet ab ordinario imperio, & iurisdictione illa, de qua est inuestitus vasallus etiã primariè quo ad concedentem, sed dependet à supremo Imperio reseruato, quod habet supremus dominus in feudo concesso, quo vti potest non solum contra vasallum, sed & in eius subditos, quorum etiam dominus remanet, licet non præiudicet vasallo quo ad confiscationem bonorum, idẽ Gasp. decis. 58. lib. 2. & in decis. cit. 71. Osasch. in decis. 138.

11 An † autem possit cogi offensus ad faciendam pacem pro obtinenda gratia Principis negatiuam sententiam refert decisam idẽ Gaspar. in decis. 26. lib. 3.

12 Quod limita, quod † quando reus propter recusatam pacem per multos annos abstinuit à loco delicti, & procurauit pacẽ media persona religiosorum, quam impetrare non potuit, tunc posse etiam non sequuta pace gratiatum remittere in patriã, quando constat de recusatione pacis. Sine legitima causa, & de isto stylo, & obseruantia testatur fuisse decisum, & obseruari in Senatu Pedemõtano Thesaur. decis. 21. Et an, quãdo, & ex quibus causis prorex possit facere gratiam de delictis, vide nouissimè Mută in decis. Siciliæ 44. vbi latè pertractat materiam, & scribit etiam quod

Digitized by Google

13 quod † gratia principis dicitur
14 quoddam priuilegium, & † gratias
facere etiam de pœnis pecuniariis
spectat ad solum principem, & gra-
tiam habentes non possunt molesta-
ri, nec pro delictis, nec pro pœnis pe
cuniarijs, etiam de pœna soluta, si de
15 ea est facta mentio, & quod † vice-
rex potest facere gratias, & quod gra
tia, vt valeat debet princeps esse cō-
scius de crimine, & delictum debet
præcedere, & facta condennatione,
16 & quod † gratias possunt facere Ba-
rones si in inuestituris hoc adest aliàs
non, & quod gratia eo ipso, quod fa-
cta est per principem aggratiatus rē-
cuperat bona non translata in aliū,
aliaque cumulat, quæ per te poteris
videre.

SVMMARIVM.

1 *Merum imperium quod sit, & nu.2.3.*
4.& 5.
6 *Mixtum Imperium quod sit.*
7 *Mixtum Imperium minus consistit in*
his, quæ officio iudicis nobili expedi-
ri solent, & summariam cognitionē
exigunt.
8 *Imperium merum, & mixtum quando*
veniat in concessione.

COLLECTANEA. 33.

Super pragmatica VII. sub Rubrica de Baronibus.

Prohibemus etiam, &c.

HIc mandatur ne Barones exer-
ceant merum, aut mixtum Im-
perium, aliamve iurisdictionem, nisi
seruata forma suorum priuilegiorū
sub pœna vsurpatæ iurisdictionis.

Ibi (*vt non exerceant merū aut mix-*
tum Imperium)

Pro Coronide istius versiculi non
1 omitto notare, † quod merum Impe
rium Principis supremi est, quod ita
ex corpore supremæ potestatis suæ
in alios magistratus, iudicesq. diffun-
ditur, & in diuersos gradus extendi-
tur, quorum primus veluti prima
species.

Maximum appellatur merum Im-
2 periū † potestas condendæ legis quæ
Principi supremo summoq; ipsi et
senatui, & præfecto Prætorij compe
tit. l. 1. ff. de constit. l. non ambig. eod.
ff. de legibus, l. normam. C. de offic.
prætor.

3 Merum † Imperium Maris, est po
testas illa animaduertendi in facino-
rosos homines, qua animaduersione
humana vita amittitur, vel membri
mutilatio, & qua amittitur vita Ci-
uilis scilicet libertas, item missio in
carcerem perpetuum, quæ damnato
in metallum comparatur, l. aut dam
num, §. solent, ff. de pęnis, l. incredibi-
le. C. eo. tit. §. ad hæc Auth. de collat.
Claper. in decis. 5. de iurisdict. & Im-
4 perio, vbi etiam quod † merum Im-
perium magnum est ciuitatis adem-
ptio, vt deportatio in insulam inter-
dictio aquæ, & ignis. l. rei capitalis. §.
1. & l. capitalium. ff. de pęnis, & ibi pa
5 riter dicit quod † merum Imperium
paruum est potestas relegandi, tor-
quendi ad pęnam, aliaque acris cor-
poris afflictio, & quod merum Impe
rium minus est modica coerctio om
nibus Magistratibus competens, vt
sunt leuiores criminū pęnæ, vt ictus
fustium, l. Magistratibus, ff. de iurisd.
omn. iud. & merum Imperium mini-
mum leuem mulctæ impositionem
continet, l. mulctarum, C. de modo
mulctar. leg. 1. ff. si quis ius dicent. nō
obtemperan. l. 2. C. de sportul. Aru-
mæus in decis. Ianuens. 9.

Imperio itaq; mero nulla alia iu-
risdictionis species est admixta, sed
est separatum, nil commune cū alia
habēs, ipsius species gradus tot sunt,
prout facinora varia erunt, & quot
sunt pęnarum species, cum in puniē-
dis facinorosorum hominū Actibus
totum versetur.

Sed quia diximus de mero Impe-
rio,

Digitized by Google

rio, & illius gradibus, nunc de Mixto Imperio dicendum restat.

6 Quare sciendum quod Mixtum Imperium est, cui etiã iurisdictio inest, vt per Claper. in decis. 7. sub titulo de
7 iurisdictione, & Imperio quod † Mixtum Imperium minus cõsistit in his, quæ officio iudicis Nobili expediri solent, & summariam cognitionem exigunt Idem Claper. in decis 12. sub d. tit. de iurisdict. & Imperio.
8 Sed an merum Imperium, & alia iura Regalia veniant in concessione terrarum per verba generalia iuxta constit. ea quæ ad decus, negatiuè decisum Mormil. in d. constit. in princ. & imperium merum, & mixtum an veniat sub generali alienatione feudi cum regio assensu negatiuè Afflict. in decis. 122. vbi videas Vrsil. qui dicit decisum, quod sub generali verborũ tenore in concessione feudi contentorum, altam, & bassam iurisdictionẽ, compreh ndatur Imperium merum, & mixtum. Et imperium merum, & mixtum an veniat concesso castro cũ iurisdictione iure communi suspecto affirmatiuè decisum in S. C. iunctis ãlis dicit Tapia in tit. constit. Regni ea quæ decus, licet contrarium aliàs iudicatum in eodem, S. C. audio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia debent esse libera, & non dependere ab aliena potestate.*
2 *Matrimonium metu contractum nullũ dicitur, etiam si carnalis copula esset subsequuta num. 3. & ratificatio subsequens non suffragatur nu. 5.*
4 *Probato semel metu, ea omnia, quæ possunt tribui libera voluntati etiam per metum facta censentur.*
6 *Metus iustus quis dicatur.*
7 *Metus qualiter excludatur.*
8 *Causa matrimonialis est fauorabilis.*
9 *Stipulationes pœnales reyciuntur in matrimonio.*
10 *Vbi dubitatur de voluntate puellæ maritandæ quid agendo.*
11 *Domus paterna dicitur locus aptus quo ad hoc, vt separato matrimonio in ea possit permanere vxor.*
12 *Domus filiorum pariter dicitur apta ad talem effectum.*
14 *Filiæ primi matrimonij quando possint sequestrari à posse patris.*

COLLECTANEA 34.

Super pragmatica XI. sub Rubrica de Baronibus.

Item ex quo diuino, & humano &c.

MAndat presens pragmatica ne matrimonia impediantur à Ba
1 ronibus, & meritò, quia † Matrimonia debent esse libera, & non depen-
2 dere ab aliena potestate, vnde † matrimonium contractu metu dicitur nullum cap. cum nullum de sponsal. Farinac. in decis. Rot. Rom. 42. & decis. 56. Mantica in decis. Rot. Roman. 24. Marta decis. 64 iuxta quã opinionem pluries fuit resolutum in Rota Romana, & signanter in vna Nicen. matrimonij 5. Martij 1587. coram Seraphino, & iterum in eadem 13. Maij 1588. coram Mantica Triuisan. in decis 63. part. 1. & iuxta hanc opinionẽ fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana nouissimè est videre penes D. Ricc. in decis. 15. par. 2. vbi di
3 cit procedere † etiam si carnalis copula esset subsequuta, vt tenuit Rota in vna Veneta legitimatis 19. Ianuarij 1587. coram Seraphino, vt patet apud eundem in decis. 687. ita quod initium metus in actu influit in omnes actus sequentes, & actus medio tempore facti non attenduntur, quia
4 † probato semel metu ea omnia, quæ possit tribui liberę voluntati etiam per metum facta censentur, Idem Seraphin. in decis. 863. & adeo est nullũ matrimonium metu contractũ, quod
5 † ratificatio subsequens nihil operatur quicquid enim durante causa metus fuit factum per metum fuisse fa-

ctum

Digitized by Google

ctum censetur, & proinde non releuat Veral. in decis. 213. part. 2. Seraphin. in decis. 1166. quare iure optimo Marta in decis. 64. dicit per præfatum matrimonium metu contractum minimè impediri quominus possit, & valeat contrahens contrahere secundū matrimoniū, licet, nisi adesset iustus metus tunc contrarium esset dicen-
6 dum, & iustus metus dici posset si adesset timor Principis, vt fuisse decisum in vna Toletana matrimonij 13. Maij. 1588. tradit Seraphin. in decis. 818. & idem esset dicendum vbi esset
7 causa excludendi metum, qui † quidē excluditur ex qualitate personarum loci, & circumstantiarum idem Seraph. in decis. 771. qui in decis. 773. firmat matrimonium conualidari per cohabitationem spontaneam subsequutam.

8 Quod autem † causa matrimonialis sit fauorabilis, & in dubio pro matrimonio sit iudicandum, uideas Triuisan. in decis. 28. lib. 1. & Scias circa
9 libertatem ipsius matrimonij, † quod adeo fauorabilis est, vt nō solum substantia, sed etiam pacta libera esse debeant, & penales stipulationes reijciuntur Cappella Tholos. in decis. 291.

10 Aduertas autem, quod † si iudex dubitet de voluntate puellæ maritandæ, debet eligere domum honestæ Matronæ, in qua puella veniat, vt possit eius voluntas explorari, vt fuit obseruatum in explicatione voluntatis D. Beatricis de Gueuara nūc Marchionissæ S. Agathæ multa excutiunt Vrsill. in decis. 113. & Franc. Marc. in decis. 306. par. 2.

11 Sed an † domus paterna dicatur locus aptus quo ad hoc, vt separato matrimonio in ea permanere debeat vxor, quod sic, fuit tentum per Rotam Romanam in vna separationis Thori 18. Iunij 1594. coram Seraphino, vbi fuit dictum, quod facta separatione Thori, si mulieri iubetur permanere in loco honesto benè poterit moram trahere in domo patris cum matre fratre, & alia sorore nubili, & vide Cæsar. de Graff. in decis. vnic. de diuort. & iuxta hanc opinionem iudicasse curiam Archiepiscopalem Neapolitanam demonstrat D. Ricc. in decis. 21. par. 2. nisi mater, & frater instarēt pro dissolutione matrimonij, vt fuit decisum in Rota in vna Romana matrimonij 29. Aprilis 1579. coram Blanchetto.

12 Et scias secundum D. Riccium in decis. 291. part. 2. iudicatū, & decisum fuisse per curiam Archiepiscopalem Neapolitanam domum filiorum dici locum aptum, ad hoc, vt eorū mater cohabitare possit in casu separationis Thori.

13 Sed si pater transierit † ad secundas nuptias, & seuerè agat cum filiabus primi matrimonij, an sit iusta causa illas sequestrandi à posse patris est videnda decisio Consilij Cathaloniæ apud Peguer in decis. 97.

SVMMARIVM.

1 *Baro nullum ius habet petendi fideiussiones à vasallis, licet in magna sit necessitate, vel carceribus positus.*

2 *Baro prohibetur procurare, vt eligantur officiales vniuersitatis iuxta eius votum.*

COLLECTANEA 35.

Super Pragmatica X. sub Rubrica de Baronibus.

Audiuimus, &c.

HIc ordinatur, Ne vasalli cogantur à Baronibus onera subire, nec ad fideiubendum.

1 Quod † Baro nullum ius habeat petendi fideiussiones à vasallis, licet in magna esset necessitate, vel carceribus positus, est videnda decisio Boerij 128.

2 Sed dum † in eadem pragmatica

mandatur ne Barones eligant, vel eligi, procurent Syndicum, & Electos, vel alios officiales Vniuersitatis ad eorum votum, aduerte, quod sic fuit practicatum, & iudicatum inter Vniuersitatem Riccari, & Baronem penes Figliolam Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Baro nequit facere nouas defensas in Territorijs Vniuersitatum, vel communibus, aut particularibus etiam de consensu maioris partis vasallorum, & etiam si omnes electi assentirent. num. 5. & etiam si assentirent omnes vasalli, & dissentirent clerici. numero 6.*

2 *Consensus omnium requiritur in his, quæ tangunt singulos.*

3 *Ciues quando nequeant esse testes in facto vniuersitatum.*

4 *Vniuersitas an possit locare pascua aliquo Ciue dissentiente.*

7 *Ecclesia an possit facere defensas in præiudicium Baronis in suis Terris, & nemoribus.*

8 *Vniuersitates an possunt facere communionem in præiudicium feudi absque Baronis, & Regis assensu.*

9 *Communio quando possit dissolui.*

COLLECTANEA 36.

Super pragmatica XI. sub Rubr. de Baronibus.

Audiuimus insuper, &c.

PRagmatica hæc prohibet Barones facere nouas defensas in Territorijs vniuersitatum, vel Communibus, seu particularibus pro eorum gregibus, & armentis ratione pascuorum, spicarum, glandium, vel aliarum commoditatum sine expresso consensu vasallorum, vel communitatem habentium.

Amplia primo, dispositionem hu-
1 ius pragmaticæ procedere † etiam si consentiret maior pars vasallorum, nam hoc non obstante, neque Baro poterit facere id, quod hic prohibetur, requiritur enim consensus vasallorum omnium, adeo quod vno dissétiente concessio ruit cum ius pascendi, spicandi, & similium pertineat ad singulos Ciues, & non vt vniuersitatis, ita vt maior pars sufficeret iuxta textum in l. quod maior. ff. ad municip. sed attenditur dispositio l. per fundum. ff. de seruit. rustic. prædior. quod
2 † in his, quæ singulos tangunt omnium approbatio requiritur cap. quod omnes de regul. iur. in 6. & ita in terminis Maring. in decis. 6. vbi infert, quod
3 † testes esse non possunt super hac materia Ciues, quando commodum pertinet ad singulos vti singulos Afflict. decis. 400. Capyc. in decis. 4. & in
4 decis. 152. vbi agit † si Vniuersitas possit vendere, seu locare pascua, & alia destinata pro ciuibus aliquo dissentiente, de quo est videndus Franc. in decisio. 197. vbi refert decisum, quod Vniuersitas dissentiente vno Ciue hoc non posset facere, nisi ex magna necessitate æris alieni, vt se subleuaret, tunc enim ei liceret etiam aliquibus dissentientibus.

5 Amplia secundo, † Barones non posse facere hic prohibita, etiam si omnes electi Vniuersitatis consentirẽ, vt per Maring. in decis. 5. vbi quod Decuriones Ciuitatis nihil possint agere in præiudicialibus absque Consilio generali, nisi ageretur de negotijs parui momenti Cacher. in decisione 95.

6 Amplia tertio, procedere † etiam si consentirent omnes vasalli, sed dissentirent clerici, quia ipsi gaudent omnibus priuilegijs, & prærogatiuis vti alij ciues, & consequenter dum agitur de eorum præiudicio requiritur ipsorum consensus Surd. decis. 129. Anna singul. 136. Valasch. decisione 100.

7 Sed num † Ecclesiæ, & Ecclesiasticę personę possint in præiudicium Baronis,

ronis, vel Ciuium facere defensas in suis Terris, & nemoribus, in quibus ha bebant vsum, vide Thesaur. in decis. 234. vbi negatiuè.

Et dum pragmatica nostra dicit, quod in concedendo aliquo loco pro defensa Baroni, non solum consensus vasallorum, & Regius Assensus requiruntur, sed etiam exterorum communionem habentium in ipso Territorio, scias quod Vniuersitates conuicinæ solent communicare eorum Territoria vicissim pro pascendis animalibus ad vberiorem commoditatem ambarum partium, vnde audiendi sūt illi, qui territorij communionem pascendi, spicandi, lignandi, & similium habent, dummodo communio sit legitimè facta, nam in feudi præiudiciū

8 † Vniuersitates nequeunt communionem facere absque Baronis, & Regio Assensu Afflict. decis. 254. ita quod non sufficiat possessio longa, nisi centenaria, quo casu, si Baro non consenserit communioni, non requireretur consensus ipsorum, quod intelligas ad obtinendum in petitorio, nam circa possessorium longa possessio iuuat ad manutenendum, iuxta notata per Capyc. in terminis in decis. 189.

9 Sed † communio, quando possit dissolui, si vniuersitas sit aucta, quia pascua vix sibi suppetunt, vide Afflict. & Vrsil. in decis. 290. Surd. in decision. 230. & Franc. in decis. 301.

SVMMARIVM.

1 *Barones vti debent priuilegijs, & bonis vasallorum.*
2 *Barones tenentur ad collectas pro burgensaticis, quæ possident.*
3 *Barones, vti ciues non solum gaudent commoditatibus terræ, sed possunt petere audiri in pertinentibus ad statum vniuersitatis, & se interponere vti alij ciues.*
4 *Barones ratione huius ciuilitatis possunt vti bonis vniuersitatis demanialibus, & communibus, non tamen, vt absorbeant commoditatem aliorum ciuium.*
5 *Baro vti primus ciuis potest contradicere reuenditioni factæ per vniuersitatē ob æs alienum.*
6 *An vsus aquæ possit diuidi inter Barones, & vasallos.*
7 *Barones vtuntur illis priuilegijs, quæ competunt ciuibus ex dispositione iuris communis.*
8 *Barones ratione contractus, & delicti sortiuntur forum ordinarij Præsidis Prouinciæ, si delinquit in sua Terra, secus si in aliena. num. 9.*
10 *An Archiepiscopus delinquens sortiatur forum suffraganei, & quid si in loco alterius diœcesis deliquerit.*
11 *Neapolitanus si habeat domicilium extra Ciuitatem in loco, vbi commoratur poterit conueniri.*

COLLECTANEA. 37.

Super pragmatica XII. sub Rubr. de Baronibus.

Volumus etiam, &c.

1 Dicit, quod † Barones vti primi Ciues vtantur priuilegiis & bonis vasallorum, & vide Annam in singul. 365. & ideo propter istam ci-
2 uilitatem † Barones tenentur ad collectas pro Burgensaticis, quæ possident, cum feudalia sint immunia ab oneribus, sed ratione bona tenētium soluere obligantur, Franc. decis. 97. & sic fuit decisum inter vniuersitatem Cotroni, & Baronem Actuario de Ferratijs, & ideo tenentur ad refectionē murorum salaria Medicorum, & alia, de quibus participant Maring. decis. 11. vbi etiam, quod tenentur ad gabellas & collectas de lucro, quod ex negotiatione percipiunt, dummodo agatur de negotiatione extra fructus feudi, vt de frumentis, ouibus & porcis, qui ex nemoribus suis impinguantur, de ijs licet mercetur Baro, non tenetur, secus si nihil pertineant ad feu

da; vt de industriatis ex pecunia, vt fuit decisum in Consilio pro vniuersitate Lauri cum Marchione Actuario Cioffo.

3 Sed an † Barones vti ciues non solum gaudeant commoditatibus Terræ, sed possint petere audiri in pertinentibus ad statum vniuersitatis, & se interponere vti alij ciues, & legitimè comparere, quod sic, Guid. Pap. in decis. 631.

4 Et nota, quod † Barones ratione istius ciuilitatis vti possunt bonis vniuersitatis Demanialibus, & communibus, non tamen, vt absorbeat commoditatem aliorum ciuium, idem Guid. Pap. in decis. 231. dicens, quod nequeunt ipsi immittere tantã quantitatem animalium, si enim pascua spicæ, vel glandes sunt sufficiẽtes pro numero mille animalium non debẽt ipsi Barones immittere dimidiam, vel partem maiorem, cum transcenderetur vsus, vt fuit decisum in S.C. inter Vniuersitatem vallis Vitulani, & Baronem Actuario Figliola, & vide Frãch. in decis. 301.

5 Et an † Baro vti primus ciuis possit contradicere venditioni factæ de fructibus nemoris per vniuersitatẽm ob æs alienum, vide Franc. in decisio. 97. & Mastril. in decis. 48.

6 Sed an † vsus aquæ, & similium possit diuidi inter Barones, & vasallos, quod sic fuit decisum Solofre inter Dominum, & vasallos, & pro Marchione Lauri cum vniuersitate Actuario Cioffo, & an possint diuidi pascua in partes, vide Thesaur. in decis. 71.

7 Nota tamen, quod † Barones vti primi ciues vtuntur priuilegijs illis, quæ competunt ciuibus ex dispositione iuris communis, secus autem si competant ex concessione Principis, præsertim, quæ tenderent in diminutionem iurium concedentis, vt fuit practicatum in Regia Camera Summariæ.

Et scias, quod † Barones ratione contractus, & delicti in suis Terris sortiuntur forum Ordinarij Presidis Prouinciæ, & proinde Capyc. in decis. 59. refert iudicatum Regiam Audientiã Calabriæ legitimè processisse contra Baronem circa expositam querelam de spolio, & sic vide in praxi aliquando seruatum, licet † secus esset, si

9 delinqueret in alia Terra extranea, in qua non esset ipse Baro, tunc sortiretur forum ratione contractus postea vti Neapolitanus Franc. Marc. decis. 218. par. 2. est textus insignis cap. cum inferior de maioritate, & obedientia

10 vbi Archiepiscopus delinquens non sortitur forum in loco suffraganei, secus si delinquant in loco alterius Diœcesis, nam de iure antiquo poterat ab ordinario cognosci, quod tamen hodie videtur correctum per dispositionem Sacri Concilij Tridentini.

11 Adde, quod etiam † si Neapolitanus degat, & habeat domicilium extra Ciuitatem, in loco vbi commoratur, poterit conueniri Grammat. decis. 87. Vrsil. decis. 384. prout Consiliarij, qui licet sint in magna dignitate positi, tamen sortiuntur forum Mag. Cur. l. Curiales C. de Decur. libro 10. & addi, ad Capyc. decisio. 9. Anna singul. 57.

SVMMARIVM.

1 *Vasallis libera sit facultas circa vsum furnorum molendinorum tabernarũ, & similiũ absque impedimento Baronum.*

2 *Vasalli non tenentur molere in molendinis Baronis; ita vt nequeant cogi, & amplia. nu. 3. & nu. 5.*

4 *Vniuersitas potest facere statutum, nè sui homines alibi ad molendum eant extra territorium.*

6 *Si vniuersitas habeat molendina, ad quæ accedunt solum ciues præsumitur ratione publica vtilitati habere ius prohibendi, quod non procedit in alijs.*

7 *Vniuersitas oppressa ære alieno potest sta-*

statuere ne quis ciuiū accedat ad molendum aliquò, nisi in suis molendinis.

7 *Quotiescunque Baro consequutus esset ius prohibendi ex præscriptione tunc etiam posset prohibere vasallos vti alijs furnis, & quando incipiat præscriptio num. 9. & quomodo procedat. num. 10.*

11 *Si priuilegium deficiat concessio iuris prohibendi præsumitur ex releuio, & alijs.*

12 *Ex pacto etiam inter Barones, & vniuersitates possunt ipsimet Barones prohibendi ius habere.*

13 *An quis possit ædificare molendinum sine superioris licentia.*

14 *An subditi de iure teneantur adire molendina dominorum.*

COLLECTANEA. 38.

Super pragmatica XIV. sub Rubrica de Baronibus.

Audiuimus etiam, &c.

1 MAndatur quod † vasallis libera sit facultas circa vsum furnorum, molendinorum, tabernarum, & similium absque Baronum impedimento. Et meritò quia quilibet in suo potest facere omne artificiū ad latè tradita per Vinc. in decis. 306. & Gail. obseru. 169. & in terminis pragmaticæ, vide Guid. Pap. in decis. 298. Franc. Marc. in decis. 223. Boer. decis. 125. Afflict. in decis. 388. & Capyc. in
2 decis. 209. & quod † molere in molendinis Baronis non teneantur vasalli, ita vt nequeāt cogi, fuit decisum per Sacrum Consilium declarando vniuersitatem non teneri, & condemnādo Baronem ad restituendum furtum à die litis contestatæ, vt per Annā in alleg. 116 & quod furnos in suo facere quilibet potest, molendinaque ad libitum construere, & ibi coquere, ac molere pluribus arrestis in Gallia pronunciatum testatur. li. 1. Coppin, de legibus. Andium. cap. 13. in princ. Franc. Marc. in decis. 123 & vide latè Thesaur. in decis. 16. vbi quod ita semper vbi casus contingit iudicauit Se-
3 natus Pedemontanus † ita quod ampliat procedere, etiam si per longissimum tempus, puta mille annorum subditi, & sui antecessores fuissent consueti furnos domini accedere, quia hec accessio meræ facultatis est, & ideo præscribi nequit. Franch. in decis. 166. vt per Mart. in decis. 183.
4 vbi agit, quod † vniuersitas potest facere statutum, ne sui homines aliò ad molendum eant extra territoriū,
5 & ampliat etiam quod † si Baro legitime habeat Ius prohibendi, id non extenditur, quod vasalli pro vsu suo non possint habere centimula, Furnos & tapetos in suis domibus, Guid. Pap. decis. 4. & sic fuit pluries decisū in Sacro Consilio, vt audio, licet ra-
6 tione publicæ vtilitatis † si vniuersitas habeat molendina, ad quæ accedunt solum Ciues præsumitur ratione publicæ vtilitatis habere ius prohibendi, quod non procedit in alijs,
6 vt per Thesaur. in d. decis. 16. & † vniuersitas oppressa ære alieno poterit statuere, ne quis ciuium accedat ad molendum aliò, nisi in ipsius molendinis, furnis, vel tapetis. Franc. decis. 380. in tantum quod ligat molendina Ecclesiasticorum Cacher. in decis-
8 sione 17. & † quotiescunque Baro ius prohibendi consecutus esset ex præscriptione, tunc etiam posset prohibere vasallis vti alijs furnis, &c. vt in
9 nostra pragmatica, † quæ præscriptio non incipit, nisi à die prohibitionis factæ vasallis per Baronem, nisi essemus in immemorabili, quæ sufficit etiā nō probata prohibitione, vt fuit decisum per Sacrum Consilium iunctis aulis in causa vniuersitatis Alifarum cum eius Comite penes Iubenum Acusarium, nunc Catonum, vt sic etiā
10 procedit † quotiescunque ex priuilegio appareat concessionem factam Baroni cum iure prohibendi super fur-

furnis, & molédinis iuxta dispositionem nostræ pragmaticæ, & singulare
11 Ann.586. asserentis quod † & si priuilegium deficiat saluis probationibus concessionem iuris prohibendi præsumi ex rescuio Curiæ, & alijs Frāc.decis.103. & sic pariter est quo-
12 ties † ex pacto, inter Barones, & vniuersitates hoc esset consuetū Boer.in decis.125. Afflic.decis.358. licet hodie concessio debeat esse cū assensu Regio aliàs non valeret, cum vniuersitas nullam obligationem, & seruitutem sibi imponere possit, nisi præuio assensu Regio.

Non nulla alia ad materiam Molendini cumulat Koppen in decisio.
13 Germaniæ 20. vbi tractat. an † molendinum quis ædificare possit absq; superioris licentia, & vide eundem
14 in decis.19. vbi latè agit an † subditi de iure teneantur adire Molendina Dominorū, & dicit communiter teneri Dominos per viam statuti non posse prohibere, nè subditi eant ad aliud molédinum, quod verum etiam si subditi per mille annos ad Molendina Dominorū fuerint licet dicat, quod si subditorū nō intersit Domini vel alterius Molendina adire, possint indici, vt Dominorum potius rationem habeant, vt etiam secundum ipsum possunt cogi quoties sic esset inter ipsos tale pactum, vel caderet aliqua præscriptio, vt nos etiam supra firmauimus.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegia cum angarijs, & perangarijs, & alijs, nihil noui tribuant.*
2 *Circa angarias, & perangarias temporis lapsus nihil operatur.*
3 *Lite pendente vasalli sunt seruandi immunes ab his angarijs, & perangarijs.*
4 *An seruitia vasallorum debita Baroni possint præstari alteri de ordine Baronis.*
5 *Et an seruitia possint iniungi vasallis, quæ respiciunt particulare vtile Baronis, etiam extra territorium.*
6 *Pro occurrendo tantum seruitijs Barones possunt cogere vasallos.*
7 *Quando Baro abutitur sua iurisdictione in perniciem vasallorum priuatur iurisdictione.*
8 *Si Baro carcerauerit subditum, ita vt ex illa carceratione mortuus fuerit, an priuetur feudo.*

COLLECTANEA. 39.

Super pragmatica XVI. sub Rubrica de Baronibus.

Ad nostras, &c.

DIspositio huius pragmaticæ est,
1 vt priuilegia cum angariis, † & perangarijs, & alijs nihil noui tribuant.

Ad dispositionis huius pragmaticæ materiam vide decisionē Capyc.
2 188. vbi quod † circa huiusmodi angarias, & perangarias tēporis lapsus nihil operatur, quia indebita seruitia præsumuntur extorta per superiores à subditis, vide Boer in decisione 126.
3 Scias autem quod † lite pendente vasalli sunt seruandi immunes ab his angarijs & perangarijs, vt per Grammat. in decis.67.
4 Sed quæro † an seruitia vasallorū debita Baroni possint præstari alteri de ordine Baronis, negatiuè pluries refert decisum Pisanel. in pragmat. 1.
5 de salario vasallorum, & † an seruitia per Barones iniungi possint vasallis etiam in negotijs, & causis, pro quibus adesset suum particulare vtile ēt extra territorium. Fuit in S.C. prouisum pro Barone, qui tam intra, quàm extra territoria valeat seruitia iniungere soluto salario, prout inter Ciues intra territorium, & extra secūdum taxā pragmaticæ, ita inter Marchionem Lauri, & vniuersitatem Actuario Cioffo, & inter vniuersitatem

Thea-

Digitized by Google

Theani, & Principem Hostilianf, & aliàs fuisse decisum quod Barones nullo modo valeant annuatim, vel menstruatim subditos, nec per hebdo-
6 modas † sed pro occurrentibus seruitijs tantum cogere, & hoc pro vniuersitate Orioli contra Marchionem Actuario Rubeno.

Sed quæro, an seruitia debita per vasallos mediante salario possint per substitutum adimpleri, vt puta si Ciues vellent redimere onus seruitij asportandi victualia, & conducere bestias forasterias Barone non permittente, & dicit fuisse decisum licere.

Obiter autem notare non desinas,
7 quod † quando Baro abutitur sua iurisdictione in perniciem, & exinanitionem vasallorum, & malè tractat vasallos, perdit iurisdictionem, vide latè Grammaticum in decis.104. vbi refert casum, in quo fuit practicata hæc pena priuationis iurisdictionis in omnes vasallos Faber in decis.2.C. quando lic. vnic. sine indic. se vindic. Gail. obseruat.17.lib.1. Guid. Pap. decis.62. plenè Viu. in decis.447. nouissimè Gaspar Thesaur. in quæst. Forens. 43.lib.3. vbi querit si Baro carcerauerit subditum, † ita vt ex illa carcera-
8 tione mortuus fuerit priuetur feudo, & refert decisionem Senatus, vt amitteret iurisdictionis exercitium cum pena mille aureorum.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus in obscuris carceribus, pendente relatione facienda in S.C. debet alibi carcerari.*
2 *Carcer dicitur mala mansio, & squallor appellatur.*
3 *Carceratus diuturnius punitur.*
4 *Carcer debet esse commodus officiales Baronum comprehenduntur sub hac pragmatica.*
5 *Carceres Nobilium differunt à carceribus populariium.*
6 *Senes, & infirmi non debent arctè teneri in carceribus.*
7 *Qui non possint carcerari, & num.8.9.11.12.13.& 14.*
10 *Ioães Dominicus Nouarius celeberrimus Doctor Authoris genitor memoratur.*
15 *Captura pro quibus debitis sit permissa.*
16 *Baro non potest carcerare executorem Regis.*
17 *Fugiens à carcere qualiter puniatur, & eximens carceratum qualiter punitur. num.22.*
18 *Carceratus iniustè an possit fugere à carceribus.*
19 *Carceratus pro criminalibus, nō potest carcerari pro ciuilibus.*
20 *Carceratus quando possit recommendari, & nu.23.*
21 *Carceratus appellans non debet relaxari.*
24 *Debitor de fuga suspectus potest capi.*
25 *Carceratio nulla non approbatur per cautionem præstitam, per quam liberatus est.*

COLLECTANEA 40.

Super pragmat. XIX. sub Rubr. de Baronibus.

Perche per quanto semo informati, &c.

Hic obscuri, & subterranei carceres prohibentur, & hinc meritò
1 † carceratus in obscuris carceribus contra formam huius Regiæ pragmaticæ pendente relatione facienda in Sacro Consilio debet alibi carcerari, & non in dictis carceribus detineri, donec fuerit super faciem loci factus accessus, vt fuit decisum in Sacro Cōsilio in causa terræ Acetæ cum eius
2 Barone, † carcer enim dicitur mala mansio, & squallor appellatur, diciturque species seruitutis Magon. in decis. Lucens.100. Viu. decis.201. vbi ex hoc infert fuisse infinitis prope vicibus iudicatum, atque obseruatum per Regiam Audientiam Barensem, & Re-

Digitized by Google

3 & Regiam Audientiam Apuleæ,† vt carceratus diù mitius puniatur, quare tempus carceris post sententiam computatur in tēpore exilij, vt fuisse decisum per Sacrum Consiliū demonstrat Franc. in decis. 317. & est resolutio Cabal. 142. iuxta quam sententiam fuisse obseruatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana scribit D. Riccius in decisio. 45. par. 2. subdens hoc procedere, vbi per iudicem steterit, & hinc in Rota Romana fuit decisum filium posse exhæredari, nisi liberauerit patrem à carceribus, vide Rot. diuers. in decis. 63. par. 2.

4 Qualitercunque igitur sit, † carcer, siue pœnæ, siue custodiæ commodus esse debet, nam rei licet pessimi sint per manus iustitiæ debent mori, & non hominum facto l. fin. C. de Malefic Gramat. decis. 41. dixi penè, quia licet vulgo dicatur carcerem fuisse inuentum ad custodiam, & non ad pœnam, tamen hoc non semper est verum, quia aliquando carcer datur ad pœnam, qua vt plurimum vti solent ecclesiastici condemnando non solū ad tempus, sed ad vitam, quæ morti ciuili comparatur cap. Nominis §. fin. de verb. significat. Franc. Marc. in decis. 912. part. 2. & vide Cabal. in resolut. 142.

Et aduerte quod non solum Barones, sed etiam eorum officiales vtentes dictis carceribus obscuris comprehenduntur, sub hac pragmatica expra tione expressa, sic etiam, quia prohibitio directa baronibus comprehendit officiales, & ministros eius. Item nota, quod carceratis nō debent claudi Ianuæ, & fenestræ, ex quibus habēt lucem, sed possunt claudi tātum pro nocte, verum orto sole debent aperiri l. 1. C. de custodia reorum, sicque seruatur in M. C. V & in alijs carceribus huius ciuitatis Neap.

Seddum in materia carcerum reperimur non inutile videtur hic apponere multos decisos casus ad ipsius materiæ ornatum, quare scias, quod

5 in iure † fit distinctio carcerum personarum nobilium, & ignobilium vt est videre penes Franc. in decis. 630. nobiles enim, quia præsumuntur delicatiores insoliti ad incommoda ferenda non debent carceribus arctioribus mancipari, vti plebei Anna in singul. 357. & sic † de carceratione

6 senum, & infirmorum loquitur decisio Senatus Pedemontani apud Cacher. in decis. 1.

7 Non possunt autem † carcerari doctores, si de leni debito agatur, at secus si de graui, vel si ageretur de causa criminali ex decisione parlamenti Delphinalis apud Franc. Marc. in decis. 396. part. 1. vide Ludouic. in decis.

8 Perus. 60. & sic pariter, & † mulier in carceribus detineri nequit, si agitur de crimine leui, vt per Cabal. in resolut. 78. vbi quod mulier nobilis, & honestæ conditionis in carcerem deijci non debet, sed domus alicuius nobilis, aut honestæ Matronæ assignari debet sub fideiussoria cautione, sic pari-

9 ter † senex sexagenarius pro debito ciuili à carcerib. est exemptus ex decisione Senatus Pedemontani apud Cacher. in decis. 123. iuxta quam senten-

10 tiam † bis practicauit decidendo scilicet in Terra Ferandinæ, & Griptulorum dū ibi præsidebat doctissimus D. genitor meus Ioannes Dominicus Nouarius vir vltra doctrinæ profluuium in negotijs agendis, & tractan-

11 dis satis practicus sic †, frater ad instantiam fratris creditoris nō potest carcerari ex decisione Senatus Pedemontani apud Thesaur. in decis. 119.

12 sicuti † socer pro dote, neque potest carceribus mancipari Mastrill. in decis. 69. & eodem priuilegio gaudent etiam pater tam naturalis, quam spi-

13 ritualis, Item † Mater, Auus, Auia proauus, & alij superiores vtriusque sexus, neque filius familias emancipatus à patre, neque frater à fratre, neque maritus ab vxore in carceres detrudi possunt, neque mulier, nisi tempore promissionis dotis in dolo fuisset. Itē

neque

14 neq. † clericus pro debito ciuili carcerari potest, item iudex in causa Syndicatus condennatus, & miles patronus, liberique eorum, & parentes, donatores, socij, atque coloni partiarij, vt apparet ex decisione Rotæ Marchiæ apud Amat. in decis. 16.

15 Sed quæro † captura, pro quibus debitis sit permissa, vide Frãc. Marc in decis. 449. par. 1. & carcerari, quando quis debeat, & quomodo custodiẽdus sit, idem in decis. 910. par. 1. & an
16 † Baro possit carcerare Executorẽ Regis negatiuè Boer. in decisio. 8. qui in decis. 275. ponit pœnam, qua fuit castigatus Dominus ob priuatum car
17 cerem seruo adultero datum, & † euadentes carcere effracto, qua pęna puniantur Peguer. in decis. 1. & quid si fuga non fuerit sequuta D. Ricc. in
18 decis. 102. par. 2. & † carceratus iniustè an possit aufugere de carceribus, & ire adsuperiorem Cabal. in resolu.
19 42. & † carceratus pro criminalibus, non potest carcerari pro ciuilibus
20 Ludouic. in decis. Perus. 70. & † carceratus in exilium condẽnatus, quando possit recõmendari à creditoribus Peguer. in decis. 60. & carceratus nulliter potest recommendari pro debito vero, Marta decis. 79. Ludouic. decis. Perus. 40. Franc. Marc. in decis. 1061. par. 1. vide D. Ricc. in decis. 201. parte 2. & carceratus declarata nulla indulgentia non potest recommendari pro debito etiam confessato, Franc. decis. 415. & carceratus iniustè à tertio recommendari non potest Peguer. in decis. 133. & carceratus pendente securitatis tempore, quando liberandus sit, Franc. decis. 258. & carceratus, quando relaxetur publicato processu Francisc. Marc. in decis. 587.
21 par. 2. & † carceratus appellans an debeat relaxari negatiuè Guid. Pap. in decis. 236. 237. & 238. Franc. Marc.
22 decis. 913. par. 1. & † carceratum, vel captum pro debito eximens ad quid tenetur Vin. decis. 92. Guid. Pap. in decis. 579. Thoming. in decis. 15. & eximens carceratum, aut fugiens, vel familiæ resistens, quomodo puniatur
23 Cabal. resolut. crimin. 8. & † carceratus pro causa criminali an possit recommendari, pro suspecto debitore negatiuè Caualcan. in decis. 84. par. 1. & carceratio, quando sit valida pro suspicione fugæ Thesaur. in decisione 210. D. Ricc. in decis. 198. parte 2. vbi
24 quod † debitor de fuga suspectus potest capi, Koppen decis. 16. & carcerati confugientes ad Ecclesiam, quando Ecclesiastica immunitate gaudeant Peguer. in decis. 61. qui in decisio.
25 74. dicit decisum, quod † carceratio nulla non approbatur per cautionẽ præstitam, per quam liberatus est, & hæc sufficiant reportasse occasione huius pragmaticæ ad ornatum materiæ carcerum, & carceratorum.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna blasphemantium.*
2 *Per quæ verba inducatur blasphemia, vt sit locus pœnis cõtentis in his pragmaticis, & num. 3. 5. 7. 8. 9. 12. 15. 16. 17. 18. & 19.*
4 *Blasphemia definitio.*
6 *Qui calore iracundia dicit uerba Deo, vel sanctis eius iniuriosa, & blasphemare non consueuit, eius pœna est minoranda.*
10 *An blasphemans quodammodo absque intentione blasphemia puniri debeat.*
11 *An blasphemans conditionaliter puniri debeat pœna à legibus Regni constituta.*
13 *De iure Canonico pœna blasphemi est pœnitentia publica.*
14 *Incidens cultro imagines Christi, vel B. M. Virginis punitur pœna mortis.*
20 *Blasphemia est mixti fori, & præuentioni locus est, & quomodo intelligatur. num. 21.*
22 *An pœna blasphemantis possit multiplicari, si plures blasphematum sit.*

I COL-

COLLECTANEA 41.

Super Pragmat. I. II. & V. sub Rubr. de Blasphemantibus.

Considerando, &c.

1 IN his pragmaticis ponuntur diuersæ † pœnæ contra blasphemantes, nam in prima cauetur, vt talibus blasphemantibus lingua mutiletur, in secunda, vltra linguæ abscissionem, tertia bonorum pars confiscatur, quod duorum testimonio comprobatur, in quinta verò, quod per quadriẽnium remigent.

2 Ad cuius materiæ ornatum quæro † per quæ verba inducatur blasphemia, vt locus sit pœnis per has pragmaticas, vide Grammat. in decis. 50. vbi, quod quando statutum specialiter non exprimit, per quæ verba blasphemia inducatur, ad ius commune recurrendum est, Nimirum si Deus contemnitur, sed valdè ab eo contẽni dicitur, qui ad Dei despectum verba protulerit. Item blasphemia, pro maledictione sumitur, omne de Deo, ac Sanctis maledictum blasphemia est, ergo sub statuto comprehenditur.

3 Et quotiescunque † aliquid Deo, vel Sanctis attribuitur, quod eis non conuenit, aut ab eisdem, quod conuenit remouetur, blasphemia dicenda est, pariter si turpia, & scelerata verba in Deum, vel Beatam Virginem proferuntur, quando nominatur mẽbrum in Deo, vel Virgine, quod turpè esset nominari in homine, blasphemia est, nam satis eisdem tribuitur, quod non est, si verba obscœna, & im-
4 pudica proferantur, † blasphemia dicitur irreligiosa apprehensio detrectatio potentiæ, vituperatio, & maledictio, Omne igitur maledictum de Deo, vel contra Deum blasphemia
5 est, pariter † verbũ iniuriosum, quod contra bonos mores dicitur, quamobrem statutum disponens, quod si quis Deum, vel Beatam Virginẽ Mariam, aut Crucem D. N. Iesu Christi blasphemauerit, vel aliquod verbum iniuriosum, siue turpe, aut inhonestũ in eos, vel alterum ipsorum protulerit in libris trecentis pro qualibet vice puniatur, eum comprehendere cõclusum est, qui per verba dixerit P. della Nostra donna. sed cum probatũ
6 fuerit Fullanum † iracundiæ calore excitatum illa dixisse, nec vnquam blasphemare consueuisse, pœnam minorandam esse conclusum est, videlicet extra ordinem iudicis arbitrio puniendum, nam ipsum statutum à iure communi interpretationem recipere opus est, vt patet ex decis. Rot. Bononiens. apud Barz. in decis. 135. ex decis. Viuij 388. & ex decisio. Senatus Burdegalens. apud Boer. in decisione 301.

7 Et secundum Viuium in decisione 275. † hæc verba non lo potria fare Domene Dio, blasphemiam dicunt, nam si sacrilegium est de Regis potẽtia disceptare, multo magis Dei potẽtiam abnegare, Detrectatio potentiæ, maledictum de Deo, vel contra ipsum, blasphemia est verbum impium in Dei contumeliam prolatum, ita est, vbi autem Dei contemptus cessat, & per aliquas coniecturas apparere potest, aut veritatem dicat, & cum fides non præstaretur, ita assereret punitione carere debet; vbicunque quis non ex passione in verba imaginata prorumpit, eorumque significationẽ non considerat propriè blasphemiæ rationem nõ habet, quamobrem quidam rusticus absolutus est, qui computa cum suo homine faciendo iratus dixit, quod Deus facere non potuisset, quin tot operarum debitor extitisset, item Fullanus absolutus est, qui aduersus Cæsarem triticum de area sua auferre procurantem, dixit, si Deus de cœlo descenderet, illud non amoueret, cum blasphemus verborum significata considerat non excusa-

cusatur, vbi calore iracundiæ dicit mitius punitur arbitrio iudicis.

Et iuxta decisionem eiusdem Vi-
8 nij 388. † Hæc blasphemia potta di Iddio, hæreticalis iudicatur, quoniam infidelitatis grauitatem habet, ita vt etiam Inquisitores, sicuti sortilegia punire possent.

9 Sed † an blasphemia censeatur dicendo mal'anno haggia la Trinità, vnde blasphemator puniri debeat fuit declaratum esse maledictum, & per magnam Curiam Vicariæ, vide Borrell. in cons. 43.

10 Et † blasphemans quodammodo absque blasphemiæ intentione, an puniri debeat, vt in casu occurso de rustico Altercante cum Domino eius creditore verba iracundiæ proferente, & inconsideratè, quod Deus non potetat facere, quod ipse teneretur ad tãtas operas fuit per magnam Curiam Vicariæ absolutus à pœna ordinaria, dum inconsideratè talia protulisset verba Afflict. in constit. blasphemantibus no. 6.

11 Et † blasphemans conditionaliter an puniri debeat pœna à legibus Regni constituta, exemplo enim in occurso casu annis elapsis demonstratur in quodam apothecario, qui cum ludo pilæ certum quid amisisset iracundiæ calore fretus in publica platea in formalia verba prorupit, malanno haggia S. Andrea se l'hò fatto io, & formata inquisitione blasphemiæ contra eum in magna Curia Vicariæ, demum compilato processu ad relationem, tunc iudicis criminalis Fabij Riccardi postmodum Regij Cõsiliarij fuit absolutus à pœna ordinaria, sicque per Sac. Reg. Consil. confirmatum.

12 Sed † an blasphemia atrox dicatur, si quis proruperit in hæc verba, scilicet; Al dispetto di quel becco cornuto di Dio io ne hò pur fatto vna, vide affirmatiuè decisum apud Thesaur. in quæst. forens. 78.

13 Scias autem, quod † pœna maledici, seu blasphematoris in Deum, vel Beatam Virginem de iure Canonico est pœnitentia publica in foribus Ecclesiæ per certos dies, vide Decisionẽ Parlamenti Delphinalis apud Franc. Marc. in decis. 508. par. 1. vbi etiam habes, quod blasphemia est mixti fori, & ab vtroque punitur.

14 Nota pariter, quod † incidens cultro imagines Christi, vel Beatæ Mariæ Virginis morte punitur ex decisione Senatus Burdegalensis apud Boer. in decis. 301. & Sacri Consilij Neapolitani apud Franc. in decis. 504.

Sed Iudæus blasphemus varijs modis, quomodo variè punitus est, vide Decisionem Senatus Pedemontani
15 apud Thesaur. in decis. 241. vbi † cum Iudæus cartis ludens dixerit Al corpo di Christo la farà così, dubitabatur an esset blasphemia, quando verba non tribuunt Deo, vel Sanctis, quod verũ non est blasphemiam non inducunt, nisi in contumeliam dicta appareant, vt si per membra pudenda Sãctorum iurasset, quia in contemptum dici videntur, icciroo si quis iurat per corpus, siue caput, vel membra Dei puniendus est, quia neque membra, neque corpus habet de diuina natura intelligendo, at si de Deo, id est filij persona intellexerit, qui naturam nostram ex corpore, & animo constantem suscepit, si iurando, vel affirmando dixerit blasphemia non est, secus
16 est si in contemptum, † ita enim est si per membra pudibunda iuratur, idem si super illicito actu, puta in ludo iuratur, idem si extra illicitum actum, sed sine proposito, & irreuerenter dicitur ad corpus Dei, si diceretur
17 ad corpus, vel sanguinem Christi † blasphemia est, quæ parificatur cum dicente ad corpus Dei, quamuis vtrique dictum ad corpus Dei, & ad corpus Christi blasphemia est, tamẽ prior magis scandalosa est cum non tãtum irreuerentiæ sensum recipere possit, cum & de Deo, id est persona filij Saluatoris Nostri, quam etiam hæresis,

Digitized by Google

ac blaſphemiæ de diuina natura intel
ligendo, quæ co pus non habet; in bla
ſphemia multi ſunt gradus, iuxta quo
rum grauitatem puniendus eſt, ma-
gis verò, qui ex conſuetudine id facit
puniendus eſt, quam is, qui ſemel, vel
bis lubrico linguæ dixerit, quamuis
igitur Hebræi dictum blaſphemia nõ
videatur, tamen nomen Chriſti in va
num aſſumere non licet, nec Hebræo
iurare permittitur, cum in contem-
ptum facere videatur, ſed certè ita
non poteſt iurare, vt obligetur, ſed re
18 uera † blaſphemiam non eſſe conclu
ſum fuit, & propterea à pœna blaſphe
miæ abſolutus eſt, ſed propter irreue-
rentiam in certam pecuniæ quantita
tem loco pio fiſco, accuſatori appli-
candam condemnare placuit, cum Iu
dæus verba blaſphemiæ profert alij pę
na capitis puniendum eſſe putant, alij
iudicis arbitrio habita ratione quali-
tatis blaſphemiæ temporis, & loci, ali
quando pœna pecuniaria, aliquando
banno propter ſcandalum euitãdum,
Iudæus, qui Crucifixum contempſit,
19 † dicendo ego poſſim ſuſpendi ſicut
ille, qui illic eſt, vbi crucem reſpexit,
cum blaſphemia non eſſet, ſed ſolum
maledictum in quingentis ſolidis con
demnatus fuit, quidam alius verò fuit
affectus fuſtigationis pœna, & in
quinquaginta aureis condemnatus,
perpetuoque exilio Bãnitus fuit, etiã
20 Iudæi blaſphemii † ad mixtum forum
pertinent, & præuentioni locus eſt,
& hanc ſententiam Senatus amplecti
21 tur, quod intellige † quando eſt mera
blaſphemia, ſecus verò ſi ſit contra fi-
dem in ijs, quæ ipſi & nobis ſunt cõ-
munia, nam tũc, cum blaſphemia ſit
hæreticalis, ſpectat ad iudicium Ec-
cleſiæ, iuxta Bullam fel. record. Greg.
XIII. prout in Directorio inquiſit.

Scias etiam, quod blaſphemanti nõ conceditur immunitas Eccleſiaſtica, vide deciſ. Boer. 110.

22 Sed an † pœna blaſphemantis poſ-
ſit multiplicari, ſi pluries blaſphema-
tum ſit. Dicas Senatum Dolanum iu
dicaſſe, quod ſic vbicunque blaſphematum ſit cum temporis interuallo, at ſecus ſi vno, eodemque impetu, ſvt puta ſi eodem impetu aliquis blaſphemauerit Deum, Beatam Mariam, & Sanctos, nam in tali caſu vna tantum punitur pœna, & non pluribus, quia vnicum delictum propter continuationem reputari debet, vide nouiſſimè Criuell. in deciſ. eiuſdem Senatus deciſ. 24. vbi ſcribit alia de hoc crimine blaſphemiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Bona rebellium ipſo iure fiſco applicantur.*
2 *Quis dicatur proditor remiſſiuè.*
3 *In crimine læſæ maieſtatis bona nõn confiſcantur ipſo iure.*
4 *In confiſcatione bonorum ſententia expreſſa opus eſt, & quæ bona veniant in confiſcatione per diſcurſum, vide num. 5. 6. 7. 11. 12. 13. & 14.*
8 *An publicatio bonorum ſpectet ad illũ, cuius tempore delictum commiſſum eſt, & num. ſeq.*
10 *An bona confiſcata recuperet is, qui poſt confiſcationem literas gratiæ à Principe obtinuit.*
15 *Rebellio, quid ſit, & quomodo differat à contumacia remiſſiuè.*

COLLECTANEA 42.

Super pragmatica I. ſub Rubrica de Bonis proditorum.

Prouiſum eſt, &c.

1 ORdinatur, quod † bona rebelliũ ipſo iure fiſco applicentur.
2 † Quis dicatur proditor habes per Franc. Marc. in deciſ. 772. par. 1.
3 Et ſcias, quod † in crimine læſæ maieſtatis bona non confiſcantur ipſo iure, ſicuti in crimine hæreſis, ex deciſione Rotæ Romanæ 690. apud Bellamer. niſi eſſet crimen læſæ maieſtatis in primo capite, vt deciſum per

can-

Digitized by Google

eâdem Rotâ dicit Veral. in decis. 67. part. 1. & nota, quod in confiscatione bonorum sententia expressa opus
4 est, & † non veniunt bona futura, vt per Magon. in decis. Florent. 99. & in
5 confiscatione † propter homicidium non venit feudum ex pacto Thesaur. in decis. 167. & de confiscatione bonorum feudalium, vide Cabal. in reso
6 lut. crimin. 182 & † Hæretici bona etiam alienata publicantur à die com-
7 missi delicti Surd. decis. 247. Sed † confiscatio bonorum, an & quando trahatur ad bona in alterius territorio sita vide Puteum in decis. 417. parte 3. &
8 Cabal. in resolut. 138. & † publicatio bonorum an spectet ad illum, cuius tempore delictum commissum est Mastrill. in decis. Sicil. 12. & facit deci
9 sio Criuell. Senat. Dolan. 410. vbi † agit vtrum pœna pecuniaria ex delicto irrogata ad eum pertineat, cuius erant fructus iurisdictionis tempore delicti, an verò ad eum, cuius tempore sententiæ erant.

10 Sed an † bona confiscata recuperet is, qui post confiscationem declaratã literas gratiæ, & remissionis à Principe obtinuit, vide Criuel. eundem in decis. 7. vbi late.

11 Nota etiam quod † confiscatio bonorum comprehendit aduentitia, cuius vsusfructus ad patrem pertinet
12 Cacher. in decis. 94. & † bona alienari prohibita non veniunt in confiscatione ex decisione Rotæ Romanæ 910. part. 3. libr. 3. in Nouissimis Tho-
13 lomei, sed an † veniant bona prohibita obligari vide Surd. in decis. 154. & nota quod à bonis confiscatis prius detrahenda sunt aliorum credita, quã expensæ litis factæ per fiscum ex decis. Rotæ Auenionens. 121. apud Laurent.

14 De confiscandis bonis mortem sibi inferentis, vide Viu. in decis. 244. Laurent. in decis. 123. & Cabal. in resolut. 137. & quod confiscatio declarata ob contumaciam contra hæredem exequatur est decisio Cacheran. 106.

15 Sed † rebellio quid sit, & quomodo differat à contumacia vide Franc. Marc. in decis. 770. par. 1. & scias quod Tractatus rebellionis puniatur vltimo supplicio Laurent. in decis. Auen. 92.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari non possunt animalia, sed homines baptizati tantum nu. 2.*
3 *Excommunicatio est gladius spiritualis.*
4 *Ecclesia in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus.*
5 *Quib. possimus vti pro extirpatione Brucorum, & similium animalium Author docet.*

COLLECTANEA 43.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Brucis.

Hauendomo hauuta relatione &c.

DAntur hic remedia ad extirpandos Brucos, & meritò, cum sint talia animalia valde damnosa segetibus, vt etiam alia similia portenta intulerunt grauissima damna non solũ vineis, agris, & pecoribus, sed etiam ipsis ciuitatibus, nam legimus, murium corrosione Cottam ciuitatem cecidisse in Aetruria, & in Hispania oppidum fuisse à cuniculis suffossum, & à Talpis, in Thesalia à Ranis fugatam, ciuitatem, in Gallia, à locustis in Africa, ex Gyalo Clicladum Insula fugatos etiam fuisse ciues similiter à muribus, à Serpentibus, itidem Amillas apud Troadem, & Caputaquensis Ciuitas in Italia nostra à scorpionibus, in Ethiopia, à scolopendris Orretietes, & à formicis, villa prope sulmonam sub Monte Maello.

1 Sed num † pro extirpandis istis animalibus liceat ipsa excommunicare, vel anathematizare, negatiuè Graphius in suis decisionibus Aureis casuum

suum conscient. libr. 4. cap. 6. sicque ego interrogatus, dum hoc euenisset dubitari in ciuitate Nolæ respondi,
2 cum † nemo possit excommunicari, nisi solus homo baptizatus mortalis, & excommunicanti subiectus, vnde euenit Diabolum, Animam separatā à corpore, Iudeum, vel etnicum, & si militer non baptizatum excommu-
2 nicari non posse, quia † excommunicatio est gladius spiritualis, quo quis bonis spiritualibus Ecclesiæ priuatur, ergo non baptizatus cum non fruatur prædictis bonis, non poterit illis priuari, nec excommunicari, quod cō
4 probatur etiam quia † Ecclesia vt apparet ex Sacro Concilio Tridentino sess. 14. cap. 2. in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipsam per Baptismi Ianuam fuerit ingressus secundum illud Apostoli 1. Chorint. 5. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare & habetur in cap. gaudemus de diuortijs.

Quare meritò penes quendam reperio scripta sequentia verba, absit enim tanta Sacrorum Irrisio, quantā fieri inter aliquos rusticos fertur, nempe quod locusta, & Brucus, patrono illis, ac procuratore consignatis in iudicium euocantur; & contestata lite causa vtrinque agitur, ac demū anathematis censura exterminantur, quæ emires maiori ludibrio digna cō tingere Christianis potest, quam cū eiusmodi portentis, ac vermiculis, & volucribus, quæ vero naturali instinctu aguntur feriores agere.

Et quidam alius Author contra tales superstitiosos sic inuehit, sunt (inquit) qui litem cum locustis contestantur, patronosque, & aduocatos, & procuratores illis creant, qui causam ipsarum defendant, illasque coram iudice accusant, à quo conuincuntur, condemnantur, anathematizantur, excommunicantur, cum ipsi potius adiuratores excommunicandi, essent atque in vltimas insulas relegandi, nam si contra vermiculos loquuntur quid illi intelligunt, sint vero contra demones, quid opus est illos ordine iuris oppugnare, sanè cum nostri sint publici hostes qui nullo iure, sed sola vi suam nequitiam in nos exercent, atque adeo tanquam manifestarios inimicos nostros sola virtute Dei armatis licet nobis illos propulsent, haud ergo iudices, & ecclesiastici, & ciuiles nam vtrisque res incumbit in huiusmodi impostores, prȩstigatoresq. animaduertere negligant, quippe qui religionem Christianam irrisioni exponunt. Benè verum animad
5 uertas (Amice lector) † quod religiose vti possimus contra eā aqua benedicta, precib. adiurationibus, & exorcismis Sanctis humiliter implorando auxilium diuinæ Clementiæ aduersus demones, qui in vltionem delictorū nostrorum permitti diuinitus solent huiusmodi in cursionibus nos infestare, licet in his exorcismis, & orationibus non debet fieri mentio excommunicationis, & anathematizationis, quarū nec ipsa animalia nec demones capaces sunt.

S V M M A R I V M.

1 *Disrobatores stratarum laqueo suspenduntur, & in frustra secantur.*

COLLECTANEA. 44.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Capientibus homines per vim.

Essendo à nostra notitia, &c.

Hic habes, quod capientes homines per vim ad extorquendam remissionem, vel pecuniam morte moriantur.

1 Pro ornatu huius † pragmaticæ videte nouissimè Mutam in decis. Siciliæ 60. vbi latè habes materiā stratariorum, latronum derobantium, & captiuantium in stratis publicis, asserendo quendam, qui fuerat talis fuisse

se laqueo inspensum, & in frustra sectum, & meritò.

SVMMARIVM.

1 *Vota non debent à iudicibus propalari, etiam interloquendo. nu. 2.*
3 *Consiliarius succedens in officio consiliariatus succedit in causis ipsis commissis.*
4 *Index petitus à parte non debet dari.*

COLLECTANEA 45.

Super pragmat. I. sub Rubr. de Cauf. decid.

La più principal cosa, &c.

DVm in 1. & 3. capit. prohibeatur,
1 vt † vota directè, vel indirectè non publicent per officiales, & Regios Consiliarios, tu videas Thesaur.
2 in decis. 1. imò nec † debet interloquendo iudex animum suum, & sententiam propalare, aliàs posset suspectus declarari, vt in facto vidi obseruatū de hoc anno 1620. & vide prag. 6. infra de offic. iudic. vbi dico.

Et nota ex text. huius pragmaticæ
3 † Consiliarios in officium cōsiliariatus succedentes, etiam in eorum causis, ipsis commissis succedere, sic etiā in omnibus officialibus cuiuslibet Tribunalis, vt seruari fatetur Anna
4 in sing. 280. qui ibidem scribit † non esse in causa dandum iudicem, qui à parte petitur.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia erecta authoritate Episcopi habent restitutionem in integrum.*
2 *Signa, quod hospitale est erectum authoritate Episcopi, quæ sint.*
3 *Confraternitates dicuntur loca pia, & gaudēt fori ecclesiastici priuilegio, & subsunt episcopo.*
4 *Ecclesia habet restitutionem in integrum. sic etiam confraternitates.*
5 *Seminaria dicuntur loca pia.*
6 *Confugiens ad ecclesiam est immunis, sic confugiens ad seminarium. nu. 7.*
8 *Casalia dicuntur de iurisdictione ciuitatis, cum dicantur membra ciuitatis. num. 9.*
10 *Priuilegium concessum ciuitatem habitantibus, comprehendit habitantes comitatum.*

COLLECTANEA. 46.

Super pragmatica V. sub Rubr. de Causis decidendis.

Essendo gionti nel gouerno, &c.

HAc nouissima pragmatica edita per Illustrissimum Cardin. Zapattam hodie proregem in hoc nostro Regno, cauetur, quod causæ delegatæ per Proregem redeant ad Tribunalia ordinaria exceptis causis, hospitalium, & piorum locorū, Bancorum, ac negotiatorū pro exactione effectuum. Item grauium facinorum delegatis. M.C.V.

Dum excipiuntur causæ hospitalium, intellige de hospitalibus erectis authoritate Episcopi ex dictis per Valasc. in decis. 105. & per Martā in de-
1 cis. 169. vbi firmat tunc talibus † hospitalibus esse concedendam restitutionem in integrum, quoties sunt erecta authoritate Episcopi, quod dicit
2 cognosci † ex signis, puta quia habet Ecclesiam, in qua publicè missæ celebrantur. Item si habet campanile cū campanis pulsari solitis ad celebrationem diuinorum officiorum, & populi conuocationem, quæ signa esse religiosum, & Episcopi authoritate erectum Rota in nouissimis decisio. 725. par. 1. Item si habet altare lapideum consecratum, vel si in eo sint sepulturæ, & cęmiteria, cuius ratio est, nam hospitalia fundari nequeunt cum ecclesia, & cęmiterio, vel alio iure parochiali absque Episcopi authoritate, & ideò illud hospitale, in quo

Digitized by Google

quo hæc concurrunt cum Episcopi authoritate fundatum esse censetur ex illa regula, quia actus censetur factus ex causa permissa, l. merito. ff. pro socio. Item si habet nomen sancti sibi appropriatum tali casu ecclesiasticum, & authoritate Episcopi fundatum esse præsumitur.

3 Scias insuper † confraternitatum causas etiam esse exemptas, & exceptuatas, cum confraternitates dicantur loca pia Cabed. decis. 51. cent. 1. vnde istæ confraternitates gaudēt priuilegio fori Ecclesiastici, Mutaiu decis. Sicil 58. & subsunt Episcopo loci Antonin. decis. Macer. 66. lib. 1. &
4 ideò sicuti † Ecclesiæ competit restitutio in integrum Benintend. decis. 85. Cappell. Tholos. decis. 54. Ita pariter competit istis confraternitatibus Mastril. decis. Sicil 110. quæ omnia intellige procedere vbicunque fuerint erectæ authoritate Episcopi iuxta communem DD. sententiam.

Item † exceptæ dicuntur ab hac pragmatica. Causæ seminariorum, cū
5 † seminaria similiter sint loca pia, vn
6 de videmus, quod sicuti † confugiēs ad ecclesiam in ea est immunis, cap. sicut antiquitas, cap. reum, cap. frater, cap. miror, cap. quisquis, c. si quis, 17. q. 4. cap. inter alia, & cap. fin. extra de immunit. eccles. Guid. Pap. decis. 121. Vigel. decis. 72. cent. 1. ita pariter
7 † confugiens ad seminarium, & decisum, & in facto obseruatū tradit Genuen. in praxi curiæ Archiep. Neap. cap. 17. num. 10.

Sed quia in causis criminalib. mandatur M.C.V. posse procedere ex delegatione in crimine lesæ maiestatis, falsæ monetæ, vitij nefandi, furti, aut recactus commissi intus hanc ciuitatem Neapolis, aduerte idem procedere si furtum, vel recactus fuerint commissi intus suburbia Ciuitatis eiusdem ex traditis per Franc. in de-
8 cis. 804. † Casalia enim, & Villæ dicū tur de iurisdictione ciuitatis, & vnū corpus cum ciuitate iudicātur Roiz in decis. Lituan. 3. Valasc. decisio. 179. tom. 2. & eodem modo, quo iudicatur de ciuitate, iudicatur de illius
9 termino, territorio, † & comitatu, cū dicantur membra ciuitatis Gratian. decis. Marchiæ 96. vnde meritò consuetudo introducta in ciuitate debet obseruari æqualiter in omnibus eius vicis, & suburbijs Achil. de Grassis decis. Rot. Roman 3. de decimis, & hinc
10 † priuilegium cōcessum ciuitatem habitantibus comprehendit comitatum habitantes Boer. decis. 13. qui a cum fingantur habitare in ciuitate, consequi debeant omnes effectus, quos consequerentur, si in ciuitate habitarent. Guid. Pap. decis. 265.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio, & notificatio actualiter debet interuenire, nec sufficit scientia aliunde habita, vt procedat dispositio huius pragmaticæ.*

COLLECTANEA. 47.

Super pragmatica XI. sub Rubr. de Causis decidendis.

Oltre di ciò volemo, &c.

IN §. 18. huius pragmaticæ notatur quod à decretis interlocutorijs et habentibus vim diffinitiui, nō potest dici de nullitate post sex dies elapsos à die notificationis, & intimationis illorum.

Quare aduertas circa illa verba, (Dopò che sarāno intimati, & notifi
1 cati,) † quod, vt hoc procedat est de essentia interuentus actualis intimationis, & notificationis, nec sufficit scientia aliundè habita, vt fuit decisum in nostro Sacro Regio Consilio in causa creditorum Marchionis Gēzani sub die 22. Maij de anno 1615. penes Secretarium Actuario Borrello.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Annui census decimam partem pretij non excedunt.*
2 *Quæ requirantur ad huiusmodi contractus censualis iustitiam vide, & nume. 3. 4. & 5.*
6 *Et multa notabilia in materia census vide num. 7. 8. & 9.*
10 *Contractus potius præsumitur censualis, quam emphyteuticus.*
11 *Et de censu iuxta formam Bullæ multa in materia vide a num. 11. vsque in finem.*

COLLECTANEA 48.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Censibus.

Vniuersis, & singulis, &c.

1 FIrmatur hic, quod † annui census decimam partem pretij non excedant, & illorum contractus, vt res iudicata exequantur, etiam contra tertios possessores.

Quæ requiratur ad huiusmodi cōtractus censualis iustitiam, vide Thesaur. in decisione 154. vbi habes, quod
2 † ut talis contractus sit licitus decem pro centenario excedere non debet, & ita per plures constitutiones Pontificias declaratum fuisse recensent, sed ex Imperij ordinatione quinque annua tantum emi possunt pro centum, & ita in Camera iudicatum scribit Guglielm. in decis. Spirens. 15. par. 2.

Requisita autem huius cōtractus
3 sunt, quod † census super re immobili constituatur, vel quæ pro immobili habeatur, & sui natura fructifera sit, atque certis finibus designata, super omnibus igitur bonis nullo particulari specificato illicitus redditur atque ita iudicatum est. Item quod,
4 † pecunia verè tempore contractus numeretur, nam si realiter antea soluta fuisset, aut aliter debita esset contractus celebrari non posset. Item in scriptis præsentibus testibus celebrari debet, quoniam scripturæ in multis casibus melius, quā testes probare certum est. Neque cēsus solutio anticipata, sed in fine anni facienda est. Pacta, quæ ad casus fortuitos obligant contra formā contractus non valent, neque seruanda sunt, ne indirectè quidem vendētem censum obligarent, ideo alibi, quam in loco celebrati contractus censum soluere non tenetur. Item quod † res 5
censui supposita liberè alienari possit, absque laudemii, aut quinquagesimæ siue alterius rei solutione, sed ad emptorem cum onere suo trāseat, de ipsa; igitur re supposita venditor census, siue inter viuos, siue in vltima voluntate disponere potest. Pacta, quibus venditor collectas, & onera soluere obligatur, quæ ad censũs emptorem pertinent, seruanda non sunt. quoniam ita plusquam annua decem pro cētenario solueret. Quod si res censui supposita infructuosa reddatur. Idem si pro parte, venditor quandocunque censum redimere potest, nimirum pro eodem precio, quo emptus fuit, si hæc omnia requisita seruantur, contractus ex constitutione Papæ licitus est, si quid deficiat illicitus, & vsurarius est, vt habetur per Viuium in decis. 369. licet census ante Bullam constitutus valeat absque requisitis, vt ex decisione Rotæ Romanæ 328. parte 4. in Nouissimis Iusti.

Generaliter autem nota ad orna- 6
tum materiæ, de qua hic quod † census non potest imponi super feudo cōcesso cum clausula, & quibus dederis, & alijs sine consensu Principis, vt ex decisione Martæ 232. nec etiam census potest constitui super vsufructu, iuxta decisionē Mastrilli 92. vt pariter contractus census sine pecunia numerata non est exequendus, vt per Gratian. in decis. Marchiæ 224. & cen-

sus est vsurarius propter pactũ, quod non soluendo cadat in commissum ex decisione Regni Lusitaniæ apud Valaschum in decis.35. & cẽsus vitiatur ex pacto contra substantiam, pacta verò contra accidentia ipsa vitiantur ex decisione Rotæ Romanæ 324. par.4. in Nouissimis Seraphini & Census quando est inualidus propter pactum non firmatur cõsuetudine, nec emptor facit fructus suos ex decisione eiusdem Rotæ 325. par.4. in Nouissimis Gyptij, & hoc eodem casu extinctio sortis principalis, & computatio fructuum in sortem à lege, ipso iure absque hominis facto fieri dicitur ex decisione eiusdem 326. part.4. in Nouissimis Gyptij, & census super rebus fideicommissis rescinditur, & pretium restituitur iuxta decisionem eiusdẽ 304. part.4. in Nouissimis Peniæ.

7 De Numeratione autem precij, quando dicatur constare in contractu census vide Gratian. in decis.228. & census an dicatur constitutus pro parte precij numerati, vide Mastrill. in decis.94. & pretium census est restituendum, si est impositum super re, alterius ex decisione Rotę Marchię 13. apud Gratianum, & census super Casali alijs obligationibus supposito, vti super libero factus aliquando sustinetur ex decisione Rotæ Romanæ 345. part.4. in Nouissimuis Peniæ, & vide decisionem eiusdem Rotæ 342. par.4. Sacrati, & census non dicitur extinctus, si precium restitutum non est, & partes non obstante mandato à iudice dato volunt cõtinuare ex decisione eiusdem Rotæ 341. par.4. in Nouissimis Littæ, sed census quomodo extingui debeat est decisio eiusdẽ 355. part.4. in Nouissimis Lancellotti, vbi quod census ita extingui debet, ac cõstitutus est, & extinctio census an possit fieri ab habente mandatum cum plena, & libera potestate est decisio eiusdem 295. part. 3. in Nouissimis Seraphini, vbi negatiuè, & pactũ, quod ex quolibet casu non possit peti reductio census, quomodo intelligatur est decisio eiusd. in Rotæ 757. part. 1. in in Nouissimis Seraphini, & retrouenditio census facienda est per secundũ illius emptorem, atque cessionarium iuxta decisionem Mastrilli 243. & census potest imponi etiam super pluribus rebus suis finibus designatis ex decis. Barzij 56. & census petitur à tertio possessore non facta discussione principalis Gamma in decis. Lusitan. 145. & census super fructibus scripturarum cum pacto redimendi per sex annos cum beneplacito Sedis Apostolicæ est validus ex decisione Rotę Romanæ 285. part. 4. in Nouissimis, sed

8 † aduersus instrumẽtum census probationes an admittantur, uide decisionem Rotæ Romanæ 317. part.4. in Nouissimis Pamphilij, vbi quod aduersus instrumentum census probationes aliquando reijciuntur, & solutio præteritorum censuum, ex quib. probetur, vide Franc. Marc. in decis. 587. par. 1. & decis. Rotę Romanæ 3. de locato, & conducto in Nouis, & quotæ census an prescribi valeat negatiuè Maynard. in decis.47. part.4. & scias, quod census etiam sequestratus currit Veral. in decis. 103. par.1.

9 Sed † census an possit constitui ab vsurario negatiuè decisum per Curiã Archiepiscopalem Neapolitanã refert D. Ricci. in decis.220. parte 2. qui in decis.134. par.1. tradit census computari inter immobilia, vt etiam Camer. Imperial. in decis.77. Minsynger. obseruat.69. centur.1. Iaffred. decis.9. Thesaur. decis.160. Boer. decisio.209. Faber. in decis.49. C. de pœnis. Coler. decis.59. Thoming. decision.19. par.1. Gail. obseruat.10. lib.2. Ambrosin. in decis.5. Guid. Pap. in decis.499. Viu. decis.410. Gaspar Thesaur. in quæst. forens. siue decis.2. Barz in decis.109. & vide decisionem Rotæ Romanæ 14. parte 4. in nouissimis Blanchetti, & hinc infertur primo ad decis. Camer. Imperial. fol.17. in verbo, annui, vbi fuit dictum, quod redditus annui cen

sen-

Digitized by Google

sentur res immobiles, quando ad longum tempus constituti fuerunt. Infertur secundo ad pulchram decis. Iasfred. 90. vbi fuit dictum, quod quemadmodum immobilia possidens releuatur à satisdatione, ita obtinens annuos redditus, quam not. ad text. in l. sciendũ. ff. qui satisdare cogantur. Infertur tertio ad decis. Minsynger. centur. 1. obseruat. 69. vbi statutum admittens coniugem ad successionem mobilium ab annuis redditibus excludit. Infertur quarto ad decis. Thesaur. Senatns Pedemont. 160. vbi fuit decisum, quod licet in legato mobilium veniat pecunia, secus tamen quando talis pecunia esset ad emptionem, & sic ad censum destinata, quia tunc desinit esse res mobilis, & inter immobilia connumeratur, quam decisionem nota ad limitationem textus in l. si Chorus, §. final. ff. de legat. 3. Infertur quinto ad decisionem Boerii 209. Infertur sexto ad decis. Gaspar. Thesaur. Rot. Taurinen. 2. parte 1. vbi fuit decisum, quod siue actio detur ad rem mobilem, siue ad immobilē, semper censetur immobilis. Infertur septimo ad decis. Fabri 49. C. de pœnis, vbi publicatis bonis immobilibus, & annui quoque redditus publicati cēsentur. Infertur octauo ad decis. Thoming. 39. par 2. vbi redditus annui Ciuitatis, vel Ecclesiæ vendi non possunt sine solemnitate, quæ in alienatione rerum immobilium requiritur. Infertur nono ad decis. Viuij 410. libro 4 vbi fuit decisum, quod appellatione omnium bonorum mobilium non veniunt annui redditus, & sic iura, & actiones. Infertur decimo ad decis. Guid. Pap. 459. vbi fuit decisum, quod in legato mobiliũ non veniunt annui redditus, nec pariter in legato mobilium, & immobilium, dicitque, quod ratio est, quia nomina debitorum non sunt mobilia, nec immobilia, sed sunt quoddam genus de per se. Infertur vndecimo ad decisio. eiusdem 291. vbi in bonorum præsentium, & futurorum mobilium legato non veniunt annui redditus. Infertur duodecimo ad decis. Gail. lib. 2. obseruat. 10. vbi interdictum vti possidetis, quod pro rebus immobilibus tuendis datur, prodest etiam pro annuis redditibus.

10 Scias insuper, quod † contractus potius præsumitur Censualis, quam emphyteuticus, vt per Crescen. in decis. 1. de censibus, licet fauore Ecclesię potius emphyteuticum, quam Censualem esse pręsumendum, tradit Thesaur. in quæst. forens. decis. 43. lib. 4.

11 Sed † Census iuxta formam Bullæ pro decursis vitæ militiæ interusuriis super feudo constitutus ab eo, qui cũ retrouendendi pacto possidet, redempto feudo, an resoluatur, vt exequi nõ possit, vide Giurb. in decis. 24. & Census iusto pretio ad formam Bullæ constitutus, an pro minori, & viliori pretio absque vsuræ, vel iniustitiæ labe emi possit, & quando, vide eundem in decis. 117. & Census Bullares, an possint emi per procuratorem, & quando facta ratificatione, & an valeat subiugario, quando est facta super fructibus feudi à solo separatis, an intelligatur subiugatum feudum, vide Mutamiu decis. 67. & an Census Bullares, & subiugationum possint imponi, etiam absque pecunia numerata, sed pro habito, vel recepto, tam ex vēditione, transactione, legato, donatione, permutatione, &c. vide eundem Mut. in decisio. 73. vbi affirmatiuè, & censualis, siue subiugatorius contractus iuxta formam Bullæ, an fieri possit in exteros, & quomodo, vide eundem in decis. 81. & pactum in contractibus Cēsuarijs, vt possit repeti sors, & capitale, & quomodo valeat, & an facta petitione currant interusuria, & quando, vide eundem in decisione 99.

SVMMARIVM.

1 *Census vitality ad rationem ann. ducatorum 18 & 20. pro centenario omni-*

no prohibentur, & moderantur ad rationem 14. pro centenario, etiam pro præterito.

2 *Præterita necesse fuit exprimere, nam aliàs non venirent.*

3 *Quando non constaret de certo pretio, quo huiusmodi census vitality empti fuerint qualiter sint æstimandi.*

4 *An ob defectum solutionis horum censuum vitalitiorum licitum sit rescindere contractum.*

COLLECTANEA 49.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Censibus.

Nel parlamento generale, &c.

1 MAndatur hic, quod † census vitalitij ad rationem ann. 18. & 20. pro centenario omnino prohibentur, & moderantur ad rationem annuorum quatuordecim tantum, etiã pro præterito.

2 Aduerte, quod † necessarium fuit exprimere præterita, nam aliàs non venirent, vt decisum in Camera Imperiali scribit Gail. in obseruat. 9. li-
3 bro 2. Sed † quando non constaret de certo pretio, quo huiusmodi census vitalitij empti fuerunt qualiter sint æstimandi, vide Intrigliol. in decis. 9.
4 & an † ob defectum solutionis horum censuum vitalitiorum licitum sit rescindere contractum, & cogere debitorem ad restitutionem sortis, negatiuè fuit decisum in Sacro Consilio inter Illustrissimum Cardinalem Saulum, & Antonium Caracciolum, sub die 24. Decembris 1607. penes de Felice Actuarium.

SVMMARIVM.

Breuis est, & non indiget Summario.

COLLECTANEA 50.

Super pragmatica V. sub Rubr. de Censibus.

Tra le altre cose, &c.

HAbetur hic, quod census perpetui cum pacto redimendi quandocunque empti à Regia Curia reducuntur ad rationem septem pro centenario. Census verò extinguendi ad vitam, seu ad certum tempus reducũtur ad decem tantum pro cẽtenario. Tu videas ad ornatum Gail. in obseruat. 5. lib. 2. qui in obseruat. 9. eod. lib. 2. disputat si hoc procedat ad contractus præteritos.

SVMMARIVM.

1 *Neapolitani habent priuilegium, quod contra eos moratoria, & cessio bonorum non impetrentur. & amplia. nu. 2. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Dilatoria, quæ contra creditores debitum petentes conceduntur, regulariter possunt à Principe concedi, & amplia num. 8.*

9 *Quæ conclusio pluribus modis limitatur. num. 11. 12. 13 14. 15. 16. & 20.*

17 *Princeps laicus nullum habet authoritatem super iuramento.*

17 *Literæ moratoriæ semel sunt concedendæ.*

18 *Nulla potest fieri exequutio pendente lite super literis moratorijs.*

19 *In omnibus rescriptis moratorijs tempus currit à die data, nisi Princeps expresse aliud voluerit.*

21 *Aduersus instrumentum guarentigiatum possunt impetrari literæ moratoriæ.*

22 *Literæ quinquennales exigunt satisdationem, & consensu maioris partis creditorum.*

23 *Dilata solutione debiti per literas dilatorias etiam vsurarum exactio differenda est.*

Lite-

Digitized by Google

24 *Literæ dilatoriæ non possunt impetrari ab emptore contra petitionem pretij.*

25 *Literæ dilatoriæ, quæ impediunt exactionem non impediunt compensationem.*

26 *Literæ dilatoriæ prosunt etiam illi, qui in carceres iam detrusus sit, & eius fideiussoribus, sed non nocent superuenientibus creditoribus. num. 27.*

28 *Hæredes cum beneficio l. & inuentarij possunt se tueri dilatione concessa defuncto.*

29 *Vltra quinquennium non possunt concedi dilatoriæ.*

30 *Etiam vniuersitatis nomine possunt dilatoriæ impetrari.*

31 *Qui non potest conueniri à suis creditoribus ob literas dilatorias, non eo minus debitores suos conuenire potest.*

32 *An dilatoriæ concedi possint ad instantiam creditorum Chirographariorum.*

33 *An dilatio concessa principali competat fideiussoribus.*

34 *An dilatio quinquennalis sit concedenda debitori ad instantiam creditorũ, & quomodo, & quibus creditoribus. num. 35. 37. & 38.*

36 *An Episcopus possit concedere dilationem clericis debitoribus.*

39 *Differentias inter annalem, & quinquẽnalem dilationẽ, vide per discursum. num. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. & 48.*

49 *An dilatione pendente currant vsuræ.*

50 *In quo casu potest retractari dilatoria concessa.*

COLLECTANEA 51.

Super Pragmatica I. sub Rubr. de Cessione bonorum.

Regente, &c.

1 PRiuilegiantur † Neapolitani, vt contra eos moratoriæ, & cessio bonorum non impetrentur pro pensionibus, & censibus eisdem debitis, & impetratæ, quod non teneant, Tu poteris videre etiam Capitulum 31. Regis Ferdinandi I. & cap. 21. & 23. Regis Federici, & M.C. cap. 37. D. Regis Catholici cap. 13. & 64. & quid pẽdente dilationis quinquennalis lite. cap. 60. Ducis Ossunæ.

Ad materiam vide Franch. in deci-
2 sione 179. vbi dicit † priuilegium hoc Neapolitanis concessum procedere etiam in dilatione quinquennali.

3 Sed an † hoc priuilegium habeant Casalia Ciuitatis dico, quod sic, nam appellatione Ciuitatis veniunt Casalia Franch. decis. 129.

4 Nota etiam, quod † guidaticum concessum alicui contra omnes creditores exceptis ciuibus Neapolita-[illegible], non extenditur contra creditorẽ, qui ex continuo incolatu per decennium erat effectus ciuis Neapolitanus, vt fuit decisum in Sacro Consil. Neapolitan. in causa Heliani Spinolæ contra Baronem Pulsani.

5 Quid autem si † mulier Neapolitana nubat extero, an adhuc retinebit priuilegium Neapolitanis concessũ, de Franch. decis. 416. tenuit, quod mulier quantumuis ciuis origiuaria alicuius loci nupta extero perdat priuilegium proprij originis.

6 Amplia † pragmat. procedere etiã in casu Thes. decis. 182. & ad materiã vide Ludouic. decis. Perus. 32. & Guid. Pap. decis. 211.

Sed dum hic fit mentio moratoriæ non inutile visum est in ipsa materia moratoriæ, & salui conductus cumulare omnes decisiones partim factas ad ornatum præsertim Ritus M.C.V. 287.

Notare debes igitur primo, quod
7 † iudiciales literæ, seù dilatoriæ, quæ debitoribus contra creditores debitum petentes conceduntur, possunt a Principe regulariter concedi ad differendam solutionem debiti tex. sunt aperti in l. quoties, & l. vniuersa C. de precibus Imperat. offerend. vide Tesaur. in decis. 186. vbi ampliat, quod
8 huiusmodi † literæ etiam sine peccato,

to, & de honestate iustitiæ concedi possint concurrentibus precipuè magna difficultate, nec non impossibilitate solutionis faciendæ, & sic dicit Senatum censuisse.

Limitatur tamen ista conclusio varijs modis.

9 Et primo vt non procedat † in debito instrumentario, & iurato, tūc.n. Principē huiusmodi literas indiciales concedere minimè posse communiter tradere scribentes, dispositio.n. Principis generaliter loquens non trahitur ad debitum iuratum, tum e-
10 tiam quia † laycus Princeps nullam habet authoritatem super iuramento, vide Afflict.in decis. 5 vbi per Sacrum Consilium ex voto omnium consiliariorum nemine discrepante, ita fuisse decisum attestatur, vide Mohedan.in decis. 5. de prescrip. Thesaur.in decis. 186. vbi subdit cum hac opinione transiuisse Senatum, licet asserat aliter esse, vbi de consuetudine aliud obseruaretur, videlicet, vt tales indiciales literæ concederentur, etiā contra debitum iuratum tunc enim non solum annales, sed etiam biennales. & quinquennales concedi à Principibus solent, quia consuetudo facit licitum, quod aliàs esset illicitum, ita quod legem vincere dicatur secundū Puteum in decis. 176. lib. 3. & secūdum istam declarationem obseruatur in nostro Regno veteri consuetudine, & sic in Regno Siciliæ, sic in Aquitania testatur Boer. decisio. 296. & apud Gallos, ita pariter de consuetudine obseruatur, & de consuetudine Cancellariæ, & Delphinatu, & Parisijs testatur Guid. Pap. in decis. 97. & in Pedemontana patria tradit Thesaur. in d. decis. 186.

Limitatur secundo principaliter
11 supradicta Regula, quod † non sint cōcedendæ tales literæ si præcesserit cōdemnatoria sententia in foro contentioso, siue sit sententia Senatus, vt per Guid. Pap. in dec. 97. vbi pulchrè, siue cuiuslibet alterius iudicis.

12 Limitatur tertio, vt videlicet † huiusmodi literæ induciales, siue impetratæ, siue impetrandæ non prosint, quando expresse, & cum iuramento illis renunciatum esset, nec sanè mirum, contra renunciationes enim, & præcipuè absque pœna periurij non datur regressus, vide Thesaur. in decisione 186. vbi subdit, ita sæpius super inobedientia huiusmodi literarum per Senatum hoc in casu se vidisse indicatum, vbi declarat hoc procedere, nisi prius ipsemet debitor, qui iurauit impetrasset absolutionem à iuramento, tunc enim posset ipsis vti, etiā sine metu periurij.

13 Limitatur quarto, † vbi debitum procedat ex causa Depositi, tūc enim huiusmodi literæ minimè prosunt tex. est in l. si quis, vel pecunias, C. deposit. & sequitur Boer. in decisio. 296. vbi subdit, ita de anno 1524. 3. Maij indicatum fuisse Franch. in decis. 151. vbi ita quoque se referente in Sacro Regio Consilio fuisse iudicatum testatur.

14 Limitatur quinto, † in casibus Decisionis Senatus Sabaudiæ apud Fabrum in decis. 20. vbi dicit, quod mul-
15 ti sunt casus, in quibus † moratoriarum literarum vsus nullus est, & primo si quis ex delicto debitor sit constitutus. Secundo si post impetratas literas ante oblatas literas nouos creditores quæsierit. Tertio si iam condemnatus sit, siue à supremo Magistratu, siue ab inferiore iudice. Quarto si de iure, debitoque feudali, aut emphyteuticario agatur. Quinto si de pretio, vel mercede rei venditæ, aut locatæ, ex qua fructus emptor, cōductorve percipiat. Sexto si debitum iuratum sit, nec impetrata absolutio proponatur. Septimo si contra pauperiorem beneficium hoc imploretur. Octauo si contra eum, cui ob personalem operam aliquid debeatur. Nono si contra Principem ipsum, vel Ecclesiam, vel piam causam, vel pupillum. Decimo si de dote tractetur, siue sol-

soluenda, siue repetenda. Vndecimo si ageretur de deposito restituendo. Duodecimo fide pretio rerum commestibilium in pleno, quod aiunt foro, Mercatuque venditarum. Tertio decimo si impetrator huic priuilegio renunciauerit. Quarto decimo si non renunciationis huius in rescripto, & dispensatione mentio expressa sit. Quinto decimo si iam semel antea idem beneficium impetrauerit, tametsi eo vsus non fuerit. Sextodecimo, si cum extero, & mercatore transeunte contraxerit. Decimo septimo, si cauere nullo modo velit, ne iurato quidem. Decimo octauo, si denique in Annalis rescripti impetratione nulla damni, & calamitatis, quæ debitori ex casu improuiso, & fortuito acciderit mentio fiat, aut ea calamitas allegetur, quæ damnum ipsi ante decennium influxerit, & ita Senatum sæpius obseruasse tradit.

16 Limita septimo, † in debitis fiscalibus, in quibus dilatio quinquennalis non procedit, vt pluries decisum in Regia Camera dicit Capiblanc. de baron. in pragmat. 8. sub nu. 145.

17 Animaduertendum, quod † literæ moratoriæ non nisi semel sunt concedendæ, vt iudicatum in eodem Senatu dicit Faber in decis. 1. C. eod. tit. de precibus Imperator. offerend.

18 Item † nulla potest fieri executio pendẽte lite super literis moratorijs, sed tempus interim currit à die datę, idem Faber in decis. 2. C. eod. tit.

19 Insuper † in omnibus rescriptis moratorijs tempus currit à die datæ, nisi Princeps expressè aliud voluerit, vt apparet ex decisione eiusdem Senatus apud eundem Fabrum in ordine 3. C. eod. tit. vide Guid. Pap. in decisio. 109. vbi quod à die concessionis, & quod ita seruat stylus parlamenti.

20 Item † contra sententiam non possunt impetrari literæ dilatoriæ, nisi nouata sit actio iudicati. Idem Faber in decis. 4. C. eod. tit.

21 Item † aduersus instrumentũ Guarentigiatum possunt impetrari literę moratoriæ, idem Faber dicens pariter in Senatu decisum in decis. 5. C. eod. tit.

22 Item † literæ quinquennales exigunt satisdationem, & consensum maioris partis creditorum, quæ maior pars accipienda est non ex numero creditorum, sed debiti Faber in decis. 6. eod. tit. referens, ita iudicasse Senatum in relationibus rescriptorum 7. Kal. Iunij 1590.

23 Nota pariter, quod † dilata solutione debiti per literas dilatorias, etiam vsurarum executio differenda est, vt iudicauit idem Senatus in causa Syndicorum Camberiensium, & Ioannis de Constante 8. Idus Iunij 1591. teste Fabro in decis. 8. eod. tit.

24 Nota etiam, † quod contra petitionem pretij non potest emptor literas dilatorias impetrare, vt decisum in eodem Senatu scribit Faber in decis. 11. eod. tit.

25 Et scias quoque, quod † literæ dilatoriæ, quæ impediunt exactionem nõ tamen impediunt compensationem, vt fuit tractatum in Pomeridiano Auditorio in causa Guglielmi de Marquis, & Salomonis Balmæ 13. Kalend. Ianuarij 1593. attestante ipso quoque Fabro in decis. 13. eod. tit.

26 Item, † literæ dilatoriæ prosunt debitori etiam, qui in carceres iam detrusus sit, eiusque fideiussoribus, vt indicatum refert idem Faber. in decis. 14. eod. tit.

27 Item. Nota, quod † non nocent superuenientibus creditoribus literæ dilatoriæ antea impetratæ Faber. decis. 16. eod. tit.

28 Scias quoque, quod † si moriatur debitor, cui fuit concessa dilatio infra tempus dilationis superstitibus hæredibus cum beneficio inuentarij, hi hæredes possunt se tueri dilatione concessa defuncto ad impediendam bonorum illius venditionem Franc. decis. 179.

29 † Vltra quinquennium dilatio mo-

rato-

ratoria concedi nõ poteſt ne quidem à ſupremo Principe; Faber deciſ. 17. eod. tit. de precibus Imperat. offerẽd.

30 Et † etiam vniuerſitatis nomine poſſunt literæ dilatoriæ impetrari, vt per eundem Senatum pro Vniuerſitate Sãctæ Helenæ de Milieres anno 1596. iudicatum recenſet idem Faber in deciſ. 18. vide etiam Afflict. in deciſione 377.

31 † Qui non poteſt conueniri à ſuis creditoribus ob literas dilatoriales, non eo minus debitores ſuos conuenire poteſt, idem Faber in deciſ. 19. C. de precibus Imperat. offerend. qui in deciſ. 22. dicit ſæpius iudicatum per Senatum, quod dilatoriæ literæ impediant etiam prouiſionalem adiudicationem, vt ita iudicatum in Senatu Pariſienſi refert Rebuff. de liter. dilat. gloſ. 1. art. 1. num. 15.

32 Sed an † dilatio quinquennalis, ſeu moratoria, aut ſaluus conductus concedi poſſit ad inſtantiam creditorum Chirographariorum contra hypothecarios fuit deciſũ, quod ſic, Scaglion. in Rit. M. C. V. 283. & ſic audiui fuiſſe iudicatum in Sacro Cõſilio de anno 1611. in cauſa Iulij Orlienza cum eius creditoribus referente Conſiliario Vargas penes Actuarium Amatrudam.

33 Et an † dilatio quinquennalis conceſſa principali competat eius fideiuſſoribus communis DD. ſcola docet pro negatiua ſententia, niſi reus compareret in iudicio, & acciperet defenſionem fideiuſſoris opponendo de priuilegio ſibi conceſſo, tunc enim ipſe principalis comparendo, & ſumendo defenſionem pro fideiuſſore faceret eum quinquennali dilatione gaudere, vt iudicatum in ſacro Regio Conſilio tradit Vrſil. in deciſ. 288. ſub num. 1. licet in facti contingentia audiui deciſum per Sacrum Cõſilium poſt conceſſionem factam per idem Sacrum Conſilium debitori Sabati Traietto, conceſſiſſe eandem fideiuſſoribus dicti debitoris ſimpliciter abſque comparitione principalis debitoris aſſumentis iudicium defenſiuũ pro eius fideiuſſoribus referente Conſiliario Areualo in anno 1601. penes de Ferrarijs Actuarium. Vide tamen latiſſimè Barz. in deciſ. Bonon. 77. vbi latè defendit fideiuſſorem non gaudere priuilegio hoc dilationis quinquennalis, nouiſſimè Monach. in deciſ. Florent. 49.

34 Sed quæro inſuper, an † dilatio quinquennalis ſit concedenda debitori ad inſtantiam creditorum concurrentium, reſpuentibus alijs creditoribus minoribus in quantitate, inter quos extat clericus petens remiſſionem ad Eccleſiaſticum; Fuit deciſum in S. C. eſſe concedendam talem dilationem, nec aliter fuit facta remiſſio, vt tradit Vrſillus in deciſ. 380. num. 7. Et an

35 † ſit concedenda ad inſtantiam creditorum, qui tenent emptos annuos introitus cum pacto de retrouendendo ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, dicas negatiuè, vt fuit deciſum in Sacro Conſilio ad relationem Conſiliatij de Conſtantio, ex quo ipſi ſunt Domini, & patroni dictorum introituũ, niſi pro tertijs maturatis tantum.

36 Sed an † Epiſcopus poſſit concedere dilationem clericis debitoribus ad ſoluendum eorum creditoribus triennalem, vel quinquennalem, vide affirmatiuè deciſum per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam penes D. Ricc. in deciſ. 97. par. 1.

37 Et † an huiuſmodi dilatio quinquẽnalis poſſit concedi ad inſtantiam dũtaxat debitorum ignorantibus, & inuitis ipſiſmet creditoribus, vide Viuium in deciſione 38. vbi licet dilatio quinquennalis debitori concedatur ad inſtantiam creditorum concurrẽtium pro maiori quantitate cumuloque crediti, in tantum, quod ea ipſa dilatio, tunc elargitur etiam reluctantibus, ſeu inuitis alijs creditoribus nõ concurrentibus pro eorundem minori ſumma crediti, qui itidem meritò condemnantur ad concurrendum, vt

per

Digitized by Google

per Franch.in decis.82. tamen in Regia Capitanatæ, Apuleæ, & Comitatus Molitij Audientia,& in Sacra Regia Audientia Terræ Bari non tãtum semel dilatio ista quinquennalis extitit concessa quoque ad instantiam debitorum.

38 Sed quæres etiam, † an maior pars creditorum in præiudicium minoris partis possit remittere creditum, vel dilationem concedere ipsimet debitori, vide Anton. Maceratens. variar. resolut. c.18. lib.2. vbi cum in vna Dominorum de Albizis fuisset de his dubitatum, dicit resoluisse negatiuè.

39 Quæ autem differentiæ inter annalem,& quinquennalem dilationem sint, vide Decisionem Senatus Sabaudię apud Fabrum in decis.21.C.de precibus Imperat.offerend. vbi quod inter Annalem,& quinquennalem dilationem multæ sunt differentiæ, sed

40 hæ præcipuè. † In annalibus literis impetrandis sufficit præstari cautionem iuratoriam, tunc cum ijs impetrans vtitur non cum eas impetrat, in quinquennalibus verò requiritur,

41 satisdatio, † aut pignoribus caueatur de soluendo in fine quinquennij, & quidem eo tempore, quo rescriptũ

42 impetratur. Secundò † in literis annalibus non requirirur consensus creditorum, aut maioris partis; In quinquennalibus requiritur,& quidem, ita vt in eam rem creditores omnes dũmodo, qui in eodem loco, & territorio sint coadunari oporteat. Tertio

43 † in quinquennalibus cogitur debitor fateri, & agnoscere debita omnia eaque specialiter exprimere, in an-

44 nalibus verò non. Item † impetratio quinquennalium excludit beneficiũ cessionis bonorum, impetratio autẽ

45 annalium secus. Item † annales literas inducit ratio miserationis ex causa damni fortuiti præcedentis; Quinquennales verò consensus solus maio-

46 ris partis creditorum. Item † qui annales impetrauit sufficit, vt per iusiurandum proprium purget se de dolo, malo, nec auditur aduersarius, si dolum contra probare velit, dum ne euidenter falsa sit causa, ex qua literæ cõcessæ sunt. In quinquennalibus verò, quia maioris præiudicij sunt, probatio in contrarium admittenda est, si forte creditores, qui consensisse proponuntur ficti,& simulati esse dicantur, aut per vim, dolumque adducti,

47 vt consenserint. Item † in annalibus nõ sufficit allegari quemlibet casum, sed eum, qui post contractum debitum,& à decennio proximo contigerit citra culpam debitoris; In quinquennalibus verò, nec de damno disputatur, nec proinde quonam ex casu damnum emerserit, Denique con-

48 tra literas quinquennales † aliæ impetrari possunt, per quas Principis beneficium ex iusta causa reuocetur, vt puta si Principi obreptum proponatur, contra annales verò nunquam,& ita Senatus sæpius iudicauit, vt per eund. Fabr. ibid. vbi sup.

49 Sed † an dilatione pendente à Principe concessa currant vsuræ, vide Mastrill. in decis.16. vbi dicit distinguendo, quod aut hoc est expressum in dilatione,& currunt vsuræ, aut verò nõ est expressum,& tunc antea currebãt vsuræ, aut non, si currebãt,& tunc adhuc currere intra dilationem, ne Principis rescriptum taliter interpretetur, quod dispendium afferat creditori in iure iam quæsito, vbi autẽ prius cucurrissent vsuræ, nec nunc inciperent, quia ex mora non possunt incipere deberi, quæ non potest committi stante dilatione prædicta, & iuxta hanc distinctionem refert decisum.

50 Et vtrum † concessionis dilationis quinquennalis sententia ad instantiam creditorum concurrentium in beneficium debitoris contra non concurrentes possit retractari ad instantiam vnius ex creditoribus non concurrentibus ex causa pensionis domus, si transitum fecerit in rem iudicatam. Affirmatiuè fuit decisum in M.C.V. & sic fuit confirmatũ in S. C.

in causa creditorum Anelli de Rocco in Banco de Turrino in anno 1612. & sic debitor non vsus est ipsa dilatione. Nota autem obiter, quod tutor vnus ex duobus, qui in solidum accepe runt, quilibet obligationem à debitore pupilli non potest prorogare terminum solutionis debitori, altero tutore inscio, aut inuito de Franch. decis. 281.

S V M M A R I V M.

1 *Cessio bonorum non admittitur pro debito contracto infra annum: sed quid si notatum est debitum antiquum. numero 7.*

2 *Cessione bonorum non gaudet negans debitum.*

3 *Regula, quod filiusfamilias, qui simul cum patre se obligauit conueniendus sit tantum in id, quod facere potest fallit in dolosè versato. nu. 4.*

5 *Dolosus debitor in solidum tenetur, nec priuilegio deducto ne egeat fruitur.*

6 *Si quis infra annum imploret cessionis bonorum beneficium, à quo excludatur vigore huius pragmaticæ vlterius non poterit admitti ad tale beneficium, etiam si illud imploret denuo post annum per nouum libellum.*

COLLECTANEA 52.

Super pragmatica II. sub Rubrica de Cessione Bonorum.

Per quanto siamo informati, &c.

1 Statuitur † cessionem bonorum non admitti pro debito contracto infra annum, & meritò secundum eandem pragmaticam, quia multi contrahunt debita animo fraudādi, fraus enim nemini debet patrocinari, vnde meritò videmus, quod omnes debitores, qui dolosè, & animo fraudandi eorum creditores dilapidant eorum bona, aut aliter dolo versantur non gaudent hoc beneficio cessionis bonorum quocunque tempore illud implorauerint. Bellamer in decis. 261. & vide Veral. in decis 183. par. 3. & hinc

2 † cessione bonorum non gaudet negans debitum Afflic. decis. 296. & hinc

3 licet † filiusfamilias, qui simul cum patre se obligauit, in id, quod facere potest conueniendus est, nec carceratur. l. 2. & toto titulo, ff. & C. quod cū eo. Afflict. decis. 308. Franc. decis. 70. decis. 164. 181. & 221. Amat. decis. 16.

4 Giurba in decis. 42. tamen † hoc fallit quotiescunque filiusfamilias esset in dolo versatus, nam beneficio prædicto non gaudet. l. sed & si. §. interdum, & l. eum, qui. ff. quod cum eo, Caroc. decis. 1. Giurb. in decis. 43. vbi quod nō

5 est mirum, † nam dolosus debitor in solidum tenetur, nec priuilegio deducto ne egeat fruitur Puteus decisione 251. & decis. 394. par. 1. Macerat. in decis. fine resolu. 41. lib. 1. ex quo meritò Giurba in decis. 41. firmat. Cessionis bonorum beneficium, non habere tales debitores dolosos, & fraudulentos, vt supra etiam firmauimus.

6 Et scias ex hac pragmatica resultare, quod † si quis infra annum imploret hoc beneficium, à quo excludatur vigore huius pragmaticæ non poterit vlterius admitti ad hoc beneficiū, etiam si illud imploret denuò post annum per nouum libellum, & principalem petitionem, quia eo ipso, quod petijt semel infra annum illa fraus iam detecta est, vt fuit decisum in Sacro Consilio in causa cessionis bonorum Iosephi Battimelli die 22. Septembris 1614. referente Consiliario Salinas, & aliàs fuit decisum per Sacrum Consilium sub die 13. Februarij 1615. penes Actuariū de Ferrarijs.

7 Sed quæro † quid si antiquum creditum nouatum est per creditorem cum debitore, & sic nouata est prima actio, & nouum est confectum instrumentum, an nouum dicatur debitum, ita quod si est infra annum respectu illius cedere non possit, vel potius anti-

antiquum indicare debeat, vt cessio operetur effectum respectu illius, ego cum habuissem in facto determinaui non iudicari nouum debitum, sed antiquum, & consequenter non obstare dispositionem huius Pragmaticę, ita quod debitor fuit admissus ad cessionē bonorum, quod nota nam est noui, & pulchrum.

SVMMARIVM.

1 *Remedium cessionis bonorum dicitur subsidiarium.*

2 *Effectus, quos producit remedium cessionis bonorum vide nu. 3. 4. 5 & 6.*

7 *Lite pendente super cessione executio fieri potest.*

8 *Cedens bonis non liberatur, quin soluat, si ad pinguiorem fortunam deuenerit.*

9 *Cessio bonorum facta creditoribus conditionalibus non praeiudicat.*

10 *Qui non admittantur ad cessionem bonorum vide num. 11. 12. 13. 14. & 15.*

16 *Cessioni bonorum renunciari non potest.*

17 *Bona cedentis quomodo inter creditores sint diuidenda.*

18 *Cessio bonorum potest fieri per debitorem, si sua culpa ad paupertatem deuenerit.*

19 *Cessio bonorum non debet fieri cum ignominia.*

20 *An damnatus causa criminis ad solutionem pecuniae possit cedere bonis.*

COLLECTANEA 53.

Super Pragmatica III. de Cessione Bonorum.

Priscarum legum &c.

AD ornatum huius pragmaticæ intendo cumulare omnes casus decisos in materia cessionis bonorum, dum in hac pragmatica de hac materia disponatur, nam per eam datur noua forma cessioni bonorum.

1 Notandum ergo quod † cessionis bonorum remedium subsidiarium dicitur, quod creditori obærato minimè creditur, nisi ante omnia constet de extrema, summaque illius inopia. l. pen. & fin. ff. qui bon. ceder. poss. Afflict. decis. 71. Viu. decis. 529. Magon. in decis. Luc. 88.

2 Hoc autem † remedium tres producit effectus, quos refert Rota Romana decis. 31. de sentent. & re iudi-
3 cata in antiquis, nimirum † primo liberat debitorem à carcere, & districtione personali, non à liquidatione crediti, & expensarum, secundo, quod
4 † cedens, pro postea acquisitis nō tenetur erga creditores, nisi in quātum facere potest, atque ita impeditur exigi in solidum si ad pinguiorem fortunam peruenerit debitor cedens, quod intellige nisi cedens substinuerit aliquam pœnam corporalem, vel cessionem fecerit modo ignominioso, & cum vituperio Guid. Pap. in decisione 343. tunc enim liberatur in totum.
5 Tertio facit † ciuilem obligationem perimere sola naturali remanente.
6 Item † cedens bonis ante illorum distributionem Dominus esse nō desinit Cappella Tholos. in decis. 134.
7 Insuper scias, quod † lite pendente super cessione executio fieri potest Cappella Tholos. in decis. 28.
8 Item † cedens bonis non liberatur, quin soluat, si ad pinguiorem fortunam deueniat, nisi cum infamiæ nota fieret, vt quia Anum super lapidem percusserit, iuxta consuetudinem Curiarum Ciuitatis Lugduni, & aliorum locorum, quoniam tunc etiam si ad pinguiorem fortunam deueniat liberatur, vt apparet ex decisione Senat. Grationopolitani apud Guid. Pap. in decis. 343.
9 † Cessio bonorum facta creditoribus conditionalibus non præiudicat ex decisione Rotæ Romanæ 13. de re iudicata apud Achil. de Grassis.
10 † Ad cessionem autem bonorum non admittitur, qui habuit dilationē

quinquennalem à Principe Afflic. qui sic decisum refert in decis. 378.

11 Sic etiam † negans debitum non admittitur ad beneficium cessionis bonorum, vide Decisionem Afflict. 296.

12 Ita pariter † spoliator dolosus ad cessionis beneficium admitti petens non auditur, quoniam iuris remediũ doloso non competit, vt apparet ex decisione Rotæ Roman. apud Ver.il. in decis. 183. par. 3. fr... nimà beneficio cessionis bonorum ...llit Bellamer decis. 261. & vide Gi... in decis. 41.

13 Nec † ad cessionem bonorum admittitur debitor ex causa delicti, vt est decisio S.C. apud Franch. in decis. 507. licet fisci debitor ex contractu admittatur ex decis. Rot. Perus. 32. apud Ludouic.

14 Sic etiam † ad cessionem non admittitur quis post sententiam, vt iudicatum in parlamento Tholosano refert Mainard. in decis. 17. par. 4.

15 Sic pariter † neque cessio bonorum pro debito ex causa Affictus Gabellarum existente instrumento Guarentigiato ad formam Rit. M. C. V. contra Ciuit. Neap. neque conceditur, vt iunctis aulis decisum per Sacr. Cons. refert Amat. cons. 50. vol. 1.

16 Cessioni † autem bonorum renunciari non potest ex decisione Gratiopolitana 212. Guid. Pap. & decisione Cameræ Imperialis Gail de pace publica caus. 2. num. 23. & Senatus Pedemontani apud Thesaur. in decisione 36. licet consuetudo sit in loco, quod renunciatio teneat per pactum, cessioni bonorum renunciari potest, ex decis. Cappellæ Tholos. 61.

17 † Bona autem cedentis, quomodo inter creditores sint distribuenda, vide decis. Franc. Marc. 203. parte 1. vbi quod bonorum reductio ad manus Delphinales cessione pendente faciẽda est, mox singuli creditores in suo gradu collocandi sunt. Nihil autem penes debitorem remanere debet, sed nudus exceptis panniculis exulare. Bona ita statuto reducuntur, vt de fructibus etiam creditoribus satisfiat.

18 Insuper nota, quod † cessio bonorum potest fieri per debitorem, si sua culpa ad paupertatem deuenerit, vt decisum in M.C.V. refert Scaglion. in hac pragmatica, num. 35.

Et scias etiam secundum Vrsi llum, 19 qui sic dicit se obtinuisse ... d † cessio bonorum non debeat ... cũ ignominia, licet apponatur clausula in rescriptis Principis, dummodo super ignominia non dispensetur.

20 Sed an † damnatus crim... causa ...cuniæ solutionem pro damno, ...amni æstimatione possit cedere bonis, quod sic, dicit decisum Papon. Arrestorum lib. 10. titu. 10. de cession de biens Arresto 8. & lib. 24. titul. des paines Arresto 10. Idemque apud Pedemontanos receptum, atque decisum fuisse testatur Thesaur. in decis. 182. licet contrarium nouissimè referat iudicatum in Senat. Dolano Criuel. decis. 78.

SVMMARIVM.

1 *Chirurgi volentes curare vulnera propria tenentur quoque denunciare iuxta formam pragmatica.*

2 *Chirurgi non tenentur denunciare ante medicamenta præstita, si vulnera indigent celeri curatione.*

3 *Parte vulnerata referente delictum cũ suis qualitatibus, & querelante Chirurgi non tenentur denunciare.*

4 *Si Iudex statim commisso delicto cepit diligentem informationem, Medici excusantur à pœna pragmatica, nisi denunciauerint.*

5 *Chirurgi denunciant... tenentur denunciare veram qualitatem vulnerum.*

COL-

Digitized by Google

COLLECTANEA 54.

Super pragmatica 1. sub Rubrica de Chirurgis, & Barbitonsoribus.

Considerato, che al spesso, &c.

MAndatur hic, quod Medici Chirurgi, Barbitonsores, & aliæ quæuis personæ nequeant vulnera curare, & medicare, nisi prius facta relatione Regenti M.C.V. de vulnere.

Ampliа dispositionem huius prag-
1 maticæ procedere † si ipsi Chirurgi essent offensi, vel vulnerati, & vellent eorum vulnera curare, nam tenentur quoque denunciare, vt in facto euenit hic Neap. de anno 1619. & fuit obseruatum.

Limita tamen dispositionem prag
2 maticæ non procedere, † si post præstita medicamenta in casu necessitatis, in quo vulnus eget celeri curatione Medicus retulerit Curiæ, non obstante, quod pragmatica ista mandat referri ante præstationem medicamentorum, vt in facto obtinui de anno 1620. in personam cuiusdam Barbitonsoris, necessitas enim non habet legem ex traditis latè per Viuium in decis. 323.

3 Limita secundo, non procedere, † quando pars vulnerata, & offensa exposuit querelam, & detulit delictum cum omnibus suis qualitatibus, vt in facto obtinui in personam N. Medici Chirurgi, quem excusaui à pœna præfatæ pragmaticæ.

4 Limita tertio, † quando iudex statim commisso delicto accessit ad offensum, & cepit informationem, quia stante preuentione non incidunt isti in pœnam non reuelantes, vt in facto fuit obseruatum de hoc anno 1621. de mense Maij, cum in celebratione Festiuitatis Corporum Sanctorum in Ecclesia Diuæ Mariæ sanitatis huius Ciuitatis Neap. superuenisset Rumor magnus, & essent quidam vulnerati.

Aduerte tamen, quod dum isti Chirurgi, & Barbitonsores reuelant vulnera, debent veram qualitatem vulnerum referre, & si in eorum relationibus vulnus non lethale, dixerit lethale, vel è contra pœna falsi tenentur, vt in facto consultus respondi per tex. in l. duobus, §. 1. ff. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *In relatione nuncij super citationibus seruetur ritus M. Curiæ.*
2 *In dubio an censeatur citatio facta personaliter, vel domi.*
3 *Citatio facta domi valet, & tenet etiam quod illa non veniat in notitiam citati, & quomodo intelligatur, vide numero 4.*
5 *Locus citationis debet esse talis, vt verisimiliter ad notitiam citati deuenire possit, & quomodo seruetur in Regno. vide num. 6.*
7 *Quis potest banniri ex citatione facta domi.*
8 *Ad hoc, vt citatio valeat, quæ continere debet vide per discursum. num. 8. 9. 10. 12. 14. & 17.*
11 *Circa causam, quæ debet exprimi in libello, quomodo seruetur in Regno.*
13 *Litigantes debent vocari in loco tuto, aliàs non tenentur respondere citationi.*
15 *Circa tempus ponendum in citatione, quomodo seruetur in hoc Regno.*
16 *Si non apponatur dies in citatione intelligendum est, quod comparere debeat quanto citius comparere poterit.*
18 *Nemo citari potest extra suum territorium. & declara num. 19. 20. & 22. & quomodo seruetur in regno, quando citandus est aliquis extra territorium. vide num. 21.*
23 *Citatio in quolibet negotio requiritur, & in quibus omnibus requiratur, vide per discursum à num. 24. vsque ad num. 55. in quibus etiam multi casus recensentur: vbi citatio non requiritur.*

Item

56 *Item in quibus casibus citatio non requiratur, vide ab hoc num. 56. vsque ad num. 79.*
80 *Citatio per edictum fit contra interesse prætendentes, & intellige, vt numero 89.*
81 *Citatio per edictum debet affigi post illius publicationem in locis vicinis citato, in quibus verisimiliter ad notitiam eius peruenire possit citatio.*
82 *Et talis citatio debet non in vno, sed pluribus locis publicari.*
83 *Citationis per edictum debet relinqui affixa copia.*
84 *Citatio per edictum potest fieri contra vagabundum.*
85 *Non fit citatio per edictum, quando constat citandum esse in loco certo.*
86 *Dum affigitur citatio edictalis debent esse duo, vel tres testes.*
87 *Citatio per edictum fit etiam, quando facta est nominatio ad beneficium.*
88 *Est etiam necessaria citatio per edictum cum accipitur hæreditas cum beneficio legis, & inuentarij.*
90 *Citatus per edictum dicitur fictè contumax.*

COLLECTANEA. 15.

Super pragmatica III. sub Rubrica de Citationibus.

Quia vbi maius periculum, &c.

1 HIc habes, quod † in relatione nuncij super citationibus seruetur Ritus Magnæ Curiæ.

Quia hic agitur de citatione domi
2 facta, quæro si in † citatione facta per Nuncium non exprimatur in relatione, an sit facta personaliter, vel domi, qualiter censeatur facta, vide decisio. Rotæ Bonon. apud Benintend. 57. & si dicatur in relatione citationem esse factam domi, non autem adiecta sint illa verba, solitæ habitationis, est videre penes Franch. in decis. 411.

Et ad materiam vide Viuium in de
3 cis. 274. vbi quod † citatio facta domi valet, & tenet, etiam quod illa aliter non veniat in notitiam citati, Crescent. decis. 18. de sent. & re iudicat. & vide Orad. in decis. nouiss. Rom. 12. lib. 1. vol. 1. Verall. decis. 111. libro 1. & 119. lib. 3. Cæs. de Graff. in decis. nouis. Rom. 148. libro 1. vol. 1. & citatio ista vbicunque domi facienda permittitur, vt valeat, & teneat illius intima-
4 tio intelligitur de † domo, in qua habitat, & moratur citandus de præsenti, & sic tempore citationis Veral. plenè in decis. 117. par. 1. vnde ex hoc habes nuncium, siue apparitorem citandum in loco solitæ habitationis, non autem in apotheca, vel alibi, sed quod
5 † locus ille ita fit, vt verisimiliter citatus notitiam habere possit, puta quia vxor, aliave persona domus sciuerit Guid. Pap. decis. 445. Gail. obserua. 54. lib. 1. Minsynger. obseruat. 69. centur. 2 & optimè in obseruat. 37. cent 3.
6 In tantum, quod † in Regno sufficit citatio domi, nec auditur vllo modo ita citatus opponens, quod citatio ad eius notitiam non perueneritt, vt per Viu. in d. decisio. 274. vbi quod
7 † banniri potest quis ex citatione facta domi solitæ habitationis, de consuetudine seruari testatur, quamuis citandus in criminalibus de Iure citari debeat personaliter iuxta communem doctrinam in l. absentem. ff. de pœnis.

Pro perfecta autem declaratione huius materiæ citationis scire debes,
8 quod ad hoc, vt † citatio valeat, citati nomen, & cognomen certum esse
9 debet Gail. obseruat. 49. lib. 1. & † citatio continere debet nomen illius, ad cuius instantiam emanat citatio Puteus decis. 132. lib. 1. & decis. 212. lib. 2. idem Gail. obseruat. 50. eod. lib. 1. vbi quod in criminalibus, & in causis, in quibus ex officio iudex procedit, non solum non est de substantia, sed debet absque partis instantia ob publicam vtilitatem citare, & in regno instante, vel non instante parte citationes in causis criminalibus expediuntur,

&

& firmantur per iudices, vt in prag. 2. incip. quoniam huiusque sub hac ea-
10 dem tit. de citationibus. Item † citatio cõtinere debet causam, ob quã citatur Mynsing. obseruat. 85. centu. 5. Gail obseruat. 51. lib. 1. Viuius decis. 64. num. 8. vbi, quod in varijs causis ita vidit annullatas in Regio Collaterali Consilio, & in Magna Curia Vicariæ, quamplures citationes ex defectu causæ in illis non expressæ allegat ex decisionarijs Verall. decis. 115. lib. 1. & recenset, quod licet in Regijs Audientijs vsurpatum sit vocari Regios officiales delinquentes in locis subiectis mediantibus Regijs literis, vt comparere deberent pro seruitio Regis ipsis conferendo, tamen habito recursu ad ipsum Collaterale Cõsilium, semper vidisse reuocatas literas memoratas, tum ex defectu causæ non expressæ, tum etiam ex prohibitione facta eisdem Regijs Audientijs per prædictum Regium Collaterale Consilium de non procedendo contra ipsos Regios officiales ad actũ citationis ad informandum, vel carcerationis inconsulto domino prorege.

11 Sub intellige in ciuilibus † in citatione inserendum fore libellũ, quod non est necesse, sed esset pro maiori cautela, cum causam in genere exprimere sufficiat, explicitè tamen, vt vtimur in hoc Regno, in quo libellus primo producitur, in quo pars petit, quod sibi deberi asserit, super quo in calce, vel cum ipsius insertione fit citatio partis, quod conuentus veniat ad dicendum, opponendum, & allegandum quicquid dicere opponere, & allegare voluerit aduersus petita, ex quibus pars valeat deliberare, an velit cedere, vel contendere, vt pragmat. Regis Ferdinandi incip. dispendia litium inf. de ordin. iudic. sufficit enim, vt ibi talis qualis petitio, & causa, ex qua pars valeat respondere, nã de iure communi citatio etiam in ciuilibus sine causa procedit Afflict. decis. 294 Mynsing. obseruat. 85. centur. 5. referens in camera Imper. sufficere in genere causam exprimere vt tradit etiam Vurnis practic. obseruat. tit. 59. obseruat. 4. & vide Puteum in decis. 213. lib. 1.

12 Insuper † citatio debet continere locum, in quo citandus comparere debet Verall. decis. 274. libro 3. Gail. obseruat. 52. lib. 1. vbi quod si locus sit inhonestus, vel non tutus, citatus comparere non tenetur, cap. accedens il secondo vt lit. non contest. Afflict. decis. 289. Minsynger. decisio. 43. centur. 2. Fabius decis. nouiss. Roman. 132. lib. 2. oportet locum tutum
13 esse, in quo † litigantes, & ipsorum Aduocati, Procuratores, similesque tutò consistere, & ad quem tutum etiam commeare possint, quin imo etiam si concederetur securitas, vel saluus conductus, non debet ei credere, & comparere, cum sit promissio fragilis à promittentibus, Franciscus Marcus decis. 76. vol. 2. quinimò debet mittere excusatorem ad allegandum locum non tutũ, & petere, quod sibi assignetur locus tutus, & si denegatur debet appellare Rot. in antiq. decis. 15. & decis. 60.

14 Item † citatio debet fieri cum cõgruo tempore dilationis ad comparendũm, & ideo in citatione iudex, vt illa subsistat apponere debet, Afflic. decis. 124. Cassad. decisio. 3. de donat. Arumæus decis. 11. & etiam si fieret citatio absque aliquo termino intelligitur, vt citatus congruo tempore compareat, ita quod cum quodam temperamento præstare possit Puteus decis. 150. lib. 3. Crescent. decis. 6. de dol. & contumac. Capel. Tholos. decis. 302. Verall. decis. 361. libr 2.
15 Boer. decis. 239. vnde meritò † in hoc Regno Neapolitano vigore Pragmaticæ incip. relatione, & ritibus seruatur quod in citatione iudices cõgruũ tempus apponant seruata itinerum, & distantia loci, & longinquitate, dicitur, quod infra sex, vel decem dies com-

Digitized by Google

compareat,& ipso citando intimato expectetur, donec labatur vltima illius temporis hora, quo elapso sequenti die, si non erit festiuus, incusatur prima contumacia post modū labuntur tres alij dies, siue feriati, vel non feriati, & quinto die accusatur, si non est feriatus vltima contumacia. Sin autem citandus quis esset extra Regnum, vbi degat, assignantur dies sexaginta, quibus elapsis accusantur contumaciæ ordine prædicto vigore constitutionis Regni edictorum.

16 Quod † si citato facta fuerit non apposita die, qua citatus comparere debeat intelligenda est, vt veniat ad primam, vel quanto citius comparere debeat Balbus decisio.406. Puteus decis.212.lib.2.Capel.Tholos.decisio. 303.& Arumæus in decis.11.

17 Item † citationis copia citato dari debet Crescent.decis.1. de dolo, & contum. Tholom.decis.nouiss.Rom. 772 lib.3.volum.3.dicens dādam esse, etiam si non petatur.

18 Scias autem † quem citari minime posse à iudice extra suum territorium, vt per Franciscum Marcum in decisio.401.vol.1. vbi declarat pri-

19 mo, quod † magistratus, & officiales in diuersis locis administrantes iurisdictiones separatas, tamen sub vno, eodemque principe, & tunc potest quis citare delinquentem in alieno territorio, & extra suam iurisdictionem, quia est præsumptio voluntatis Domini, quod in vtroque loco suæ iu-

20 risdictionis sit pro suo seruitio, † & declara secundo, quod si committatur per iudicem expedientem citationem iudici, in cuius iurisdictione degit citandus, quod nomine suo ipsum citari faciat, & permittit, ac patitur, tunc citatio procedit Gail.obseruat.56.lib.1. & ideo practica est in

21 Regno. † quod pro citādo aliquo extra territorium rogatur officialis illius loci, vt sit contentus permittere ipsum citari facere, quandoque verò imploratur brachium Regiarum Audientiarum prouincialium, vel magnæ Curiæ Vicariæ, quæ ordinant pœnaliter cuilibet officiali, quod citationes notificari faciat citando, &

22 declara tertio, † citatū à iudice extra territorium comparere oportere, & exceptionem incompetētis allegare l.2. ff.si quis in ius vocat. non iuerit, lege si quis ex aliena, ff.de iudicijs Gail.obseruat.48.libr.1. Mynsinger.obseruat.7.centur.6.

23 Citatio autem † in quolibet negotio, & causa requiritur, l.de vnoquoque. ff.de re iudic. & ita fuisse determinatum in Parlamento Delphinal. testatur Franciscus Marcus in decis. 393. notat etiam Caualcan. in decis. Fruizan.11. Faber in decisio. Senatus Sabaud.16.tit.16. ex hac tamen conclusione sic firmata dubitatur, an

24 † in notorijs requiratur citatio? & affirmatiuè referūt decisum Bellon. in decis.Genuens.104.Vigell.decis.6. centur.6. quibus non defuerunt ex decisionarijs contrarium sentientes, & quod in notorijs non requiratur citatio, voluerunt Grammat. decis.36. & decis.65. Cassad.decis.5.tit.de pensionibus, vbi videtur has contrarias sententias concordare, dū dicit quod vbi constat competere alicui defensionem, & causa, quæ posset excusari, quod notorium nō sit, & quod defensio competat, & tunc citatio requiritur, aut è contra non competere defensionem, & tunc citatio non exigitur idem Guglielmus decis.2. tit.de

25 iudicijs. Requiritur insuper † citatio in sententijs procedentibus à Sūmo Pontifice, vel Imperatore, aliàs sententia illorum esset nulla Grammat. decis.105. Boer. decis.247. & ita obseruarunt Pius V. & Sixtus Quintus Pontifices Maximi, qui antequā priuarent Regno, & inuestirent de eo Anglico Philippum Regē Catholicum Elisabetham citarunt, & mo-

26 nuerunt, secus tamen est, † si de potestatis plenitudine Princeps procederet, & sententiā ferret, quia tunc absque

Digitized by Google

que citatione valebit, vt voluit Gramat. decis. 65. vide etiam Capycium
27 decis. 69. Item † requiritur citatio in causis summarijs, & in quibus proceditur omisso iuris ordine, & sine iudicij figura Capyc. decisione 1. Cacher. decisione 79. Chartar. decisione Genuens. 21. Gratianus decis. Marchiæ
28 231. Milanens. decis. Siciliæ 21. In † actibus extra iudicialibus etiam requiritur citatio, & ita refert decisum Crescent. in decis. 12. tit. de priuileg. contrarium tamen tenuit Rota in Nouis. decis. 355. & certè in actibus extraiudicialibus, si esset facienda citatio esset necesse habere potestatē, & iudicem esse, ergo si fieret citatio actus iudicialis diceretur, & in extraiudicialibus locum minimè habet citatio, est etiam necessaria citatio, quando tractatur de eijciendo aliquo illicito, & iniusto detentore à possessione Rot. in antiquior. decis. 5. tit. de rest. spoliat Magonius decis. Florent.
29 120. Balbus decis. 235. insuper † exigitur citatio in prorogatione compromissi, aliàs prorogatio esset nulla Boer. in decis. Burdegal. 283. & ita pluries fuit promissum in Sacro Regio Cōsilio, vt per Capyc. in decis. 93. Item
30 † requiritur citatio iudicis quando tractatur de reuocatione, siue retractatione sententiæ à iudice prolatæ, vt tenet Boer. in decis. Burdegal. 259. vbi dicit tunc demum citandum fore iudicem, quando ageretur de pœna iudici infligenda pro sentētia per eum prolata Cappel. Tholos. decis. 277. in
31 super † requiritur citatio in absolutione à iuramento, vt voluerūt Guid. Pap. in decis. Grationop. 140. & decis. 225. Rot. in antiq. decis. 767. Gail. obseruat. 22. lib. 1. contrariam tamen opinionem, quod in impetranda absolutione, siue habilitatione, & relaxatione à iuramento non requiratur citatio, tenuerunt Afflict. in decis. 322. Ludouicus, in decis. Perus. 18. Trinisanus in decis. Veneta 64. lib. 1. Bellon. in decis. Genuens. 193. sed intellige,
32 quod † si peteretur absolutio à iuramento quasi præparatoria ad finem agendi, & accipiendi tantum ne illi obstet iuramētum, & periurium isto casu vt possit detegere turpitudinem contractus, & fraudem, vel quid simile, & tunc citatio non requiritur, & ita scribit Afflict. in decis. 322. Valasc. decis. 130.
33 Requiritur insuper † citatio antequam fiat aliquā sequestratio, vt fuisse in Senatu Parisiensi decisum, & decretum refert Rebuff. ad const. Galliæ, tomo 3. tit. de sequestris artic. 1. glos. 1. vbi dicit hoc procedere quando aliquis timor scandali subesset, quia si scandalum non timeretur, tunc citatio non necessaria foret Raudens. in
34 decis. 24. Item † exigitur citatio in testium receptione qui recipi, & examinari nequeunt, nisi parte citata ad videndum illorum iuramenta Gail. obseruat. 102. lib. 1. Cacher. decis. Pedemont. 79. Chartar. decis. Genuens. 21. Gramat. decis. 11. Afflict. decis. 39. Cotta in decis. Nouis. Rom. 64. lib. 1. volum. 1. & Blanchect. in d decis. Nouis. Rom. 311. eod. lib. 1. & Fab. decis. 1. lib. 3. volu. 3. Gratianus decis. Marchiæ 231. sed quod talis citatus ad videndum inductionem, & iuramenta testium non tenetur nisi vltima die comparere, cum citatus debet esse cōtumax in illo actu, voluit Verall. de-
35 cis. 101. lib. 1. † requiritur etiam citatio quando producuntur instrumenta, & scripturæ ad proba dum quia quo ad probationem in præiudicium partis faciendam pars vocanda est, Gail. obseruat. 107. lib. 1. Rota in Nouis. decis. 10. vbi procedit præfata conclusio, si contra partem in vim probationis instrumentorum, & scripturarum productio facta fuerit, secus si ad iudicis tantummodo instructionem, vel ad alium finē Guid. Pap. in decis.
36 241. insuper † requiritur citatio in recipiendis testibus ad perpetuam futuram memoriam, qui recipi nequeunt nisi citata parte Gail. obseruat.

94. diceris, quodq; quando acciderit
quemlibet citari pro examinandis te
ſtibus ad futuram memoriam, quod
pars ſi non eſt in loco longinquo de-
bet perſonaliter citari Minſynger.de-
37 ciſ.49. centur.4. eſt etiam † neceſſa-
ria citatio in exemplatione inſtrumē
ti, vel priuilegij partis, vt voluit Ro-
ta in antiq.deciſ.47. & deciſione 390.
ſi eſſet periculum in mora poſſet exē-
platio fieri abſque citatione eadem
Rot.apud Bellamer.in deciſ.230. quā
do tamen exemplatio inſtrumenti fie
ret ab alio Notario, vel Tabellione,
qui non confeciſſet, nec rogatus fuiſ-
38 ſet de instrumento, † eo enim caſu
requiritur partis citatio ead. Rot. in
nouis deciſ.10. quinimo abſque cita-
tione ſufficeret fieri à ſubſtituto in lo
cum illius Tholomeus in deciſ.nouiſ.
39 Rom.906.lib.3.vol.3.neque † requi-
reretur partis citatio, quando per cō-
ſuetudinem hoc eſſet ſublatum, vt o-
ptimè Parlamentum Delphinale de-
creuit apud Franciſcum Marcum in
deciſ.70. & in hoc Regno eſt talis con
ſuetudo; ſic pariter non exigitur cita-
tio, quando copia extraheretur ab Ar
chiuio, vt tenet de Franchis in deciſ.
40 207. † Requiritur inſuper citatio dū
petitur, quem declarari incurriſſe in
excommunicationem, ſiue in cano-
nem, vt fiat denunciatio, & euitetur à
Chriſti fidelibus Rota in antiquis de-
ciſione 504. & in nouis.54. ſic pariter
41 † dum eſt facienda declaratio, aliquē
incurriſſe in pœnā ipſo iure, iſta enim
declaratio fieri non poteſt, ſine par-
tis citatione Cappel Tholoſ. deciſio.
42 440. Item † exigitur citatio partis,
quando tractatur de interpretatione
reſcripti, vel priuilegij Principis, vt
voluit Gram. in deciſ. 65. quod limi-
ta, ſi Princeps non in iudicij formam
aditus interpretatus fuerit priuilo-
gium, quia eo caſu non exigitur cita-
tio Guid.Pap.in deciſ.Grationop.70.
43 etiam † requiritur citatio in deciſ.
nullitatis proceſſus, aliàs declaratio
non valeret Rot. in nouis deciſ. 340.
hoc tamen procedit, quam principa-
liter nullitas proponitur, non autem
quando incidenter, quia quando de-
ducitur principaliter in ea requiritur
tela, & ordo iudiciarius, & ſententia
ſuper illa ferenda habet vim diffiniti-
uæ, & idcirco partis citatio neceſſa-
ria erit ead. Rot. in nouis deciſ.13. &
deciſ.33.& deciſ.85.Guid. Pap. in de-
44 ciſ. Grationop.220. Inſuper † exigi-
tur citatio partis, quando conceden-
da eſt in integrum reſtitutio Rota in
nouis deciſ.9.dum dicit abſentem per
contumaciam præſupponendo cita-
tionem præceſſiſſe Guid.Pap.in deci-
45 ſione Grationop.143.Item † exigitur
citatio in legitima probatione effe-
ctualis deſertionis cauſæ, & in ſenten
tia lata ſuper deſertione ipſius appel
lationis Rota in nouis deciſ. 424. ſe-
cus tamen eſt ſi declaratio fieret per
Iudicem, ad quem fuit appellatum,
quo appellatio ſit deſerta, tunc enim
non exigitur partis citatio Caſſad.de-
ciſ.6.de cauſa poſſ.& propriet. neque
46 partis † citatio exigitur in deſertio-
ne appellationis ab interlocutoria,
vt voluit Oliuar.in deciſ. nouiſſ. Ro-
man.500. & in hoc Regno Neapolita
no habemus practicam, quod index
ad quem videat, quo tempore ſit ap-
pellatio introducta, & videns deſertā
eſſe appellationem per ſuum decre-
tum pronunciat deſertionem appel-
lationis, quod decretum non legitur,
ſed expeditur per prouiſiones dire-
ctas iudici, à quo fuit appellatum cū
inſertione decreti, & ordinat, quod
ſtāte appellationis deſertione ſuā exe
quatur ſententiam, & ita quotidie ſer
uatur per ritum M.C.V. 294. & arbi-
tror ideo non legi decretum quaſi nō
ſit iudex, cū per deſertionem iudex ad
quem non ſit index, ſed ipſo iure cau-
ſa reuertitur ad iudicem, à quo fuit
appellatum Gail pract.obſeru.obſer-
47 uat.137.libro 1. Item † quando eſſet
diſmembranda Eccleſia debet citari,
& vocari Rector, vel beneficiarius ip
ſius Eccleſiæ Rot. in nouis deciſ. 229.
etiam

Digitized by Google

etiam in reuocatione attentatorum, licet fiat reuocatio, in præiudicium
48 tertij, † quia ille etiam esset citandus Rot. in antiqu. decis. 89. & decis. 400.
49 Insuper † in venditione pignoris, quando creditor vellet vendere rem pignoratum debet citari debitor, & sic in venditione pignoris requiritur citatio partis debitricis Afflict. decis. 358. Guid. Pap. in decis. 329. licet quando capiuntur nulla partis citatio exigatur Gama in decis. Lusit. 203. & ratio est, quia captura illorum fit per ordinem iudicis oretenus in causis modici momenti, vel per literas executoriales ad instantiam partis per iudicem relaxatas, & expeditas, & tales literæ executoriales loco sunt citationis cum iudicis mandato, atque authoritate per actum iudicialem capiantur, quando vero venduntur, vel parti adiudicantur, tunc citatio necessaria est, quia tractatur de alienatione totius dominij, & ita loquitur Balbus in decis. 180. Faber de fin. 12. ti
50 tul. 2. † Requiritur etiam citatio dū deferendum est iuramentum suppletorium parti Capyc. decisione 35. & si quis citatus fuerit ad diem minimè iuridicam, cum non censeatur citatus ad diem sequentem iuridicam, qua die sequenti iuridica si actus fieret absque noua partis citatione erit nullus, & ideo requiritur alia citatio ad validitatem actus, Rota in nouis decis. 172. vbi dicitur illam citationē primam circunductam esse, & ideo aliā nouā requiri voluit etiam Guid.
51 † Pap. in decis. 542. † est etiam necessaria citatio ad sententiam proferendam aliàs esset nulla Rota in antiqu. decis. 396. & in nouis decis. 48. vbi etiā si esset in fauorem illius, qui non fuit citatus, quia adhuc sententia est nulla Afflict. decis. 376. & scias, quod quādo in Rota Rom. fit citatio ad sententiam dicere solent, ad concludēdum, & audiendam sententiam, nihilominus cum hoc iure cautum non repe- riatur, nisi de stylo, sufficiet tamen si citatio diceret ad sententiam, vt voluit Crescent. in decis. 3. tit. de dolo, & contumac. sed tamen facta citatione ad sententiam cum illis verbis ad concludendum deseruiet, quod non posset per iudicem conclusio reuocari, vt per Bellamer. in decis. 55. & 57. hæc
52 tamen † citatio ad sententiam non requiritur in sententia, & decreto interlocutorio in fauorem absentis prolato, vel sit parui præiudicij, quæ prolatā absque citatione valida est Gail. obseruat. 109. lib. 1. & etiam si citatio fuisset facta domi ad sententiam, si semel antea fuisset personaliter citatus & semel comparuisset, citatio esset valida Rot. in antiqu. decis. 396. & in nouis. decis. 48. quas confirmauit iterum Rota apud Puteum in decis. 279. lib. 2. Verall. decis. 117. lib. 1. In beneficialibus autem sufficit talem citationēm ad audiendam sententiam simpliciter esse parti notificatam in prophanis verò debet continere peremptorium Rot. in nouis decis. 245. Sed quando citatus ad sententiam esset infirmus debet mittere ad denunciandam infirmitatem Balbus decis. 16. & non solum est probandum impedimētum, sed quod ob dictum impedimentum stetit, quod verè comparuisset, idem Balbus decis. 346. Si tamen citatio ad sententiam est pro tali die cū clausula cum diebus, & horis sequentibus intelligi, quod debeat proferri illo die, vel alio immediatè sequenti, aliàs si proferretur alio die vigore dictæ clausulæ nimium vagæ, & incertæ esset sententia nulla, & ideo requiritur noua citatio, quia illa clausula induceret quandam seruitutis speciem, vt obligaret omni die ibidem adesse, Crescent. decis. 11. tit. de dolo, & contumac. Mohed. decis. 4. tit. de testibus Puteus decis. 258. lib. 1. & decis. 152. libro 2. Viuius decis. 154. Veral. decisio. 108. lib. 1. & decis. 274. & 293. lib. 3. attamen, quod similis citatio fuit ineatur saltem duobus diebus dixit Blanchett. in decis. nouiss. Rom. 311. lib. 1.

Digitized by Google

vol. 1. Hæc autem citatio ad sententiam non fit in Sacro Regio Consilio Neapolitano, sed tantummodo concluso processu ad partis instantiam fit monitio, siue mandatum per Consiliarium causæ Commissarium ad dicendum, & allegandum Afflict. decis. 281. & hoc similiter ordine quasi simili est in iudicijs, & sententijs Cameræ Imperialis, in qua non fit nisi vnica citatio ad totam causam, & ex illa proceditur ad diffinitionem, Gail. obseruat. 169. lib. 1. Attamen, nec obstaret, quod sententia esset lata absque tali præuia citatione vtraque parte præsente, quia valeret sententia Balb. decis. 409. Sed quid si esset facta citatio, quod pars veniat ad audiendam iudicis intentionem, & iudex det in illo termino sententiam, an sententia valebit decisum negatiuè, quia esset absque citatione Rot. in nouis decisione
53 342. est etiam † necessaria citatio in productione instrumentorum, & scripturarum in causa, quia dicunt esse ex substantialibus Bellamer. decis. 27. Cassad. decis. 8. de rescript. Verall. decis. 99. li. 2. & decis. 117. lib. 3. Caualcan. in decis. Fiuizan. 21. par. 1 quos sequi-
54 tur Viuius in decis. 118. Item † requiritur citatio ad dicendum contra commissionem, contra articulos, videndū iurare testes, & ad dandum interrogatoria Cott. in decis. nouis. Rom. 64. libro 1. post Cassad. in decis. 1. tit. de exceptionibus Verall. decis. 125. libro 3.
55 Item † requiritur citatio in oblatione, & protestatione facienda, esto, quod sit facta in actis Cassad. decis. 7. tit. de appellationibus Cæs. de Grass. in decis. nouis Rom. 328. libro 1. voluminę 1.

Non ab re, & extra materiam esset adducere hic multos casus, in quibus citatio minimè necessaria est cum supra plures alios retulerim, in quibus exigi citationem latè patuit. Prin-
56 cipaliter scias igitur, quod † citatio non exigitur, quando citandus est præsens in iudicio Rot. in nouis decis. 10. & decis. 372. Gail. obseruat. 48. & obseruat. 51. lib. 1. Minsyng. obseruat. 6. centur. 6. Coler. in decis. German. 103. & decis. 142. Balbus decis. 372. sed præsens in iudicio pro alia causa debet citari Capycius decis. 34. & etiam
57 † quando est actus, qui non citato nullum affert præiudicium, cum inde damnum aliquod non patiatur non est necessaria citatio Balbus in decis.
58 258. neque requiritur † citatio in capiendo debitore suspecto de fuga, in quo fiunt duo singularia, vnum, quod proceditur ad capturam personæ, & est realis citatio, alterum verò quod recipiuntur testes, vt possit captura committi, & absente, & non citata parte fieri possunt Vigell. decis. 7. cen-
59 tur. 6. Sic etiam † non requiritur citatio, vbi principaliter de præiudicio eius, qui citandus non esset, sed secundario accessoriè, & in consequētiam ageretur Capyc. decis. 107. nec exigitur citatio aliqua cum alicui exami-
60 natio committitur, † an aliquis idoneus, & dignus sit, puta si idoneum, & dignum reperierit Rot. in antiq. decisione 685. vbi dicit, quod ea verba monitionem non conditionem sapiunt, & ita in simili executore in gratiosis vocationem partis non requiri scri-
61 psit Bellamer. in decis. 4. Item † nec requiritur citatio in executione sententiæ latæ, vt voluit Rota in nouis in decis. 18. & decis. 355. Guid. Pap. in decis. Gratianop. 329. Vigell. decis. 12. centur. 6. quod procedit, dummodo fiat executio super illa re, super qua prolata est sententia Rot. in antiq. decis. 73. Cassad. decis. 6. de causa poss. & propriet. vbi testatur de communi, & etiam si tractatur, de executione sententiæ, quæ fecit transitum in rem iu-
62 dicatam † sine citatione aliqua exequi potest Rot. in nouis in decis. 249.
63 Insuper † non est necessaria citatio, qñ citatus dixisset nolle cōparere, qa tunc vlterius citandus non erit Rota in nouis in decis. 49. Vigel. decis. 21.
64 centur. 6. Boer. decis. 206. † nec executor

xecutor Apostolicus partem aduersam citare tenetur, quia cum sit merus executor non procedit per viam disceptationis, & ita decreuit Rot.
64 Rom. in nouis 399. Insuper † nec erit necessaria citatio, dum iudex velit interdicere administrationem bonorum furioso, vel lex ipso iure interdicat illũ citare non tenetur Char
66 tar. in decis. Genuens. 93. † nec exiguitur citatio cum notoriè constat iudici citando aliquam defensionem non spectare, ac nullum ei ius competere Afflic. decis. 182. Grammat. decis. 65. Rot. in nouis decis. 58. Mastril. decis. Siciliæ 82. & nota contrarium si non esset notorium, quia adhoc, vt possit procedi parte non citata contra eum, cui constet defensionem vel ius non competere hoc debere notorium esse Balb. decis. 258. & in causis, in quibus nulla requiritur causæ
67 cognitio. † nec etiam requiritur aliqua citatio Gama decis. Lusit. 60. Itẽ
68 † appellans à decreto interlocutorio amplius citari non debet, & potest adulteriora procedi absque citatione, Rot. in nouis decisione 93. &
69 † quando pars licentiam iudici dedisset, vt ad omnes, & singulos actus etiam sententia inclusa sine partis citatione procedere posset, quia non solum testes parte non citata, sed ẽt expedire causam, & sententiare sine citatione posset, Blanchet. in decis. nouis Rom. 415. lib. 1. vol. 1. & iudex examinando articulus, vtrũ sint
70 pertinentes, vel impertinentes † nõ debet citare, quia examinare potest absque citatione Rot. in nouis decis. 93. neque requiritur citatio in spoliato secundum casum in c. fin. de eo, quod metus causa, qui potest res amissas probare per suum iuramentũ partis citatione nulla exacta Rot. in nouis decis. 157. ead. in antiquis decisio. 409. Bellamer. decis. 79.
71 Item † in capiendo debitore ob pactum de capiendo, & constitutione precarij, ex quibus contra possessorẽ tertium nepotum, non liquidato, non citatum captura conceditur, Guido Pap. in decis. Grationop. 159.
72 Insuper † nec in collationem beneficij, in qua partis alicuius citatio nõ exigitur Blanchett. in decisio. nouis. Rom. 309. libro 1. vol. 1. & beneficium saltem debet vacare de iure, licet nõ vacet de facto, vt voluit Bellamer. in decisio 85. nec etiam in insustlatione spiritus vitæ, quã facit princeps causæ instantia perempta Capyc. decisi.
73 165. Item † in actu, in quo terminus ad illum faciendum est constitutus, & assignatus, quia si à statuto statutũ infra terminum fiat absque citatione statuto satisfactũ erit, Cassad. decisio. 2. tit. de pens.
74 Insuper † quando clericus reperitur carceratus à iudice laico accusatus de delicto, volens enim ostendere, se clericum, & de clericatu docere pars citanda non erit, quia clericatus cum sit docendus coram Episcopo, coram laico, non dicitur fieri in vim plenæ probationis, sed potius instructionis Guido Pap. in decis. 138. Rot. in nouis decis. 202. de Franchis decis.
75 229. nec etiam in illo, qui † citatus fuit de persona prima vice, quia etiã si postmodum aliæ citationes requirerentur amplia citatio non exigitur Rot. in nouis decis. 33. Itẽ cum quis vigore instrumenti peteret familiã potestatis, vel officialis, vt ab ea associetur ad capiendam possessionem quam propria auctoritate capere poterat idque si non partis citatione. Afflict. decis. 326. Viuius decisio. 44. &
76 decisio. 177. † nec in permutatione, quam facit ordinarius de iure patronatus spectantem ad præsentationẽ patroni laici exigitur citatio quia ipreto, non vocato, nec citato patrono permutatio valida est Rot. in nouis decis. 307. Guid. Pap. decis. 374. Capel. Tholos. decis. 107. Bellamer. deci-
77 sio. 87. & decis. 177. Insuper † cum testis primo loco examinatus, & postmodum dictum suum obscurum decla-

clarare vellet in tali declaratione citatio partis non est necessaria, Cæsar de Grass. in decis. nouiss. Rom. 592. libro 1. vol. 1. vbi dicit etiam inuita parte hoc fieri posse, & etiam quãdo causa est deuoluta per appellationem
78 † non requiruntur tres, vel quatuor citationes, quæ per Audientiam fieri solent de substantia causæ, quamuis essent ad bene esse, quia deuolutio vim habet citationis Rot. in antiqu. decis. 8. Tholomæus in decis. nouiss. Rom. 1008. vbi dicit vnicam sufficere Verall. decis. 107. lib. 1. nec in illo, qui obtinuit decretum, quod fiat retrouenditio per emptorem vigore pacti, & ipso per citationem interpellato, vt veniret ad conficiendum instrumentum retrouenditionis, siue retractus seruata forma decreti, vel sententiæ, quia in casu renitẽtiæ datur authoritas capiendi possessionem, &
79 † associatio siue alia citatione conceditur Magonius in decis. Florent. 120. denique non requiritur citatio, quãdo declaratur instrumentũm inofficiosum, eo enim casu legatarij, non sunt citandi Balbus decis. 245.

Pro Coronyde autem Cõstitutionis Regni incip. edictorũ, scias, quod
80 † citatio per edictum fit contra interesse prætendentes, diciturque per edictum, quia proponitur in albo, siue in muro vt fieri solebant prætorum edicta Rot. in nouis, in decision 367.
81 nota tamen quod talis † citatio debet affigi post illius publicationem in albo siue in locis vicinis citato, in quibus verisimiliter citandi notitiã habere possint Cassad. decis. 4. tit. de dol. & contumac. & decis. 1. tit. de ap-
82 pellar. & non solum debet † legi similis citatio, & publicari in vno loco, sed in pluribus locis, saltem duobus, vel tribus, & ita voluit Rot. in nouis in decis. 79. & in antiq. decis. 522. Gail. obseruat. 57. lib. 1. vbi inquit in Camera Imperiali dari supplicem libellum, in quo exprimere debet pars supplicans ad minus tria loca vicina domicilio citandi, vel quod hoc fit in Cancellaria facturus, desiere tamẽ affigi, & affixam dimitti Rota in nouis decis 223. Fabius in decis. nouiss. Roman 260. & decis. 268. libro 2. volum. 3. Bellamer. decisio. 538. & non solum hæc citatio requirit affixionem, sed
83 † etiam vt reliquatur copia parti aliter est nulla Rot. in nouis decisio. 223. Verall. decisio. 109. lib. primo, Tholomeus in dec. nouis. Rom. 773.
84 lib. 3. volum. 3. potest etiam † hæc citatio fieri contra vagabundum non habentem ciuitatem permanentem, atque certum domicilium, quia tunc publicatur legitur, & affigitur in loco vbi vagabundus conuersari solebat, & si est clericus in foribus Ecclesiæ Gail. lib. 1. obseruat. 57 Verall. decis.
85 117. sed † non fit citatio per edictum quando constat citandum esse in locò certo Gam. in decis. Lusit. 237. Proceditur etiam per hanc citationem cõtra latitantem, vel taliter se occultantem ne citatio ad ipsius notitiã perueniat Rota in antiq. decis. 753.
86 Sed aduerte, quod † dum ista edictalis citatio affigitur debẽt esse duo, vel tres testes Tholom. in decis. nouis. Rom. 1016. lib. 3. volum. 3. neque sufficit, quod sit affixa Ecclesię, nisi dicatur tempore celebrationis diuinorũ, & vbi erat populi multitudo, idẽ Tholomeus in decis. nouis. Rom. 1057. &
87 hæc † citatio per edictum fit etiam quando facta est nominatio ad beneficium, siue iuspatronatus Ecclesiasticum antequam electus confirmetur, proponitur enim edictum, vt subijciatur examini, & eligetur magis idoneus Cotta in decisione nouis. Rom. 48. Oliuar. in decis. 481. Vinius
88 in decis. 309. Est † etiam necessaria citatio per edictum cum accipitur hæreditas cum beneficio legis, & inuentarij iuxta l. fin. C. de iur. delib. quia, & si eo casu creditores certi sũt citandi, tamen incerti, & incogniti citandi sunt per edictum Surd. in decis. Mant. 5. Puteus decis. 267. lib. 3. Intellige

Digitized by Google

89 lige tamen primam conclusionem † citationem, partis saltem per edictū contra interesse prætendentes requiri dum reassumitur, vel fit copia instrumenti cancellati Cappel. Tholos. decis. 417. Rot. in Nouiss. decis. 10. &
90 scias quod † citatus per edictum, vel per contradictas dicitur fictus contumax, & ideo refectis expensis debet audiri, etiam contra rem iudicatam Verall. decis. 118. denique absens, qui conueniendus est vt hæres dummodo sit in loco certo, non debet citari per edictū, sed citatione ordinaria Gam. in decis. Lusit. 15.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati à pensionibus fiscalibus sunt immunes.*
2 *Clerici coniugati cum vnica, & Virgine gaudent priuilegio Canonis, & fori, & quomodo procedat vide nu. 3. & 4.*
5 *Clerici coniugati non gaudent priuilegio fori in ciuilibus causis.*
6 *Fori priuilegio non gaudet clericus, qui defert habitum diuersi coloris, aut caputium bipartitum.*
7 *Si reperitur clericus coniugatus penes iudicem secularem antequam remittatur debet docere se vnicam, & virginem duxisse.*

COLLECTANEA. 56.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Clericis, seu Diaconis Salvaticis.

Nuper &c.

1 Dispositio huius nostræ pragmaticæ tendit, quod † Clerici Coniugati fori competentia semper salua à functionibus fiscalibus sint Im-
2 munes, & iuridice, quia † Clerici coniugati cum vnica, & Virgine quoad duo gaudent priuilegio clericali, scilicet Canone si quis suadēte 17. quæst. 4. & priuilegio fori Ecclesiastici in causis criminum vt per Guid. Pap. in
3 decis. 83. quod procedit † dumodo tales clerici coniugati habitum, & clericalem tonsuram deferant Cappella Tholos. in decis. 44. & nouissimè debēt inseruire alicui ecclesiæ ex dispositione Sacri Concilij Tridentini in Sess. 23. c. 6. de reformat. de quo vide Mastrill. in decis. 113. & Gramat. in decis.
4 87. vbi † quod talis inseruitio debet esse continua, & non sufficit semel, bis vel ter id facere, sicq; allegaui, & obtinui in quadam facti contingentia in curia Episcopali Bitontina.
5 Et dicto fori priuilegio † Clerici cōiugati non gaudent in causis ciuilibus iuxta decisionem Cappellæ Tho-
6 losanæ 414. & † fori priuilegio non gaudet Clericus coniugatus, qui defert habitum diuersi coloris, aut caputium bipartitum iuxta decisionem eiusdem Cappellæ Tholos. 227. qua ex causa Clericum coniugatum, qui portabat caligas bipartitas per Regiam Curiam Tholosæ fuisse laqueo suspensum ob delicta, vt apud eandem Cappellam in decis. 252 & secundum eandem Cappellam in decis. 64. si Clericus contraxerit cum vnica, & Virgine, quæ postea committat adulteriū, & se reconciliet, & habitet cum eo, nihilominus non potest se intromittere cum ipso Curia secularis, sed iudex ecclesiasticus tantum.
7 Notandum autem quod si reperitur † Clericus coniugatus penes iudicē temporalem antequam remittatur debet docere, se vnicam, & Virginem duxisse, idque coram iudice ipso Ecclesiastico Rota Rom. in nouis in decis. 202.

SVMMARIVM.

1 *Clerici clericaliter viuentes de bonis hereditarys, & ecclesiasticis non soluunt collectas, & nu. 3.*
2 *Clerici de iure ciuili, & canonico sunt exempti à solutione onerum, tam personalium, quam realium.*

Ad

4 Ad hec, vt clericus dicatur clericaliter viuere, que requirantur.

5 Clerici non sunt trahendi ad iudicia secularia, nisi pro bonis feudalibus, & amplia hanc conclusionem per totum num. 6. & declara per totum num. 7. & 8.

9 Confugientes ad ecclesias gaudent priuilegio, vt inde non possint extrahi, nisi in casibus à iure permissis, & amplia procedere, nu. 10. & 11.

12 An condemnatus ad exilium, vel ad torturam solum gaudet priuilegio ecclesiæ.

13 An assassinus gaudeat immunitate ecclesiæ, qui accepit pecuniam pro homine occidendo, & deinde casus non est sequutus.

14 Casus, in quibus confugientes ad ecclesiam non gaudent illius immunitate sunt enumerati in Bulla Gregorij XIV. & insuper non nulli casus recensentur, num. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.

22 An immunitati ecclesiæ possit per confugientes renunciari.

23 An exceptio immunitatis ecclesiæ possit opponi in qualibet parte iudicij.

24 Cognoscere an delinquens gaudeat ecclesiæ immunitate spectat ad iudicem laicum.

25 Et in casu, in quo non gaudet inde non potest extrahi delinquens, nisi de licentia Episcopi.

26 Comites, & Barones de rebus ad spiritualia pertinentibus non possunt se intromittere.

COLLECTANEA. 57.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Clericis, & Diaconis Salnaticis.

Felicis memoriæ &c.

IN hac pragmatica plura continentur capitula, & primo mandatur,
1 quod † Clerici clericaliter viuentes de bonis hereditarijs, & Ecclesiasticis collectas non soluant.

2 Ad cuius ornatum scias, quod † Clerici de iure ciuili, & canonico sunt excepti, & liberi à solutione onerum, tam personalium, quam realium ex textu in cap. Clerici de immunit. Eccles. in 6. cap. quamquam de cens. in 6. cap. si minus de immunit. eccles. cap. generaliter, §. nouarum, & §. placet 16. quæst. 1. c. placet Authen. item nulla communitas C. de Sacrosanct. Eccles. quod est confirmatum per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 20. de reformat. vbi confirmãtur omnes constitutiones hactenus a Summis Pontificibus, & Concilijs emanatæ in fauorem immunitatum, & priuilegiorum Clericorum, & Ecclesiasticarum personarum, vide Frã. Marc. in decis. 224.

3 Quæ † collectarum immunitas clericis concessa non solum procedit in bonis Ecclesiasticis, quæ tanquam beneficiati possident, verum etiam pro bonis patrimonialibus Cacher. decis. 68. Guid. Pap. decis. 382. Surd. decis. 20. Antonin. resolut. siue decis. 97. libr. 1. D. Ricc. decis. 292. par. 2. vbi sic per Curiam Archiepiscopalẽ Neapolitanã decisus recenset.

4 Verum, quia textus noster loquitur de clericis clericaliter viuentibus est notandum, quod † ad hoc, vt clericus dicatur clericaliter viuere, est necesse, & requiritur, quod incedat in habitu, & tonsura, & obseruet tria dispo sita in Sacro Concilio Tridentino in sess. 23. de reformat. ca. 6. Vnde clerici non inseruientes Ecclesiæ, nec incedentes in habitu, & tonsura, cum non gaudeant priuilegio clericali tenentur ad solutionem gabellæ Guid. Pap. decis. 83. & non gaudet alijs priuilegijs Ecclesiasticis, vt sic cauetur in nostra pragmatica, licet, quod non sufficiat Ecclesiæ inseruire, vt clericus dicatur clericaliter viuere fit decis. Tholos. apud Mainard. in decisio. 26. lib. 1. de quo tu vide Viuium decisione 512.

Man-

Mandatur pariter in hac pragma-
5 tica, quod † clerici non trahantur ad sæcularia iudicia, nisi pro bonis feudalibus, vnde nota in iure esse Clarissimum, quod clerici nequeant conueniri coram iudicibus sæcularibus capit. denique 96. dist. cap. si iudex laicus de sentent. excommunic. cap. significasti de for. compet. Auth. statuimus, C. de episcop. & cleric. Afflict. decis. 2. Viuius decis. 49. & in decis. 25. vbi quod
6 † clerici prohibentur renunciare priuilegio ne conueniantur coram iudice Ecclesiastico, & se submittere iurisdictioni seculari, & nec ad expensas possunt quidem condemnari à iudice laico, si coram eo succubuerint Bellamer. decis. 26. item etiam in crimine læsæ maiestatis Faber decis. 31. de iurisdict. omn. iud. Franc. decis. 691. de Ponte decis. 9. sic pariter in clerico deponente falsum coram iudice laico procedit Afflict. decis. 230. & nec ad inquirendum contra ipsos possit procedi à iudice laico Faber. decisio. 42. C. eod. tit. & in actione reali idem Faber. decis. 29. eod. tit. etiam si sit hæres laici, quia eius forum non sequitur Faber decis. 12. C. eod. licet contrarium sit, vbi tractatur de recognitione Chirographi idem Faber decis.
7 7. C. eod. vel † si à suo iudice condemnatus parere nolit, censuras Ecclesiasticas negligens, quod intellige si requiratur ab Ecclesiastico idem decis. 8. eod. tit.
8 . Item † potest denunciari clerico coram iudice sæculari, vt declaret si transactioni stare velit idem decis. 9. eod. sic pariter in causa reconuentionis Balb. decis. 64. Afflict. decisio. 163. Franc. decis. 193. Viu. decis. 49. item si fuerit repertus in habitu sæculari Faber. decis. 14. d. tit. item si turbauerit sequestrum factum à iudice laico, idē decis. 16. eod. item in actione ad exhibendum, idem decis. 37. d. tit. & 38. de iudic. Guid. Pap. decis. 71. & 45. Boer. decis. 69. Marc. decis. 190. & 512. vol. 1. Afflict. decis. 24. & 85. Minsynger. obseruat. 67. centu. 2. Cacher. decis. 116. Thesaur. decis. 62. Valasc. decision. 93. Maynard. decis. 28. lib. 1. Balbus decis. 274. nouissimè Criuel. decis. 128. Senat. Dolani.

Quatenus autem dicatur, quod pro bonis feudalibus debeant clerici conueniri apud iudicem sæcularem, tu addas Gail. obseru. 37. lib. 1.

Cauetur etiam in hac pragmatica,
9 quod † Ecclesiæ in toto regno gaudeant priuilegio, vt ad eas confugientes non extrahantur, nisi in casibus à iure permissis, vnde tu nota sic esse dispositum de iure communi ad text. in cap. inter alia de immun. eccles. cap. reum, & cap. frater, cap. miror, capit. quisquis, & cap. si quis 17. quæst. 4. & vide Boer. decis. 109. Vigel. decis. 72. cētur. 1. Guid. Pap. decis. 121.

10 Quod † amplia procedere etiam in confugiētibus ad hospitalia, vt per de Pont. decis. 35. & procedit etiam in fure ad Ecclesiam confugiente cum ipsa re furata, nam gaudet eius immu-
11 nitate Gam. decis. 171. Item † dicas procedere hanc immunitatem Ecclesiæ etiam in falsificantibus literas cābij mercatorum cum illis recipientibus falsò pecunias ab eorum respondentibus, nam si confugerint ad Ecclesiam, debent gaudere eius immunitate, vt decisum in Rota Lusit. nouissimè dicit Phœbus in decis. 81.

12 Sed an † condemnatus in perpetuum exilium, vel solum ad torturam propter homicidium immunitate Ecclesiæ gaudeat, vide Gam. in decis. Lusit. 179. qui in decis. 362. tractat, si condemnatus ad remigium triremium aufugiens ad Ecclesiam gaudeat eius immunit.

13 Et an † immunitate Ecclesiastica gaudeat assassinus, qui mandauerat aliquem vulnerari non tamen sequuta morte mediante pecunia, vide D. Ricc. in decis. 112. par. 1. vbi affirmatiuè decisum dicit in Curia Archiepiscopali Neapolit.

Sed dum dicitur, nisi in casibus à

N iure

14 iure permissis nota, quod † plura sunt delicta pro quibus confugiens ad Ecclesiam eius immunitate gaudere nequit enumerata in Bulla Gregorij XIV. & per DD. ego autem referam adducta per decisionarios, vt institutum nostrum sequamur.

15 Scias igitur, quod † publici latrones, & viarum grassatores excluduntur ab hac immunitate, vide Guid. Pap. decis. 121. Gam. decis. Lusit. 121. Peguer. decis. 40. vbi resoluit hoc non procedere in grassatore, qui semel in strata, seu via publica, vel in sylua furatus fuit, nam si iste confugit ad Ecclesiam gaudet eius immunitate. Sed
16 quid dicatur † publici latrones, & grassatores vide Franc. in decis. 142. Item
17 † excluditur ab Ecclesiæ immunitate ille, qui cum ad carcerem manibus, & pedibus ligatus duceretur super iumento se proiecit in terram intra atrium Ecclesiæ ministris Curiæ adhuc eum tenentibus Gam. de-
18 cis. 141. Item † committentes homicidium proditorium, neque gaudent Ecclesiastica immunitate Gallus decis. 351. & 989. par. 1. Peguer. decis. 54. & decis. 62. & vide Franch. decis. 713.
19 sic pariter † is, qui à carceribus ad Ecclesiam cōfugit Boer. decis. 310. quod tamen an sit verum me remitto. Itē
20 ille, † qui deliquit in templo, & postea ob aliud delictum ad Ecclesiam confugiat Cappel. Tholos. in decisio.
21 422. Insuper † nec clerici gaudēt immunitate Ecclesiastica, sed Episcopus potest eos punire, vt decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & sic practicari refert D. Ricc. in decis. 89. tom. 2.

22 Sed an † huic immunitati Ecclesię possit per confugientes ad ipsam renunciari negatiuè, tradit decisum Mastril. in decis. 167.

23 Et an † exceptio immunitatis Ecclesiæ possit opponi in qualibet parte iudicij affirmatiuè recenset decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana D. Ricc. in decis. 174. tom. 1. Item
24 † cognoscere an delinquens gaudere debeat immunitate Ecclesiæ, vel nenum spectet ad iudicem Ecclesiasticum affirmatiuè Franc. Marc. in de-
25 cis. 267. Scias insuper, † quod in omnibus illis casibus, in quibus quis non gaudet immunitate Ecclesiæ, non nisi concessa Episcopi licentia reus abstrahitur Guid. Pap. decis. 121.

26 Mandatur pariter hic, quod † Comites, & Barones de rebus, neque de alijs ad spiritualia pertinentibus possint se intromittere iuxta quod refert decisum Thesaur. decis. 131. vide Afflict. decis. 219. Franch. in decis. 36. in decis. 512. & decis. 551. vbi latè agit qualiter ligētur manus iudicis sæcularis ob emergētē punctum spiritualē.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica persona de bonis ad eas obuentis à laicis ex alienatione tenentur soluere collectas.*
2 *Res transit cum onere suo.*
3 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.*

COLLECTANEA. 58.

Super pragmatica III. sub Rubrica de Clericis, seu Diaconis saluaticis.

Per molte querele, &c.

Cauetur in hac pragmatica, quod
1 † Ecclesiasticæ personæ de bonis ad eas obuentis à laicis ex capite alienationis, natura illorum non mutata contribuant in collectis, & ita Gail. in obseru. 52. & ratio est, quia in tributis certis ab initio impositionis orta fuit obligatio, & hypotheca pro toto tempore futuro, ex quo est certum, &
2 perpetuum. Item, quia † res transit cum onere suo, & vendens, donans, legans, vel alio titulo concedens rem obligatam, & annexam, Onera Tributorum intelligitur vendidisse, vel con-

concessisse ius tantum, quod habet in
3 re Gamma in decis. 19. & nemo plus iuris in alium trasferre potest, quam ipse habet, licet sint plurimi DD. contrarium defendentes cum dicta iura non dicantur inuariabilia, qui cum non sint Decisionarij (ne à nostro instituto discedamus) hic non refero.

SVMMARIVM.

1 *Diaconi saluatici, seu clerici primæ tonsuræ non gaudeant priuilegiis clericorum, nisi quatenus Ecclesiæ inseruiant, & in diuinis officiis permaneant, & confirmatur hoc ex Concilio Tridentino. num. 2.*

3 *Et requiritur frequentia in seruitio Ecclesiæ, vt gaudeat.*

4 *Clericus propter infirmitatem excusatur à delatione tonsuræ.*

5 *Sicut clericus ob infirmitatem non amittit distributiones quotidianas.*

6 *Dicens se habere titulum beneficij debet probare possessionem.*

7 *In fauorabilibus pensio venit appellatione beneficij.*

8 *An habens præstimonium in titulum beneficij gaudeat priuilegio & ampliā num. 9. & 10.*

11 *An clericus in minoribus constitutus cogi debeat deferre habitum clericalem.*

12 *An qui dimisit habitum possit illud reassumere sine licentia Episcopi.*

COLLECTANEA 59.

Super pragmatica IV. sub Rubrica de Clericis, seu Diaconis saluaticis.

Quemadmodum Canonicis, &c.

Mandat præsens pragmatica, quod Diaconi saluatici, seu
1 Clerici primæ tonsuræ non gaudeant priuilegiis clericorum, nisi quatenus Ecclesiæ inseruiant, & in diuinis officiis permaneant, & ita nouissime Cri del. in decisio. Senat. Dolani 30. vbi quod confirmatur dispositio hæc à Sacro Concilio Tridentino in sess. 23. cap. 6. de reformat. vbi similiter præ-
2 cipitur, quod † clericus primæ tonsuræ debeat vacare seruitio alicuius Ecclesiæ de mandato Episcopi, & debet deambulare in habitu, & tonsura, vel debet habere aliquod beneficium ad effectum gaudendi priuilegio clericali; de quo vide Mastrill. in decis. 113. vbi dicit, quod non sufficit, vt semel,
3 vel bis seruitio vacauerit, † sed requiritur frequentia in seruitio Ecclesiæ, vt etiam per Grammat. in decisio. 87. quos in quadam causa Ciuitatis Bitonti sequutus fui, & iuxta ipsorum
4 doctrinam consului, licet si † clericus ob aliquam infirmitatem nō deferret tonsuram, tunc excusaretur, ita vt propterea non amitteret priuilegium fori, vt per Cappellam Tholos. in decis. 104. vt pariter dicimus,
5 quod † si clericus ob infirmitatem non potest interesse Diuinis officiis non propterea amittit distributiones quotidianas Graff. in decis. Aur. par. 2. lib. 3. cap. 15 sicque in facto consultus respondi, & iuxta meum responsum auditū in quadam Curia Episcopali huius Regni iudicatum.

Sed dum in Sacro Concilio Tridentino mandatur clericum debere habere aliquod beneficium, Nota quod
6 † dicentī se habere beneficium non sufficit probare tantum titulum beneficij, sed esse necessarium probare ipsius possessionem, vt fuit decisum in Romana Curia in quadam facti cōtingentia. Sed num clericus habens pensionem gaudet priuilegio fori,
7 quod sic dicas, nam † in fauorabilibus pensio venit appellatione beneficij Cresceut. decis. 14. de sent. & re iudic. licet contrarium teneat D. Ricc. in decis. 71. part. 2. vbi quod pensio non dicitur beneficium, & consequenter, quod Regularis sit capax pensionis, & ita dicit decisum, & quod pensio propriè beneficium Ecclesiasticum

 non

non dicatur dixit Rota Rom. in vna Brixien. Confidentiæ 5 Iunij 1591. coram D. Penia, quare dicta decisio d. Riccij potest procedere in odiosis.

8 Et num † habens præstimonium in titulum beneficij satisfaciat Consilio dicas affirmatiuè Crescent decis. 8. de
9 præbend. Gam decis. 22 & dicas ita † procedere etiam in obtinentibus præceptoriam Sancti Ioannis Hierosolymitani clerico ex gratia collata Achil. de Graff. in decis. 9. de præbend. & sic etiam in obtinente beneficium Manuale, idem in decis. 8. eod. titul. &
10 amplia † procedere etiam in habente Hospitale, siquidem Hospitale, quando datur in titulum Ecclesiasticum beneficium dicitur Sayr. decis. 1. de religios. domibus.

11 Sed quæro † an clericus in minoribus constitutus cogi debeat deferre habitum clericalem, decisum fuit nō posse carcerari clericum in minoribus constitutum, qui sine licentia ipsius Curiæ dimiserat habitum clericalem, & incesserat in habitu laicali, vt penes D. Ricc. in decis. 162. part. 2.
12 & an † clericus, qui dimisit habitum possit illum reassumere absque licentia Episcopi, dicas affirmatiuè, vt decisum per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam annuit, idem D. Ricc. in decis. 68. par. 2. sed hodie ex nouissimo edicto dictæ Curiæ, mandatum fuit, quod requiratur licentia, quod aduerte, ne erres ex illa decisione Tu, qui es Diœcesanus.

SVMMARIVM.

1 *Clericis portantibus arma auferantur præuia trina monitione.*
2 *Clericis maximopere est prohibitus vsus armorum.*
3 *Clerici arma portantes amittunt gradum, & detruduntur in monasterio peccant mortaliter, & ideo possunt excommunicari.*
4 *Episcopus non potest dare licentiā suis clericis portandi arma.*

COLLECTANEA 60.

Super pragmatica VI. sub Rubr. de Clericis, seu Diaconis saluaticis.

Armorum vsus, &c.

1 CAuetur hic, quod † clericis arma portantibus auferantur præuia trina monitione, quod clericus arma portans possit per laicos satellites capi, & spoliari armis absque metu excommunicationis, vide Graff. in decis. Aur. par. 1. lib. 4. capit. 18. vbi dicit, quod si aliter fieret clerici liberè vagarentur armati, ex quo iudex Ecclesiasticus non habet ministros, qui nocte clericos armatos capere possint, vide Viuium in decis. 26. & 287.

2 Hoc † fuit introductum in odium clericorum, quibus maximopere est prohibitus armorū vsus, vt per Graff. in decis. Aur. par. libro 3. cap. 6. Clericorum enim arma debent esse Orationes, & lachrymæ, cap. conuenior, 13. quæst. 8. Sayr. in decis. 45. de sententia excommunic. vbi meritò decidit apparitores capientes clericos arma nocte portantes non peccare, neque excommunicationem incurrere.

3 Vnde meritò † variæ fuerunt impositæ pœnæ clericis arma portantibus, nam amittunt gradum, & detruduntur in monasterio, peccant mortaliter, & ideo possunt excommunicari, & si post trinam monitionem se non correxerint amittunt omne priuilegium clericale, & vide in materia Peguer. in decis. 56. vbi tractat si statutum Principis sæcularis de armis non exportandis liget personas Ecclesiasticas.

Quare meritò non ineptè in facti contingentia requisitus de voto dixi
4 † per Episcopum non posse dari licentiam suis clericis portandi arma, imò etiam si haberet facultatem, nullatenus debere eis illam concedere, ex qui-

Digitized by Google

quibus venit laudanda summopere Curia Archiepiscopalis Neapolitana, in qua est speciale edictum prohibens asportationem armorum sub pęna triremis, quæ inuiolabiliter in ipsa Curia obseruatur.

SVMMARIVM.

1 *Non exeant extra Ciuitatem Regij officiales, nisi cum literis regijs, debito taxato salario, & in reditu reddant gestorum rationem.*

2 *Omnis administrator tenetur reddere rationem, & omnes, qui tenentur reddere rationem recensentur. num. 3. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Gerentes negotia aliena debent reddere rationem eorum administrationis non obstante prascriptione triginta annorum.*

9 *Redditio rationum, quo in loco debeat dari.*

10 *Quis potest conuenire in loco domicilij ad reddendas rationes.*

11 *Pro rationibus reddendis quot modis quis conueniatur.*

12 *Et ratio semel reddita, an iterum reddi debeat, & num. 13.*

14 *Patroni nauium in mari tenentur reddere rationem partibus.*

COLLECTANEA 61.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Commissarijs, & Executoribus.

Carolus V. Imperator, &c.

1 NOn † exeant extra Ciuitatem Regij Officiales, nisi cum literis Regijs, debito taxato salario, & in reditu reddant gestorum rationem. hoc mandat præsens pragmatica.

Iuridicè mandatur hic debere red-
2 di rationem cum † omnis administrator teneatur reddere rationem villicationis suæ, l. oleo, C. de vsuris Rota Genuæ decis. 24. & 53. Francisc. Marc. decis. 110. vol. 1. Vin. decis. 400.
3 vnde videmus † hæredes teneri reddere rationem de administratis per defunctum Franc. Marc. decis. 440. volum. 1. Rota Genuæ decis. 27. & 59. Ve
4 ral. decis. 157. par. 2. † vt etiam procuratores ad negotia, ac eorum hęredes hoc facere tenentur Magon. in decis.
5 Florent. 42. † & sic pariter ad tale onus arctantur illi, ad quos bona aliena perueneruut Rota Rom. in decis.
6 43. quæ in decis. 53. dicit † idem procedere in eis, qui curam susceperunt tenendi rationem de aliquibus rebus, & negotijs, nam tales adhuc debent de eis rationem reddere. Sic pariter vi-
7 demus † procedere in executore testamenti, iuxta decis. Rot. Pisan. apud Martam in decis. 99.

8 Ita quod † gerentes negotia aliena debent reddere rationem eorum administrationis non obstante præscriptione triginta annorum Rota Genuæ decis. 103. & vide Gratian. in decis. Marchiæ 46. imò nedum administrator tenetur reddere rationem, verum etiam debet soluere interesse, Rota Genuæ decis. 24. & 81. & contra eum potest agi ad soluendum reliqua, Rota Rom. decis. 202.

9 Sed quo in loco † redditio rationū debeat dari dicas in loco administrationis gestæ, l. prætor, §. is etiam, ff. de edend. Gratian. in decis. Rot. Marchię 180. vbi sic decisum refert quoad reddendam rationem administrationis factæ per matrem tutricem, & quod in loco administrationis ratio reddi debeat fuit sæpè decisum per Rotam Rom. & in specie in vna Firmana olei 29. Nouembris 1577. coram Blanchetto, & in altera Lugdunen. Redditionis rationis 17. Martij 1589. coram Pe-
10 nia, vbi etiam, quod † potest quis cōueniri in loco domicilij ad rationes reddendas, dummodo libri, & cætera actorum instrumenta transportētur impensis, & periculo actoris petentis rationem reddi extra locum administrationis.

Et

11 Et † pro rationibus reddendis quot modis quis conueniatur, vide Rot. Genuæ in decis. 202. & Rotam Rom.
12 in antiq. in decis. 116. & an † ratio semel reddita, iterum reddi debeat negatiuè eadem Rota in decis. 81. & 98. nisi de errore appareat eadem Rota in decis. 187. Franc. Marc. decis. 441.
13 vol. 1. notando, quod † error calculi non potest opponi post tempus à partibus conuentum Thesaurus decisio. 260. & in materia videas Viuium in decis. 153. vbi Computus rationum, quomodo fiat, & Laurent. in decisio. Auen. 53. vbi tradit rationes veras à falsis esse separandas, & Rot. Genuæ
14 in decis. 20. vbi quod † patroni nauium in mari tenentur reddere rationem partibus, & vide Caualc. in decis. 38. & Chartar. in decis. 50.

SVMMARIVM.

1 *Compositiones in delictis, in quibus venit imponenda pœna mortis, aut abscissionis membri non possunt fieri inconsulto Prorege.*
2 *Et qui sunt casus, in quibus non potest fieri compositio inconsulto prorege, vide per discursum ex illationibus. nu. 2.3.4.5.6.8.9.10.11.& 12.*
7 *Expendens falsam monetam scienter punitur pœna mortis, nisi ostendat authorem.*
13 *An possint fieri cōpositiones per M.C.V. de homicidio sine regia dispensatione concordata tamen parte.*

COLLECTANEA 62.

Super Pragmatica I. sub Rubr. de Compositionibus.

Et quia facilitas veniæ, &c.

1 HAbes hic, † quod Compositiones in delictis, in quibus venit imponenda pœna mortis, aut abscissionis membri non fiant inconsulto Prorege.

Infero primo, ex hac pragmatica,
2 quod † super crimine assassinij compositio non cadit inconsulto prorege, nam dans, vel promittens pecuniam mandatario pro aliquem occidendo, si fuerit deuentum ad actum proximum, etiam si mors non sequatur vltimo supplicio damnatur, & similiter mandatarius vigore pragmaticæ I. de Assassinio, iuxta quam fuisse decisum refert Grammat. in Voto 9. vide pariter Capyc. in decis. 165.

3 Infero secundo, quod † super crimine duelli compositio non cadit inconsulto prorege, prouocantes enim ad duellum capitali pœna plectuntur iuxta pragmat. I. de duello. Ludouic. in decis. Lucens. 11. vide Guid. Pap. in decis. 438.

4 Infero tertio, quod † super crimine falsi iterati, neque cadit cōpositio inconsulto prorege, nam falsi testes iterantes falsitatem pœnam mortis naturalis incurrunt ex dispositione pragmaticæ 3. de falsis, vide Franc. in decis. 440. vbi ampliat in Notario.

5 Infero quarto, quod † super crimine falsi facto in criminalibus non cadit compositio inconsulto prorege, testes enim falsum deponentes in criminalibus, siue illos instruentes vltimo supplicio puniūtur ex dispositione pragmaticæ 4. de falsis Ludouic. in decisio. Lucens. 15. Guid. Pap. decisione 44.

6 Infero quinto, quod † super crimine falsæ monetæ, neque potest fieri compositio inconsulto prorege, quia falsificantes monetam puniuntur pœna capitis ex Constitutione Regni adulterinam, vide Franc. in decisione 440. Cabal. resolut. 27. Grammat. decisione 74. Viu. decis. 487. imò rasores monetarum adhuc vltimo supplicio traduntur ex pragmat. 7. de monetis,
7 imò † expendens falsam monetam scienter punitur pœna mortis, nisi ostendat Authorem Franch. decisio. 401. Faber in decis. 5. C. de falsa monet. D. Ricc. in decis. 294. parte 2. & sic

Digitized by Google

sic etiam facientes falsos cugnos monetæ Cappella Tholosan. in decisione 162.

8 Infero sexto, quod † super crimine lenocinij neque cadit compositio inconsulto prorege, nam lenones vltimo supplicio traduntur, iuxta pragmat. 1. de lenonibus Peguer. in decis. 15. Cabal. resolut. 171. Viu. decis. 183.

9 Infero septimo, quod † super crimine osculi violenti in mulieres, nō cadit compositio Inconsulto prorege, osculantes enim per vim mulieres vltimo supplicio traduntur ex pragmatica 1. de osculātibus mulieres, quam dicit seruatam Franc. in decisio. 33. Viu. in decis. 117. Muta in decisio. Sicil. 62.

10 Infero octauo, quod † super delicto ictus scoppittæ non cadit Compositio Inconsulto prorege, emittēs enim ictum scoppittæ ad nocendum etiam non sequuto effectu pœnam mortis naturalis incurrit ex pragmatic. 1. de ictu scoppittæ Mastrill. in decis. 155. Magon. in decis. Lucens. 170.

11 Infero nono, quod † super delicto libelli famosi non cadit compositio, Inconsulto prorege, libellos enim famosos componentes vltimo supplicio traduntur, l. 1. C. de famos. libell. Franc. decis. 533.

12 Infero decimo, quod † super crimine Sodomiæ, neq; cadit compositio, quia Sodomitæ puniuntur vltimo supplicio, vt in Auth. vt non luxuri: contra natur. collat. 6. vide Mut. in decis. Sicil. 85. Gaspar Thesaur. in quæst. Forens. siue decis. 17. libro 3. imò neque consulto prorege, quia pragmatica 2. de Sodomia tollit potestatem guidandi, aut assecurādi, quomodolibet istos tales Sodomitas.

13 Compositio autem † an fieri possit per M. C. V. super homicidio sine Regia dispensatione parte tamē concordata, fuit decisum posse fieri talē compositionem attentis rationibus cumulatis per Afflict. in decis. 287.

SVMMARIVM.

1 Delinquentes non sunt admittendi ad compositionem, nisi habita remissione omnium, quorum interest quærelare, & num. 2.

3 Et remissio fieri non debet absque remissione filiorum spuriorum.

4 Princeps non potest facere gratiam de delictis parte non concordata, & amplia in commutatione pœnæ nu 6.

5 Gratia concessa absque partis remissione est nulla.

COLLECTANEA 65.

Super pragmatica IV. sub Rubrica de Compositionibus.

Perche l'ammettere delli delinquenti, &c.

1 SAncitum est in hac pragmatica, quod † delinquentes non admittantur ad compositionem, nisi habita remissione omnium quorum interest querelare.

2 Iuxta † dispositionem huius pragmaticæ sunt duo Ritus M. C. V. scilicet 273. & 275. vnde meritò in quadā facti contingentia fuit per S. C. reuocata compositio facta absque cōcordia partis, vt testatur Grammat. in constitut. Regni de concordia partis post num. 4.

3 Et hinc † compositio fieri nō debet absque remissione filiorum spuriorum, vt decisum tradit Vrsil. in decis. 96.

4 Et est sciendum, quod † princeps non potest facere gratiam de delictis parte non concordata, & sic facta prius remissione iuxta text. in l. fin. C. de abolit vide Thesaur. in decisio. 21. vnde de generali consuetudine non solent huiusmodi principes gratias facere, aut delinquentes remittere; nisi parte concordata, vt reperio seruari in Senatu Mediolanensi, in statu

Eccle-

Ecclesiastico, & tandem in toto orbe terrarum, vide Cabal. in resolut. 58. & 177.

5 Et hinc videmus, quod † gratia cōcessa absque partis remissione est nulla, & non valet Cabed. in decisio. 75. centur. 1. ita quod si facta reperiatur non approbatur ab officialibus, prout in Senatu Mediolanensi seruari lego.

6 Et sic pariter † dicas procedere vbi agitur de commutatione pœnæ, de corporali in pecuniariam, nam ipsa non potest fieri absque partis remissione Peguer. in decis. 6.

SVMMARIVM.

1 *Actio querelandi, & remittendi competit his, quibus competit successio, & num. 2*

3 *Tutori non competit ius remittendi absque decreto.*

4 *Soror exclusa à successione censetur exclusa à iure querelandi.*

5 *Si soror dotata, quæ erat præsens tempore compositionis, non querelauerit est exclusa à iure querelandi.*

6 *Maritus viuente vxore non potest facere remissionem de iniuria eius vxori facta.*

COLLECTANEA 64.

Super pragmat. VIII. sub Rubrica de Compositionibus.

Negli anni passati, &c.

1 Mandatur in hac pragmatica, quod † actio querelandi, & remittendi competit his, quibus competit successio.

Tu ad ornatum huius pragmaticæ videas Franc. in decis. 611. vbi pariter

2 decisum testatur † ad eum spectare ius querelandi, ad quem spectat successio bonorum, eadem infertur ad decisionem eiusdem Franch. 352. vbi

3 recenset indicatum, quod † cum tutori non competat ius succedendi, consequenter non habet ius querelandi, ac querelam remittendi absque Decreto Sacri Consilij, & huc facit decisio Senatus Mediolani teste Claro in quæst. 58. versic. seq. quid si inter hæredes, vbi refert bis Senatum

4 decidisse, quod † soror exclusa per fratres à successione bonorum, censeatur pariter exclusa ab eisdē à iure querelandi de morte fratris occisi, & vide nouissimè Amat. in cons. decis. 18. vbi etiam refert decisum tam per M.C.V. quam per S.C. fœminam exclusam per statutum, vel renunciationē à successione ius vindictæ vel remittendi non habere.

5 Scias autem, quod † si soror dotata, quæ erat præsens tempore compositionis non querelauerit, est exclusa à iure querelandi, vt pluries dicit decisum de Ponte de potest. proreg. in tit. de prouision. fieri solitis §. 4.

6 Et nota, † quod in curia Archiepiscopali Neapolitana fuit decisum maritum viuente vxore nō posse remissionem facere de iniuria ipsi vxori facta.

SVMMARIVM.

Breuitate non eget summario.

COLLECTANEA. 65.

Super pragmatica VII. sub Rubr. de Condemnatis.

Similmente, &c.

Hic statuitur quod condennati ad triremes aufugientes duplicato termino seruiant. Tu videas Franch. in decis. 140. & Peguer. in decis. Cathalon. 41. quæ decisiones tibi ad multa pro ornatu istius pragmaticæ deseruient, vt si lubet in facti cōtingentia legere poteris.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Conseruatoria non sunt concedenda nisi parte citata.*
2 *In quolibet negotio debet interuenire citatio, & etiam in causis summarijs, & etiam si agatur de eyciẽdo aliquo illicito, seu iniusto detentore, numero tertio.*
4 *Si conseruatoria reperiuntur concessa parte non citata, non praeiudicant tertio.*
5 *Conseruatoria quomodo practicentur in Regno.*
6 *An ista conseruatoria Regni habeant locum contra tertios possessores, qui non spoliauerunt.*
7 *An conseruatoria sint concedenda clerico contra laicum de facto spoliantẽ clericum.*
8 *An conseruatorium possit intentari à monasterio contra monasterium.*
9 *An sint conseruatoria praestanda mulieri turbatae super fundo dotali.*
10 *Num conseruatoria regni possint intentari coram omnibus regni officialibus.*
11 *Conseruatorium concessum laico contra clericum adhoc, vt ritè procedat quid requiratur.*

COLLECTANEA 66.

Super pragmat. I. sub Rubr. de Conseruatorijs.

Conseruatoria &c.

1 HIc cauetur † non esse concedenda conseruatoria, nisi parte citata, & meritò, quia regulariter in omni negotio debet interuenire citatio ad textum in l. de vnoquoque ff.
2 de re iudic. vnde videmus † citationẽ etiam in causis summarijs esse necessariam, in quibus proceditur omisso iuris ordine, & sine figura iudicij Chartar. decis. 20. Gratian. decis. 231. Milanens. decis. 21. lib. 1. Cacher. decis.
3 79. ita quod † etiam si agatur de eijciendo aliquo illicito, & iniusto detentore à possessione, citatio est necessaria, Rota in Antiquioribus in decis. 5. de restitut. spoliat. Magon. decis. Florent. 120. Balb. decis. 245. & vide latè supra in pragmatica 1. de citationibus.

4 Aduerte autem quod † si reperiantur concessa parte non citata tertio minimè praeiudicant Intrigliol. in decis. 6.

5 Ad materiam tamen huiusmodi conseruatoriorum, & qualiter in Regno practicentur vide Capitulũ Regni ad Regale Fastigium, & cap. ad Praesidentis, cap. caritatis affectus, & capit. finis precepti, & cap. omnis praedatio.

6 Sed quaero an ista † conseruatoria Regni habeant locum contra tertios possessores, qui non spoliauerint, nec fuerit in dolo concluditur quod non, qua propter Sacrum Consilium intellexit dispositionem capitulorum locum non habere Pulnerin. in addit. ad cap. Regni ad Regale Fastigium,
7 & ista † conseruatoria an sint concedenda clerico contra laicum turbantem de facto clericum in possessione rei, & licet videatur dicendum, quod non, ex quo cap. Regni ad regale fastigium procedat pro clerico cõtra laicum, id potius ex impressionis incuria factum, quam quod id voluisset dicere, & id contradicere literae illius text. quam in fauorem laicorum loquatur, & praesertim Vassallorum, & Ecclesiae aduersus illorum Prelatos eos malè tractantes fuit decisum in Sacr. Cons. ex allegatis per Afflict. decis. 24. Franch. decis. 193. competere remedium capitulorum regni etiam clerico contra laicum, quia clerici sunt sub protectione Regis Catholi-
8 ci, & an † conseruatorium intentari possit per Monasterium existens in possessione molendini à rege donati aduersus alterum Monasterium praetextu deuolutionis eius emphiteotae

O prae-

prætendens in possessionem immitti coram iudice layco fuit decisum in Sacr. Cons. quod sic, & ita fuit ordinatum per Sacr. Cons. esse in possessione conseruandum Afflict. decis. 2. tu vide Amat. in decis. 69. Caroc. in decis. 137. Fabr. in decis. 38. C. de iudic. & in decis. 2. C. de priuilegijs fisci, & an ista
9 † conseruatoria Regni sint præstanda mulieri turbatæ super eius possessione fundi dotalis ob inefficacē possessionis probationem, qua id quod in dotem receperat possidebat, & verificauerat, dum tractaretur de certa parte terræ ab alio possessæ, qui optime verificauit eius intentionem per testes, fuit iste conuentus absolutus ab impetitis per mulierem Afflic. de-
10 cis. 363. & num ista † conseruatoria regni possint intentari coram omnibus regni officialibus, dic quod sic, vt scilicet quod possit hoc fieri coram preside prouinciarum, & coram Magna Curia Vicariæ, & etiam coram Sacro Consilio, vt decisum refert de Bottis in addit ad d. cap. ad regale fastigium licet Sacrum Consilium in prædictis absque Regia commissione non procedat, & id communiter obseruari videmus. Scias autem quod
11 † conseruatorium pro laico contra clericum, vt ritè procedat requiritur vt agatur de spolio violento, secus si non esset violentia Franch. decis. 701. & ita in alio casu fuit decisum, vt agatur contra clericum coram suo iudice competēte, ex quo non aderat vis Anna in allegat. 7.

SVMMARIVM.

1 *Contractus illiciti vulgò dicti* dar le robbe à partito *nullatenus fieri possunt.*
2 *Ex contractibus istis illicitis nulla oritur, nec naturalis tantum obligatio ideo nec actio competit.*
3 *Et si quid fuerit solutum repetitur condictione indebiti.*
4 *Contractus illicites facientes grauissimè sunt puniendi.*
5 *Quando contractus præsumatur vsurarius, vide remissiue.*

COLLECTANEA. 67.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Contractibus.

Gli anni passati &c.

RENouatur pragmatica aliàs edita quod † contractus illiciti vul- 1
go dicti *dar le robbe à partito* nullatenus fiant, & facti pro nullis habeatur, imposita pœna tam contrahentibus, quam Notarijs, vnde sequitur, quod
2 † ex istis contractibus, nec naturalis oriatur obligatio, & præterea nedum ex illis non datur aliqua actio contra
3 obligatos, verum etiam † si quid fuerit solutum competit repetitio per condictionem indebiti Magon. in decis. Lucens. 13. Viu. decis. 369. imò vltra contractuum annullationem, &
4 partis læsæ satisfactionem taliter † contrahentes grauissimè sunt puniendi, longè magis quam simplices vsurarij, quin etiam corporaliter sunt puniendi pro qualitate, & frequentia admissi criminis, vt per Maring. in decis. 19.

5 Ad materiam autem an, & † quando contractus præsumatur vsurarius vide Raudens. in decis. 7.

SVMMARIVM.

1 *Publici contractus non celebrētur, nisi à notarijs, & iudicibus à rege, aut prorege creatis, quam regulam limita. num. 2.*
3 *Necessitas non habet legem.*
4 *Aggressus occidens aliquem offendentem ratione defensionis non venit puniendus.*
5 *Ratione necessitatis deuiatur à iure communi.*
6 *Tempore necessitatis non attendimus ad testium qualitates, sed vocantur illi, qui reperiri possunt.*

Ex

7 *Ex necessitate multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

COLLECTANEA. 68.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Contractibus.

Semo informati &c.

1 HIc cauetur, quod † publici contractus non celebrentur, nisi à Notarijs, & iudicibus à Rege, aut pro rege creatis.

2 Limita hanc pragmaticam † non procedere in casu necessitatis, in quo potest Notarius celebrare cõtractus, & etiam testamenta absque iudice, vt apparet ex decisione Viuij 323. ex eo
3 quod † necessitas non habet legem Roiz. decis. 3. D. Ricc. in decis. 41. par.
4 1. vbi agit, quod quando † aggressus occidit aliquem offendentem ratione defensionis non venit puniendus intantum quod necessitas omnib. legibus derogat, nullique legi subiacet, sed pro se ipsa legem facit, & hinc est,
5 quod † ratione necessitatis deuiatur à iure communi, prout necessitas ipsa est causa sæpissime violandi regu-
6 las iuris, & consequenter † tempore necessitatis non attenditur ad testiũ qualitates, sed adhibentur, & vocantur illi testes, qui tunc reperiri possunt Veral. decis. 259. part. 3. vbi dicit sic fuisse decisum in Rota Romana, & propter imminentem necessitatem
7 licet furari Puteus decis. 82. lib. 2. † cũ ex necessitate multa permittantur, quæ aliàs non permitterentur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contumacium, quæ sint hic referuntur à num. 1. vsque ad num. 24.*
25 *Contumax non dicitur quis, nisi contumacia accusetur.*
26 *Contumacia non committitur, nisi contineat omnia, quæ necessariò continere debet ipsa citatio.*
27 *Verus contumax quis dicatur.*
28 *Rusticus à pœna contumaciæ excusatur.*
29 *Contumax habita sententia cognitione potest appellare.*
30 *Vniuersitas quando contumax dicatur.*
31 *Contumax non dicitur, qui non fuit citatus.*
32 *Mulcta non potest imponi pro ficta contumacia.*
33 *Pœna delicti non potest imponi pro contumacia tantum.*
34 *Citatus, vt compareat pro delicto, aliàs habebitur pro confesso non potest pro vna contumacia pro confesso haberi.*

COLLECTANEA. 69.

Super pragmatica II. sub Rubr. de contumacibus, vt non accedant ad Curiam Regiæ Maiestatis.

Per quanto la Maestà del Re nostro Signore &c.

HIc statuitur, quod contumaces, Banniti, & exules huius regni non accedãt ad Curiam Regiæ Maiestatis, nec infra quinque leucas circum circa sub pœna mortis naturalis.

1 Pragmatica nostra † tribuit pœnã contumacibus, vt vides, ideo ego referam alias pœnas contumaciũ, quas nostri Decisionarij (ne ab instituto discedam) recolligunt; vnde scias primam pœnam contumacis esse amissionem priuilegij fori Afflict. decisio.
2 133. Secunda † pœna est bonorum annotatio, quorum in Regno tertia pars mobilium quæritur fisco, & de annotatione bonorum habetur in l. fin. ff. de requir. reis & in l. 1. C. eodem tit. vbi bona annotata si reus intra annum veniens se purgauerit recuperat, post annum non auditur, nisi ex indulgentia Principis, & licet se purget bona non recuperat, l. quicunque C. eod. tit. Guid. Pap. in decis. 429. Fran

O 2 cisc.

Digitized by Google

cisc. Marc. in decis. 164. quo verò ad ius Regni, quod debetur fisco in bonis mobilibus contumacis, est Constitutio Regni Grandis vtilitas, & constitutio pœnam nouem vnciarum, & est videndus Viuius in decis. 138. &
3 decis. 252. Tertia † contumacis pœna est in eo, qui debet cautionem de stando iuri, in cuius præstatione petendo remitti ad præstationem cautionis in loco domicilij, quia si est contumax non remittitur ad præstandam cautionem, sed debet illam præstare in loco iudicij, vt tenet Afflict. decis.
4 137. Quarta † pœna contumacis, quia infamante se habere iis aliquod in aliqua re, & citato, vt veniat intra terminum, ac dilationem sibi datam ad proponenda sua iura, quia effecto contumaci imponitur perpetuum silentium, idem Afflict. decisio. 264. Rot. in antiq. decis. 305. Intellige tamen exigi duas citationes, siue monitiones, vt possit dici contumax, & perpetuum silentium imponi Capyc. decis. 205. vnam tamen sufficere, & bina requiri decreuit Burdegalense Consilium, vt per Boer. decision. 259.
5 Quinta † pœna contumacis est, quia verus contumax non potest appellare, vt tenet Capyc. decis. 139. Rot. in nouis decis. 364. tamen, qui sit verus contumax dicetur infra ad rubricam de contum. Sed fictus contumax appellare potest à diffinitiua intra decē dies à die scientiæ computandos, vt habetur per Iafred. decision. 33. Sexta
6 † pœna est, nam verus contumax nō potest supplicare Viuius decis. 138.
7 Septima contumacis † pœna est, quia super positionibus, & articulis factus contumax in non respondendo habetur pro confesso in eo, quod sibi deterius erit Reusner. decis. Ienens. 15. lib. 3. Arumæus decis. 12. Sed non sufficit vna, quia requiruntur plures citationes Balbus decis. 370. & sic etiam obseruatur in hoc Regno, quia cogitur principalis deponere, & testificari super articulis, siue positionibus partis, & expediuntur tres citationes, quod sub pœna confessi veniat ad deponendum, & in tertia, & vltima citatione, vt notitiam habeat inseri tur totus tenor articulorum, seu positionum, & notificatur personaliter, & accusatur contumacia, & in contumaciam declaratur pro confesso, & sic est vulgata practica in Regno Gail. practicarum obseruat. obseruat. 84. & quod contumax habeatur pro confesso, non habet locum in criminalibus Capyc. decis. 60. vbi etiam notat, quod contumacia defuncti in nō respondendo positionibus nocet hæredi, quando prolata est sententia, qua declaratus est pro confesso defun
8 ctus ante illius mortem. Octaua † cōtumacis pœna est, quod contumax habeatur pro præsente, & vt præsens tractetur. Rot. in antiquis decis.
9 86. Verall. decis. 48. Nona † pœna, quam incurrit contumax est, quia cōtumax super delicto bannitur, & contra eum ad bannum proceditur. Coler. decis. Germ. 107. subdens, quod dū proceditur ad bannum in eo inseri
10 debet vera contumacia. Decima † contumacis pœna est, quia vigore cōtumaciæ potest fieri deuastatio, & ruina domus, ac illius demolitio etiā si cum alio sit communis Balbus deci sion. 250. Capyc. decis. 30. Vndecima
11 contumacis † pœna, quia non auditur, nisi actori expensas reficiat, quod etiam procedit in ficto contumace. Cacher. decis. Pedemont. Duodeci-
12 ma † clericus verò contumax corā iudice sæculari, non condemnatur, nec tenetur ad expensas Balbus deci sione 153. Sed quid si contumax non habet in ære, vt posset satisfacere parti, eo casu dicendum est puniri iudicis arbitrio, quia si esset pro expensis, & damnis partis eam suo arbitrio iudex posset in corporalē mutare, & sic facere, quod luat in corpore, vt per Boer. decis. Burdegalens. 349. inferens idem procedere, quando debetur pœna fisco, vt qui pecuniariam pœnam sol-

soluere non potest, & si ad hoc damnum idoneus non potuerit inueniri corporali supplicio pœnam luat. De-
13 cimatertia † pœna contumacis est, quia contumax notorius potest absque alia citatione excommunicari, vt optimè probat Guid.Pap. decisio.
14 Grationopol. 429. Decimaquarta † contumacis pœna est, quod contumaci audientia denegatur, vt tenet Reusner.decis.Ienens.15.lib.3. tamen non in perpetuum, verum ad tempus audientia denegatur contumaci, vt scribit Veral.decis.58. & in tantum denegatur audientia à iudice contumaci, in quantum non reficiuntur expensæ, quia illis non refectis audiri non debet, & sic est intelligendum tempus, de quo supra loquuti fuimus, & hoc optimè notat Franc.Marc.decis.Del
15 phin.15.lib.1. Decimaquinta † contumacis pœna est, nam vasallus requisitus pro associatione Imperatoris, qui Romam est profecturus ad suscipiendam Imperij Coronam, si contumax, & inobediens fuit feudo priuabitur Afflict. decis. 265. vbi dicit supra dictam pœnam non trahi ad feudum antiquum, quod esset ex pacto, & prouidentia. Decimasexta contuma
16 cis † pœna est, quia contumax in appellatione introducenda habetur pro desertore appellationis Rot.in nouis decis.155.vbi tenet, quod licet contumaces non possint mulctari à delegatis, delegatus tamen Papæ, vel Principis potest eos punire Balbus decisio.
17 155. Decimaseptima † pęna est, quia contumax etiam pro ciuili debito potest per iudicem capi personaliter teste eod.Balbo decis.157. Decimaocta-
18 ua † pœna est, quia excommunicatus stans per annum, & perseuerans in excommunicatione ob contumaciam potest Ecclesiasticis beneficijs priuari, siue excommunicatio fuerit ex causa graui, & criminali, siue ciuili, Cappell.Tholos.decis.365. Decima-
19 nona † pœna, quam incurrit contumax est, vt pro causa criminali non admittatur procurator ad comparēdum pro eo, & præsertim in Regno, & ratio est, quia si in causa criminali, & publici iudicij crimine non admittitur procurator eo fortius, si aderit contumacia Guid.Pap.decis.Grationopol.336. Afflict. decis.64. Vigesima
20 † pœna, quia contumax legitimè bānitus si ducitur ad iudicem non auditur ad se defendendum, & innocentiā probandam, quod procedit in sæpius citato, & intellige, nisi purgauerit cōtumaciam, maximè, quia defensiones sunt iuris naturalis, & omitti nequeunt per iura vulgaria, cum tamen sit pęna Reusner.decis.16.lib.3. Vigesi-
21 maprima † pęna contumacis erit, quia ob contumaciā, & subterfugia, defuncti, si lis contestari non potuit in delictis priuatis inducitur, vt contumacia sit trāsitoria ad defunctum, & habeatur lis pro contestata Franc. Marc.decis.Delphin. 764. & decis. sequenti adducit aliam pęnam contumacis, quæ erit Vigesimasecūda & ta-
22 lis est, vt † si alicui collatum fuit, vt officium exerceat, & contumax sit in acceptando duplicato tempore exercere debet, & interim dum non exercet eligitur alius, qui interim bona contumacis possidebit, quod est quotidianum, & in dies occurrit, & sic semper fuit iudicatum, & alia etiam pęna oritur, quia in contumacis odiū ad secundi decreti interpositionem peruenitur Balb.decis.338. Vigesima-
23 tertia † contumacis pęna est, quod contra contumacem expediantur literæ præcisæ, scilicet exequutoriales, & non auditur, nisi refectis expensis, vt supra annotauimus, & refert Guid. Pap.decis.99. in qua decis. adducit aliū punctum, quod si citatus personaliter non compareat proceditur contra ipsum per audientiam contradictarum, vt ex annotatis per Verall.decis.102.
24 lib.3. Vigesimaquarta contumacis † pœna est, vt contumacia procuratoris noceat domino ad finem, vt possit sententia contra ipsum procuratorē cita-

citatum,& contumacem prolata,qui non appellauit executioni mandari contra ipsum dominum, si lis sit contestata,vel fuisset causa,in qua lis non contestatur Balb decisione 179.Guid. Pap. decis.436. Hæ autem sunt pœnæ contumacis, quæ per decisiones sunt dispersæ.

Notandum est tamen ad ornatum
25 materiæ, quod † non dicitur quis cõtumax,nisi contumacia accusetur,& ita Cacher.in decisio.Pedemont.3.& decis.71.notat etiã Thoming. in decisio. Lipsens.24. Milanens. in decis.Si-
26 cil.21. neque † committitur contumacia nisi contineat omnia,quæ necessariò cõtinere debet ipsa citatio, vt decreuit Rota Bononiens. apud
27 Barz. in decis.107.† verus enim cõtumax dicitur ille, qui citatur de persona Viuius decis.138.idem Barz.in decis.Bonon.150. Item verus cõtumax appellatur qui data opera facit quod citatio ad ipsius notitiam non perueniat,& ita tenet Balbus in decis.254. sed citatus ad locum non tutum non dicitur contumax Cacher.in decisio. Pedemont.9.quod non procedit in illo,qui iudicem contemnens dixit nolo venire, quia dicitur verus contumax Boer. in decis.206. Rot.in nouis in decis.49.Vigell.in decisio.21. Ans-
28 mæus in decis. Ienens.11. † Rusticus autem contumax à pœna contumaciæ posset excusari, vt refert Gratianus in decis. Marchiæ 111.
29 Nota autem, quod qui est † contumax habita sententiæ notitia potest appellare Rot.diuers.decisio.45.
30 par.3. Scias etiam † quod vniuersitas ex citatione syndici contumax non dicitur, nec collegium, nisi citentur in consilio, vel nisi renuerent se congregare, vt voluit Balb. in de-
31 cis.83.& decis.156.† neque posset dici in mora, & contumacia is,qui citatus non fuit Thoming. in decis. Li-
32 psens.24.† neque prò ficta contumacia puta ad domũ potest mulcta im-
33 poni Balbus in decis.371. & pro † cõtumacia tantum vera delicti pœna imponi non potest, & ita in Senatu Pedemont. fuisse decretum testatur Cacher. in decisio.105. subdens secus esse si consuetum fuerit veras delicti pœnas cõtumacibus imponi solere.
34 Sed nota quod † citatus vt comparerat pro delicto aliàs habebitur pro confesso, non potest pro vna contumacia pro confesso haberi Balbus in decis.370.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo sint carcerandi rei.*
2 *Captura pro quibus debitis sit permissa remissiuè.*
3 *Inquisitus, cui fuerunt concessæ defensiones extra carceres non expectata publicatione potest carcerari si adsunt aliqua indicia.*
4 *Inculpatus de falsificatione priuilegij non existentibus alijs indicijs non potest carcerari.*

COLLECTANEA 70.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Custodia reorum.

Inoleuit, &c.

MAndatur, vt officiales nõ procedant ad carcerationem contra formam constitutionum,& capitulorum regni,& antequam incipiat constare de maleficio idoneè cauens non detineatur de persona.

1 Quando quis † carcerari debeat, & quomodo custodiendus sit vide Franc.Marc.in decis.410.parte 1. vbi quod antea de delicto constare debet adhoc, vt quis in carceres deijciatur, & vide Laurẽt. in decis.Auenion.58.
2 & † captura, siue carceratio pro quibus debitis sit permissa tradit Franc. Marc. in decis.49. parte 1. & captura quando sit valida pro suspicione fugæ est decisio Thesauri.270.& vide Koppen in decis.29.& D.Ricc. in decisio. 198.

Digitized by Google

198. par. 2 & à captura an, & quando possit appellari est decisio Florētina
3 apud Magon. in decis. 126. & † carcerari an possit inquisitus, cui fuerunt concessæ defensiones faciendæ extra carceres non expectata publicatione, si aliqua adessent indicia affirmatiuè decisum fuit in S. C. de anno 1505. & carcerari, vel detineri an possit inculpatus de falsificatione fal
4 si priuilegij, non existentibus alijs indicijs, sed tantum suspicione ex tenore instrumēti negatiuè Capyc. decis. 30. Viu. decis. 81.

S V M M A R I V M.

Domini terrarum tenentur stratas securas seruare, vel itinera facientibus damna robariæ resarcire, quod amplia, vt nu. 2. & vide nu. 3.

4 Vniuersitas tenetur ad emendam damnorum in eius districtu factorum pro furtis nocturno tempore.

COLLECTANEA 71.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Damnis clandestinis.

Magnifici viri, & C.

DIspositio est in hac pragmatica, vt vniuersitates contribuentes Barricello non molestentur pro damnis clandestinis.

Nota ad ornatum huius pragma-
1 ticæ † quod Domini terrarum tenentur stratas securas seruare, vel itinera facientibus damna robariæ resarcire, prout ita iudicatum in Camera Imperiali fuisse testis est Gail. in ob-
2 seruat. 64. lib. 2. vbi † ampliat hoc eò magis procedere, quando Domini sumunt vectigalia, & pedagia, vel quando transeuntibus saluum conductum dederunt, eo enim casu dubio omni caret, Dominos de robaria teneri, vide etiam Koppen in decisi. German. 37. vbi tradit differentiam esse inter Dominos eos, qui pedagia sumunt, & eos, qui nulla vectigalia habent, nā qui pedagia sumunt tenentur etiam si ignorauerint damnū, qui verò vectigalia nulla sumunt de damno in territorio dato, tamen primū tenen-
3 tur † quando damnum, vel robariam sciuerunt, & prohibere potuerunt alias non, & dicit pariter tunc esse refundendum damnum, quoties illud damnum testibus, vel alijs modis legitimis, quam iuramento damnum passi probetur, & pariter refert tunc Dominum de robaria in suo territorio facta teneri, quando itinerantes procedunt via Regia ordinaria, & solita, secus autem, si via insolita caueant, & in ea damnificantur, nā non licet aliam viam ire, nisi per quā cursus publicus stare dignoscitur.

4 Sed num † necessitas teneatur ad emendam damnorū in eius districtu factorum pro furtis nocturno tēpore factis affirmatiuè Magon. in decisiō. Florent. 123.

S V M M A R I V M.

1 *Actori nulla dilatio conceditur quod limita vt num. 2. & 3.*

4 *Omnis dilatio probatoria dicitur peremptoria.*

5 *Elapsa dilatione probatoria alia non cōceditur, quod limita vt num. 6.*

7 *In criminalibus licet sit facta publicatio datur dilatio.*

8 *Dispositio const. Frederici secundi Imperatoris incip. li. e legitimè, viget in hoc Regno Neapolitano.*

9 *Practica Sac. Consilij circa dilationes tam in ciuilibus quam in criminalibus.*

10 *Quando dantur prima, secunda, tertia, quarta, vel vlterior dilatio dicuntur plures dilationes non vna.*

11 *Prima dilatio datur cum modica causa cognitione, quod limita vt numero 12.*

13 *Quinta, & sexta dilatio per iudicem nō assignatur.*

14 *An-*

Digitized by Google

COLLECTANEA 72.

Super pragmatica I. sub Rubr. de dilationibus.

Si quis petierit &c.

MAndat, vt non vtentes dilationibus, & beneficijs petitis pœna vnius vnciæ mulictentur.

In terminis huius pragmaticæ cū nihil reperiam decisum eius occasione alia in materia dilationum referre volo: quare scias, quod † actori dilatio
1 aliqua dari non debet quia instructus ad causam venire tenetur Verall. de-
2 cis. 15. vbi intelligit † procedere in dilatione deliberatoria Cass. decis. 1. tit. de dilat. Crescent. decis. 2. de dilatio-
3 nibus, quod limita, † si actor commisit causam super vno iure contra reum, & reus pendēte lite producit aliquod ius nouum contra actorem, quia tūc eidem actori dilatio danda est Crescent. decis. 5. de dilat. aduertas etiam
4 quod † dilatio omnis probatoria est peremptoria, & ideo alia non datur, sed semel illa conceditur, & peremptoria intelligitur, etiam si non exprimatur Capyc. decis. 81. Gail. obseruat. 91. lib. 1. Triuis. in decis. Veneta 37. &
5 † illa decursa, atque elapsa non conceditur alia dilatio, nisi adsit magna
6 causa Bellamer. decis. 523. † secus est, si iustum impedimentum adfuerit, quin probationes fieri potuerint in prima dilatione Beniutend. in decis.
7 Bononiens. 45. & pariter † in criminalibus, licet sit facta publicatio, datur dilatio, vt ad defensam testes recipi possint, Caball. resolut. crim. 41. Gram. decis. 36. In hoc autem Regno
8 Neapolitano † per constitutionem Federici secundi Imperatoris. incip. lite legitimè contestata prouisum est, quod tam in causis ciuilibus, quam criminalibus in primo termino, & dilatione data producantur omnia. Id-
9 circo † Sacrum Consilium post terminum

minum nec nouos articulos, nec nouos testes admittit, nec nouam dilationem, sed æquitate attenta obseruat, vt reus in criminalibus sine aliquo termino, vel dilatione examinet ad defensam, & pinguius probet, de qua obseruantia, & practica meminit Foller in pract. crim. in verb. & facta
10 litis contestatione nu 9. Quando † tamen dantur prima, secunda, tertia, quarta, vel vlterior dilatio dicuntur plures dilationes non vna, vt concludit Franciscus Marcus in decis. 36. sed
11 † prima dilatio dari debet cum modica causæ cognitione, ac leui, vt cōsideretur tempus habita consideratione ad spacium locorum ob facilitatem, aut difficultatem probationis Coler. in decis. German. 121. Triuis.
12 decis. Veneta 37. lib. 1. † quo verò ad secundam, tertiam, & quartam dilationem maior causæ cognitio exigitur, & in quarta non nisi iuris solemnitate seruata Boer. in decis. 294. Tri-
13 uisan. decis. 59. † quintam tamen, & sextam non posse per iudicem assignari voluit Cappell. Tolos. in decis. 116. sed intelligas, quod ad has dilationes concedendas grauissimam, vt dixi causæ cognitionem requiri, ita, vt inter cætera specifica impedimenti species in indiuiduo exprimi debeat, & aliter quam per iuramentum probari, vt per Beniutend in decis. Bo
14 nonienf. 46. † antequam autem labatur dilatio prorogatio illius peti, & fieri potest, in qua, & si causę cognitio exigatur non tamen tanta quanta in noua concedenda dilatione itatueretur Franciscus Marcus in decis. 34. &
15 talis † prorogatio non dicitur noua dilatio, sed præcedentis prorogatio dum tamen antequam labatur prima concedatur, quia si lapsa prima dilatione fieret diceretur noua Mastrill. decis. Siciliæ 35. Balbus decis. 233. &
16 hæc † prorogatio requirit causæ cognitionem, & partis citationem aliàs prorogatio nullius momenti esset, Crescen decis. 3. de offic. deleg. & pariter debet parti notificari, vt refert
17 decisum Anna in cons. 75. † In curia autem Romana dilationes ad articulandum ad dicendum contra articulos ad dicendum cōtra omnia, & producta, sunt termini, & dilationes substantiales, quæ si omitterentur, vel ordo ipsarum interuerteretur processus non valeret, reliqui verò termini si obseruantur, cautius erit si omittātur, non ideo processus inualidus erit Rot. in antiq. decis. 806. & in nouis in decis. 33. Cass. decis. 2. tit. de Iudic. Bel
18 lamer. decis. 27. † dilationes igitur, & termini omnes communes sunt vtrique parti actori, & reo, ita vt per alteram partem renunciari nequeat, & si renunciauerit alteri parti præiudicium non affert Caualcan. in decis. Fiuizan. 21. Barz. in decis. Bonon. 27.
19 Notandum etiam puto, † quod dilationum materia iudici arbitraria est, vt plurimum, Viuius decis. 11. Sed
20 † distingue hanc conclusionem, vel dilatio est à lege stabilita absque hominis ministerio, vt exempli gratia in dilatione data ad appellandum, vt in auth. de appellat. §. 1. & eo casu iudex non potest, sic pariter in termino statuti ad conficiendum inuentarium, aut verò lex indulget dilationem cū hominis ministerio, & tunc aut statuit minorem dilationem dari, & illā iudex abbreuiare poterit, aut statuit maiorem non dari, & tunc sine causæ cognitione minorem non dabit Ma-
21 strill. in decis. Sicil. 178. denique † dilatio apud iudicem, tunc arbitraria erit, quando lex dilationem concedit temporis quantitate minimè expressa, aliàs si tempus à lege præfixum est sine maxima, & vrgentissima causa per iudicem angustari, aut prorogari nequit Barz. in decis. Bonon. 151. Chartar. in decis. Genuę 100. sic pariter tē-
22 pus, † & dilatio instantiæ à iure, vel statuto præfixum prorogari à partibus nequit Balb. decis. 426. Chartar. decis. 121.
23 Et nota, quod † terminus acto ris,

qui fuit datus ad articulandum non est rei ad excipiendum, qui potest alium petere, & hoc in profanis, secus verò in beneficialibus, in quibus summariè proceditur. Rot. in antiqu. decis. 170.

Animaduertēdum est etiam, quod
24 † dilatio, & terminus currit de momento ad momentum Afflict. decis.
25 73. Guid. Pap. decis. 270. & ideo † computatur in termino dies termini, & dat ad examinandos testes ad concomitantiam scripturarum iuxta text. in c. series de testibus, & ita bis refert decisum per Sac. Cons. Ann. in singul. 503 Afflict. decis. 235 Item nota, quod
26 † si terminus, & dilatio ad articulandum non fuerit datus cum sit communis vtrique parti sententia postmodum prolata est nulla, Bellamer. decis. 25. Cassad. decis. 8. tit. de rescrip. & eo magis est nulla sententia, si omittātur illi quatuor termini substantiales, de quibus dixi supra hac eadem collectanea. Verall. decisio. 247. quod procedit in Curia Romana, vt si aliqui ex dictis quatuor terminis substātialibus, omitterentur, sententia esset nulla; sed extra Curiam Romanam secus est, quia extra Curiam illi termini, ita exactè non seruantur Veral. de-
27 cis. 249. & quamuis † pars esset citata ad videndum admitti articulos quasi per equipollens videretur seruatus ille terminus ad articulandum, cum dicta citatio hoc non operetur, quia respiceret tantummodo partem dantem articulos, & hoc nō obstante esset nullitas notoria, cum terminus ad articulandum sit vtrique parti communis, & actori, & reo Rota in nouis decis. 32. idcirco eadem citatio non sufficeret, quia sententia nullitati subiaceret Chartar. in decis. Genuens. 22. & in Sacro Palatio Apo-
28 stolico termini, ac dilationes substantiales malè nulliter, ac perperam obseruati vnica audientia, & citatione redintegrantur, ac repetuntur vigore Bullæ Innocentij VIII. & nullitas submonetur Veral. decis. 251. lib. 3. &
29 h. † termini, & dilationes substantiales in causis attentatorum, & nullitatum de necessitate seruandi nō sunt, sed huiusmodi causæ ex mero iudicis officio expediendæ sunt, Rot. in antiq. decis. 763. Veral. decis. 250. libr. 3.
30 & † dari debet hæc dilatio in huiusmodi causis ad reprobationem, & repulsationem ad petitionem partis, Afflict. decis. 351. dicens Regentem de Goffredo ad petitionem Sacri Consilij à Curialibus Romanis relationē asportasse, & quod in causis attentatorum conceditur dilatio ad repulsandum, vide Grammat. in decis. 86. &
31 † dilatio ad repulsam non datur in materia censuali, & exequutionis, vt scribit Milanens. in decis. Siciliæ lib. 2.
32 † dilatio autem, & terminus datus ad probandum non currit si disputatur, & controuertitur an articuli, & positiones admitti debeant Balb. de-
33 cis. 185. † amplia idem procedere, si disputaretur super articulorum, & positionum impertinentia, vel an debeat responderi positionibus, quia illo discrimine durante terminus, & dilatio non currit Viuius decision.
34 286. idem etiam procedit † si tempus, & dilatio per culpam, & malitiā, vel per frustratorias dilationes quoquomodo impediretur, quia interim nō labitur Chartar. decis. Genuæ 121.
35 † elapso autem termino dato à lege statuto, vel iudice ad probandum, & præclusa probationis via, non potest pars petere depositionem, vel iuramentum partis Balb. decis. 74. & si terminus, & dilatio probatoria data fuerit, & neutra pars aliquid fecit, si aliqua peteretur redintegratio, dari nō debet, vt fuisse in Sacro Consilio conclusum scribit Capyc. in decis. 81. De-
36 nique scias, † quod termino, & dilationi datæ reus in criminalibus renūciare non potest cum nō sit membrorum suorum Dominus Viuius decis.
37 68. † potest tamen renunciare vbicunque reus spontè esset delictum cō-

fes-

fessus, tunc enim renunciatio defensionum valebit Vinius decisione 69.

38 † Cessionario autem non datur dilatio, quando fuit data cedenti ante cessionem, secus verò post, quia primo casu cedendo post dilationem potuit præiudicare cessionario, secundo verò casu, quando cedens habuit dilationem post ius cessum cessionario dilatio debetur, ex quo non potest præiudicare cessionario cedens post cessionem, vt indicatum refert in Rota Rom. Veral. decis. 259. & hæc dicta sufficiant breuiter circa materiam dilationum.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio ad laudandum Authorem non datur quoties iudicium esset motum super re feudali.*

2 *Dilatio non datur in personalibus ad laudandum Authorem.*

Author laudatus, si comparendo suscipiat iudicium pro conuento, non propterea actor tenetur ipsi authori laudato suscipienti litem in se notificari facere acta ad sui instantiam fabricata, sed vide num. 4.

5 *Author laudatus debet comparere in foro laudantis, sed limita in Neapolitanis, num. 6. sed vide num 7.*

8 *Fiscus in Authorem laudatus vtitur eius priuilegio de iure Regni.*

9 *Clericus laudatus in Authorem declinat forum laudantis.*

COLLECTANEA 73.

Super pragmatica II. sub Rubrica de Dilationibus.

Dubitationem, &c.

Sancitum est hic, quod Authore præsente in iudicio reo non datur dilatio ad laudandum Authorem, secus si sit absens, & contra Authorem suscipientem onus iudicij mandatur sententia exequutioni absque alio nouo processu.

Ad ornatum huius pragmaticæ nõ desistas videre Decisionem Rotæ Bononiæ apud Benintend. in decis. 92. &

1 dicas † non esse concedendam hanc dilationem quotiescunque iudicium esset motum super re feudali, vt decisum fuisse per Sacrum Consilium scribit, & testatur Liparulus in addit. ad Isern. in §. in generali si de feud. fuer. controuers.

Aduertas tamen rationabiliter fuisse in textu dictum de realibus, † quo-

2 niam in personalibus non datur dilatio ad laudandum Authorem iuxta decisionem Rotæ Lusitaniæ apud Gãmam in decis. 101.

Verum ad materiam Authoris lau

3 dati nota, quod † si Author laudatus comparens suscipiat iudicium pro cõuento non propterea actor tenetur ipsi authori laudato suscipienti litem in se notificari facere acta ad sui instantiam fabricata, sed sufficit sibi prosequi iudicium contra possessorem ab initio conuentum Franc. in decisio.

4 462. † nisi Author laudatus suscipiat iudicium in se, tanquam procurator in rem propriam, nam tunc actor debet cum ipso Authore laudato litigare, & non cum possessore, l. & si lege, §. item si rem circa finem, ff. de petit. hæredit. nisi actor probet personã conuenti esse legaliorem, & sua interesse probare potius cum conuento, quam cum Authore laudato Ca-

5 pyc. decis. 197. Item † Author laudatus debet comparere in Foro laudantis, l. venditor, ff. de iudic. Afflict. deci-

6 sione 222. Boer. decis. 59. licet † secus sit in Neapolitanis, qui in Authores laudati in Curijs Regni non tenentur ibi litigare, sed remittuntur ad Tribunalia huius Ciuitatis Neapolis, vt decisum testatur Anna in singul. quã-

7 uis in alia causa † Sacrum Regium Consilium in contingentia facti determinauerit, quod teneatur defendere in loco iudicij emptorem. Verũ

Digitized by Google

sententia, quatenus veniret proferenda contra Neapolitanum, proferatur in Ciuitate Neapolis, pro ut fuit decisum in causa vertente inter Ioãnem Antonium, & Ioannem Michaelem Priascum Cauenses, & Ioannem Carolum de Sarno in M.C.V. facto verbo in S.C. die 28. Augusti 1560. & sic etiã
8 dicimus † in fisco, qui in Authorem laudatus vtitur eius priuilegio fori, vt expresè cauetur in pragmat. Itẽ vt Regia Camera de offic. procur. Cæsar. licet contrarium per Thesaur. in decisio. 213. & latè disputando plures retulerit opiniones Capyc. in decisio.
9 197. & sic pariter † clericus laudatus in Authorem declinat forum laudantis Grammat. decis. 21. Capyc. decisione 87. Anna, qui sic decisum tradit in singul. 45.

SVMMARIVM.

1 *Adhoc, vt quis gaudeat dilatione vltra marina non sufficit, quod nominet simpliciter se habere testes extra regnũ, sed requiritur, quod declaret etiam testes per nomina, & cognomina infra quinque dies.*
2 *Elapso quinque dierum spatio non facta declaratione in specie nõ admittitur amplius ad declarandum.*
3 *Elapso quinque dierum spatio non facto deposito, non potest quis gaudere dilatione vltra marina.*
4 *Referuntur decisiones Sacri Reg. Cõs. in materia.*

COLLECTANEA 74.

Super pragmatica III. sub Rubr. de Dilationibus.

Aliam similiter, &c.

LOquitur præsens pragmatica, quod dilatione vltramarina non vtentes depositi facti amissione mulctentur.

Nota ex hac pragmatica iuncto
1 Ritu M.C.V. 140. quod † vt quis possit gaudere dilatione vltramarina non sufficit, quod nominet simpliciter se habere testes in aliquo loco extra Regnum infra quinque dies, sed est necesse, quod infra eundem terminum dierum quinque declaret etiam testes per nomina, & cognomina, & faciat depositum in hac Pragmatica taxatum, quod si declarauerit, se velle vti dicta nominatione vltramarina, ac si esset facta intra Regnum euitabit depositum, dummodo in nominatione ab ipso facta infra quinque dies nominauerit habere testes nedum extra Regnum, sed etiam infra Regnum vide Franc. in decis. 57.
2 Verum adhuc † nominatio testiũ per nomina, & cognomina in specie necesse est, quod sit facta infra dictum quinque dierum numerum, aliàs nominatione vltramarina non gaudebit, etiam si velit deinde nomina, & cognomina testium declarare, vnde in causa Magdalenæ Bertorottæ cũ Marchione Iliceti, in qua dicta actrix fecerat nominationem in Ciuitate Saonæ Iurisdictionis Genuensis nominando testes per nomina, & cognomina infra quinque dies, † sed omiserat facere depositum, licet deinde 3
4 post lapsum quinque dierum illud fecisset † fuit decisum, quod non deferatur nominationi penes Romanum Actuarium pro Cioffo, & sic pariter decisum aliàs fuit per Sacrum Consilium in causa D. Caroli de Aquino cũ D. Francisco de Aquino de mense Februarij 1612. penes Carbonum Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Antefatũ debetur mulieri etiam si dos fuerit promissa, & non soluta.*
2 *Antefatum lucratur vxor secũda mortuo viro relictis filijs ex prima vxore.*
3 *Antefatum debetur si pater promiserit dotem, & vir confessus fuisset recepisse,*

pisse, & constituisset antefatum.

4 *Maritus tenetur ad antefatum haeredibus vxoris, si ipsam occiderit sub falso adulterio.*

5 *Antefatum constitutum per virum vxori in forma consueta debetur eidē vxori super dotibus maternis viri sui.*

6 *Mulier debet habere antefatū promissum constitui mortuo viro, non tamen constitutū, etiam si dos promissa fuisset, & non soluta.*

7 *Medietas medietatis antefati debetur mulier pro ea parte dotis soluta si fuerit deosculata, non aliter matrimoniū consumatum.*

8 *Antefatum certum constitutum per virum vxori contemplatione matrimonij integrum debetur, etiā si dos fuerit diminuta ex causa euictionis passa super fundo dotali.*

9 *Antefatum non debetur dote promissa non solutā in termino.*

10 *Antefatum non debetur dilatione pendente.*

11 *Quando dos non fuerit promissa, nec etiam antefatum debetur.*

COLLECTANEA. 65.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Donationibus propter nuptias, siue quarta, vel antefato, & alijs donatiuis.

Tra l'altre gratie, &c.

Declaratur hic antefatum deberi, tam virginibus, quā viduis iuxta quantitatem dotis promissae.

Pro Coronide materię antefati, de qua hic visum est congregare plures casus decisos, in quibus antefatum debetur, vel non.

1 Amplia igitur primo † antefatum deberi mulieri si dos fuerit tantū promissa, & non soluta, si pendente tempore solutionis soluitur Afflict. decis. 333. vbi addit. ita aliàs decisum fuisse testatur Valasc. decis. 3. quod intelligas non procedere vbicunque promissores fuissent in mora soluendi, & marito aliquid non potuisset imputari, quia tunc mulier non lucratur antefatum, & sic fuit in facti contingentia decisum.

2 Amplia secundo † antefatum lucrari quoad proprietatem per vxorē secundam mortuo viro relictis filijs ex prima vxore non ex secūda Franc. in decisio. 621. & aliàs decisum refert Alexand. in addit. ad consuet. si tamē contingat in tit. com. diuid.

3 Amplia tertio. † Antefatum deberi si pater promiserit dotem, & vir confessus fuisset recepisse, & constituisset antefatum, vnde pater fecerat instrumentum mutui, vt decisum in facto dicit Addit. Pisanell. in decisio. Afflict. 242. & 323.

4 Amplia quarto. † Antefatum deberi à marito haeredibus vxoris, si vxorem suam sub falso adulterio interemit, vt decisum in collaterali Consilio tradit de Ponte in decis. 24.

5 Amplia quinto. † Antefatum constitutum per virum vxori in forma cōsueta deberi eidem vxori super dotibus maternis viri sui, si dictus eius vir patris haereditatem adiuerit sine beneficium legis, & inuentarij, ita quod sit obnoxius creditorib. patris, etiam de proprio, tantoque magis si dictus vir post mortem patris remanserit debitor in dotibus maternis, & mortua matre ipsemet successit, ita quod patrimonia ipsa, & bona confusa esse cernantur, vt decisum refert de Ponte in cons. 143. vol. 2.

6 Amplia sexto. † Antefatum deberi mulieri mortuo viro, si fuerit tātum promissum constitui, non tamen constitutum, etiam si dos promissa fuisset, non tamen soluta Afflict. decisio. 33. Grammat. decisio. 97. qui sic aliàs decisum refert, & ita bis in alijs casibus fuisse iudicatum refert idē in consuet. quartam fol. 253.

7 Amplia septimo, † deberi medietatem

tatem medietatis antefati mulieri pro ea parte dotis solutæ si fuerit tan tum deosculata, non aliter matrimonium consumatum, vt iudicatum dicit Afflict. in constit. Regni mulier, quæ dotarium, nu. 32. & vide Franch. in decis. 503. Gama decis. Lusit. 124. Castil. in decis. Sicil. 93. Masul. ad Capyc. in decis. 65. nu. 4. vbi refert fuisse decisum in S.C. quod medietas antefati debeatur mulieri, quæ fuit osculata per procuratorem à viro constitutum ad hunc actum, sed si pacto cõuentum fuisset vt pro osculo aliquid debeatur, debet integrè solui promissum, vt decisum fuit in M.C.V. inter D. Petrum Mazzullum procuratorē Apolloniæ Mazzullę contra Victoriā Adimari hæredem viri osculantis in Lanzettæ Banca.

8 Amplia octauo. † Antefatum certum constitutum per virum eius vxori contemplatione matrimonij, non tamen dotis, & per virum etiam vxori legatum in testamento integrum deberi, si dos fuerit diminuta ex causa euictionis passæ super fundo dotali, vt fuit decisum in causa dñæ Iuliæ monachæ Comitissæ Misanæ cũ eius filio comite.

9 Limita tamen primo † non deberi dote promissa in termino non soluta Afflict. decis. 242. Gama decis. Lusitan. 370. qui sic pariter decisũ refert Mastril. decis. Sicil. 73. Intrigliol. decisio. 5. Faber decis. 1. C. de pact. conuentis, nisi per maritum stetisset, quominus exegisset, nam in tali casu deberetur antefatum, etiam non soluta dote in totum promissa.

10 Limita secundo, † nõ deberi antefatum dilatione pendente iuxta decisio. Guid. Pap. 565.

11 Limita tertio, † vbicunque nõ fuerit promissa, quia tali casu non deberi decisum refert Gram. decis. 97.

SVMMARIVM.

1 Concedentes locum ad duellum excommunicãtur ipso facto, item duellantium patrini, vt num. 2. dantes consilium nume. 3. ac etiam duelli spectatores, vt num. 4.

5 Duella sunt probibita de omni iure.

6 Consuetudo permittens duella, est inualida.

7 Contra insultantes se ad duellum calore iracundiæ accedentes ad aliquem locum, ibique dimicantes, non procedit dispositio huius pragmatica

8 Quicquid fit calore iracundiæ pro nihilo habetur.

9 Furor excusat etiam à pœna homicidij.

10 An laicus vulneratus in ipso duello sit inhabilis ad beneficia remissiuè.

11 Intellectus Sacr. Concil. Trident. sessio. 25. c. 19. de reformat.

COLLECTANEA 76.

Super pragmat. I. sub Rubrica de Duello.

Nouis occurrentibus, &c.

Canetur hic, quod prouocantes ad duellum capitali pęna plectãtur, & prouocati non comparentes nulla notentur infamia, & ita etiam est statutum Lucens. lib. 4. c. 128.

1 Pro Coronide † videndus est locus Sacri Concil. Trident. in sessio. 25. capit. 19. de reformat. vbi concedentes locum ad duellum excommunicantur ipso facto, & alijs pęnis afficiuntur, & † committentes duellum, & eorum patrini excommunicationē, & alias pœnas incurrunt, & † dantes consiliũ in causa duelli, & † illius spectatores excommunicationis, ac maledictionis vinculo teneri statuitur, & videte Bullam Gregor. XIII. quæ incipit ad tollendam detestabilē duellorum, &c. & Bull Clement. VIII. quę incipit detestabilis duellorum vsus.

5 Itaque † duella sunt prohibita de omni iure, fuerunt enim prohibita de iure diuino, dum dicitur, nõ occides, pro-

prohibentur pariter de iure Canonico tot.tit.de cleric.pugnant. & tot.tit. de purg.vulg. prohibentur itidem de iure ciuili l.1.C.de gladiat. libr.11. ibi cruenta spectacula in ocio ciuili, & domestica quiete non placent; &
6 ideo meritò † consuetudo permittēs ista duella est inualida, vt per Viuium in decis. 66. & prouocantes alterum cum armis puniuntur, vt est videre penes Guid. Pap.in decis.438. Quod duellium non solum propter scandalum est prohibitum, sed etiam, quia mors ex eo prouenire potest Puteus decis.330.par.3.

Limita dispositionem nostræ prag-
7 maticæ † non procedere, vbi aliqui calore iracundiæ se inuitarēt ad duellum, & incontinenti accederent ad aliquem locum, ibique dimicarent, vt est videre penes Ludouic.in decis.Lucens. 11. qui benè tractat materiam duelli, & ideo cum quidam clerici calore iracundiæ venissent ad talem actum fuit iudicatum in Curia Archiepiscopali Barensi ipsos non incidisse in censuras, & pœnas duelli iuxta præfatas Bullas, ex regula iuris, quod
8 † quicquid fit calore iracundiæ pro nihilo habetur l.quicquid calore, ff.de regul. iur. & ita etiam ego Nouarius respondi de hoc anno 1621. ad quod
9 facit etiam, quod † furor à pœna homicidij excusat, vt est videre penes Reusner.in decis.German.17. libro 1. qui in decis.14.lib.2 dicit etiam ebrietatem à pœna homicidij ordinaria excusare.
10 Nota autem, quod † duellum est causa, vt laicus vulneratus in ipso duello sit inhabilis ad beneficia, de quo vide Rotam Roman. diuers. in decisio. 116.parte 3.quæ in decis.98.voluit ad hunc effectum inhabilitatis ad beneficia duellum esse probandum in clerico.
11 Et aduerte, † quod quatenus in Sacro Concilio Trident. vbi supra decernatur, vt committentes duellum, & eorum patrini excommunicationē, & alias pœnas incurrant, hoc etiam locum habet in priuatis duellis, quæ fiunt sine alicuius Principis Authoritate, vel consensu, & sine patrinis, vt decidit Sacra Congregatio Cardinalium, quæ etiam declarauit, locorum Domini, si certamen huiusmodi ex condicto huiusmodi permiserint, aut quantum in se fuerit, non prohibuerint omnesque illud fieri mandantes, instigantes, auxilium, consilium, & fauorem dantes, equos, arma, pecuniā, commeatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut ex proposito spectatores, vel socios quouis modo se præbentes, eisdem pœnis subijciant, etiam si illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt impediti pugnam non commiserunt, si per ipsos non stetit, quo minus illa committeretur.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt à prorege assumi officiales.*
2 *Milites Hierosolymitani ad officia secularia eligi prohibentur.*
3 *Statutum loquens de professis, & religiosis stricta, significatione extenditur ad huiusmodi milites.*
4 *Dispositio Sac.Concil.Trid sess.25 ca. 15.de regular.comprehendit istos milites.*
5 *Praeceptoria horum militum sunt ad nutum Magni Magistri amouibiles.*
6 *Filij nati ex huiusmodi militibus expressè professis dicuntur incestuosi.*
7 *Hæc pragmatica comprehendit etiam monachos.*
8 *Clericus non potest exercere iurisdictionem temporalem, sed contrarium practicatur, num.9.*
10 *Prælatus habens in sua diœcesi iurisdictionem temporalem tenetur constituere magistratum secularem.*

COL-

Digitized by Google

COLLECTANEA 77.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Ecclesiasticis personis.

Per legge, &c.

ISta pragmatica mandat, quod personæ Ecclesiasticæ, & exemptæ a Regia iurisdictione nõ possint promoueri ad administranda quælibet officia in Regno.

1 Tu ad ornatum † videas Caball. in resolut. crimin. 64. & Franch. in decis. 479. vbi referr, clericos non posse à

2 prorege assumi officiales, & idem † dicit de militibus Hierosolymitanis, qui ad officia sæcularia eligi pariter prohibentur, vide etiam Maurill. in decis. 149. & meritò, quia isti milites Hierosolymitani, vt etiam milites Sãcti Lazari, Sancti Iacobi, & Sancti Stephani sunt verè religiosi, vnde euenit, vt nequeant succedere in feudis vide Thesaur. in quæst. forens. siue decisio. 18. lib. 1. Cacher. in decis. 27. licet contrarium Viu. in decis. 446. & si non sit Decisio, & hinc istas tales percutiens incurrit pœnam excommunicationis Villagut. in decis. 34. & hinc non admittuntur ad fideicommissum familiæ relictum, nec quo ad vsumfructum Faber in decis. 34. C. de fideicom

3 missis, & hinc † statutum loquens de professis, & religiosis ex stricta significatione extenditur ad huiusmodi milites, Faber decis. 27. C. de episc. & cleric. Polidor. Rip. obseruat. 185. & ideo istæ habent fori præscriptionem, prout cæteræ personæ religiosæ Canalc.

4 decis. 37. par. 2. & hinc † comprehenduntur sub dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 25. ca. 15. de regularibus, quo cauetur, ne quis in quacunque religione tam virorum, quam mulierum, qui minori tempore, quã per annum post susceptum habitum in probatione steterit ad professionẽ non admittatur Rota in decisio. 591.

5 par. 1. & hinc † præceptoriæ huiusmodi sunt ad nutum Magni Magistri, & Conuentus amouibiles, quia isti vti religiosi nihil proprium habere valent, nihilque eis concedi potest in perpetuum, Mohedan. in decis. 10. de caus. possess. & proprietat. & vide Achil. de Graff. decis. 9. de præbend. &

6 hinc † nati ex talibus militibus expressè professis dicuntur incestuosi, sicuti nati essent ex religiosis Franc. in decis. 27.

7 Et † dispositio huius pragmaticæ eo magis procedit in Monachis, quod quando sit verum vide Guid. Pap. in decis. 563. & hinc Monachi succedere nõ possunt in Castris, & oppidis cum iurisdictione, de quo Afflict. in decis. 320. & 324. Capyc. decis. 31.

8 Constat † itaque clericum tempòralem, ac sæcularem iurisdictionem administrare non posse, licet videamus passim contrarium, nam † in hoc

9 Regno steterunt Locumtenentes Regis Cardinales Pompeius Columna, Bartholomæus della Cueua, Franciscus Pacecchus, Antonius Perenottus Cardinalis de Granuela, & in istis temporibus Illustrissimi Cardinales de Borgia, & Cardinalis Zappata, & in Regno Lusitanico nuperrimè Cardinalis Albertus Austriacus Maximiliani II. Cæsaris Filius, & Philippi II. Regis nostri ex germana sorore nepos, & sic etiam D. Ascanius de Columna Romanus Cardinalis in eodẽ Regno Lusitaniæ visus est Gubernator.

10 Et scias etiam, quod † & si prelatus quispiam suæ prælaturæ annexam habeat iurisdictionem temporalem, puta oppidum, vel Castrum feudale cũ hominibus, tamen is non potest constituere Magistratum, vel Officialem clericum, sed debet esse laicus, vt in Gallia fuit seruatum, nam ibi Duces, Comites, Barones, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Collegia, Milites, & generaliter omnes in Regno Franciæ temporalem iurisdictionem habentes

tes

tes ad eam exercendam Balliuos, Præpositos, & seruientes laicos nullatenus clericos constituunt, pluribusque Arrestis in supremo Parisiensium Senatu fuisse prouisum in anno 1518. & anno 1524. tradit Coppin. de sacra forens. polit. lib. 2. tit. 8. art. 18. an autem dicti Prælati ad hoc teneantur non determino, cum oppositum possit sustineri.

SVMMARIVM.

1 *Stante prohibitione fabricandi an censuarij Territoriorũ ad opus fabricandi teneantur soluere census conuentos ante banni promulgationem.*

2 *Refectiones ædificiorum comprehenduntur sub hac Pragmatica.*

3 *Statutum prohibens ædificium comprehendit nouum, & non vetus, sed vide num. 4.*

5 *Ædificium factum contra hanc pragmaticam est diruendum, & ita seruari testatur Author.*

COLLECTANEA. 78.

Super Pragmatica II. sub Rubr. de Aedificijs priuatis prohibitis.

Li mesi passati, &c.

HAbetur hic, quod ædificia priuata non construantur in suburbijs, Ciuitatis Neapolis, & alijs locis descriptis sub pœna aureorum mille.

1 Pro ornatu quæro, an † stante tali prohibitione censuarij Territoriorũ ad opus fabricandi teneantur soluere census conuentos ante bãni promulgationem, vide Laratham in conf. 6 vbi hoc discutit, & refert decisum in S.C. penes Magistrum Actorum Ciofum iunctis aulis referente Consiliario Finitio aliquos fuisse condemnatos soluere medietatem censuum, aliqui integrum, & cum aliquibus supersessum.

Sed in terminis pragmaticæ scias,
2 quod † sub prohibitione ista de non construendis ædificijs in suburbijs nõ continentur refectiones veterum ædificiorum, nam possunt vetera ædificia refici cum diuersum sit nouum ædificium construere, & vetus reficere ad text. in l. 1. §. enimuerò, ff. de itine-
3 re actuque priuat. & † statutum prohibens ædificium comprehendit nouum, & non includit veteris refectio-
4 nem † dummodo vetus ædificium nõ sit funditus destructum, nam tunc diceretur nouum ædificium, & non idem vetus, vt in suo casu in operis noui nunciatione dixit Afflict. decis. 392. vbi etiam Vrsill. num. 3. vnde refectio veteris ædificij, quod fieri in loco publico est prohibitum debet fieri iuxta mensuram, altitudinem, & latitudinẽ antiquam, & non vltra, nam aliter esset noua constructio, vt probat mihi text. in l. Seia in fine, ff. de aur. & arg. leg. l. 3 in fine, §. reficere, ff. de itiner. actuque priuat.

5 Et aduerte, quod † si fuerit ædificatum in suburbijs prædictis contra formam huius pragmaticæ, & aliarum subsequentium, ædificium debet statim dirui arg. text. in l. quicunque, C. de oper. public. & ita quotidie seruatur, & in specie pluries proprijs oculis vidi exequutum in Suburbio Virginum, vbi moror.

SVMMARIVM.

1 *Quid obseruet Curia Archiepiscopalis Neapolitana, quando agitur de matrimonio contrahendo, & est suspicio, ne puella inferatur violentia.*

2 *Refertur decisio Rot. Rom. prædicta obseruantia conformis.*

3 *Adductio puellæ de loco ad locum non suspectum expensis vtriusque fieri debet.*

4 *Pupillus mortuo patre penes quem educari debet.*

5 *Arbitrio iudicis relinquitur coram quo pupilli sint educandi mortuo patre.*

6 *Iudex potest arbitrari, vt pupillus reducatur penes vitricum, si agnatis, & cognatis placebit, & an penes substitutum. num. 7.*
8 *Pupillus potest ali penes matrem arbitrio iudicis, etiamsi ad secunda vota transierit.*
9 *Iudex arbitrabitur etiam an pupilli debeant ali penes auis an maternam.*

COLLECTANEA 79.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Educatione puellarum, & matrimonijs earum.

Don Petrus Fernandez, &c.

HAec pragmatica tendit in fauorem pupillorum ad obuiandas fraudes, quæ eis possent fieri circa eorum Maritagia ab illis, penes quos resident educationis causa.

1 Ego noto hic † Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam obseruare, quod quando agitur in ea de matrimonio contrahendo, & est suspicio, ne puellæ inferatur violentia, & consensus eius non sit liber ponit eam in aliquo loco tuto, nempè conseruatorio mulierum, aut alio honesto loco ad finem explorandi eius volūtatem, & aliter non concedit licentiam contrahendi, & si iudex dubitat de voluntate puellæ maritandæ, potest eligere domū honestæ matronæ, in qua puella veniat, vt possit eius voluntas explorari, vt fuit obseruatum in explicatione voluntatis Don Beatricis de Gueguara nunc Marchionissæ Sanctę Agathæ, & in alijs casibus videte Vrsill. in decis. 113. & Franc. Marc. in decis. 306. vol. 2.

2 Et nota † in Rota Romana fuisse dictum in vna Hipporegien. matrimon. 3. Martij 1589. coram Comitulo, puellam, de qua erat dubium ne uì contraheret esse adducendam ad ciuitatem Mediolani extra locum suspectum propter Principis loci timorē, & in ciuitate Mediolani esse collocādam in aliquo Monasterio non suspecto, vt exploretur eius voluntas, an

3 consentiat habere talem in virum, † & hanc adductionem esse faciendam expensis communibus ipsius sponsæ, & sponsi, quia negotium erat commune, & sponsus pretendebat contraxisse cum ea, cognouisse eam, & amborum intererat iudicare super validitate matrimonij, sed aduerte, quod generalis suspicio omni vsu cōseruatoriorum pro exploratione tali facienda non est admittenda, vt fuit in facto decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana.

Verum quia in hac pragmatica fit mētio de educatione pupillorū, ideo

4 quero † penes quem pupillus educari debeat mortuo patre, de quo vide Annā in sing. 395. vbi refert decisum, quod filia Mag. Aloisiæ Brancaciæ vxoris Don Pauli de Magnanis Præsidentis Regiæ Cameræ educaretur in Monasterio referente quadra Comissario, iuxta quam sententiam millies decisum antiquis temporibus, & in specie in causa filiæ Comitissæ Montellæ, dicit Anna filius in cons. 33. & ad materiam vide Mart. in decis. 236. vbi quærit, apud quem educari debeat filius minor triennio, vbi ex aliqua causa coniuges simul stare non possunt, & dicit iudicatum esse penes matrem, & legite nouissimè Thesaur. in lib. 3. quæst. Forens. decis. 26. vbi quod

5 licet ex l. 1. C. vbi filius educ. deb. † relinquatur arbitrio iudicis resoluendum penes quem mortuo patre pupilli morari, & educari debeant, quæ in re multam diligentiam adhibere iudex debet, & seuerum se præbere, & non misereri matri petenti, vel alijs affinibus, sed debet solum attendere id, quod vtilius erit pupillo, licet in dubio pro matre erit iudicandum, quando non transiuit ad secunda vota, sed quoties in matrem caderet suspicio, & iudex videret propinquos contendere super educatione pupilli bene

benè faciet, si penes optimum præceptorē educari mandabit, & si fœmina sit, curabit, vt in Monasterio educetur, sicque dicit factum fuisse per Senatum in causa filiæ Domin. Galeatis de Ceuadi 19. Ianuatij anno 1558. referente Senatore Gueriilo, & vide Mastrill. in decis. 230. & 235. par. 3. qui nonnulla cumulat in materia.

6 Et scias † posse iudicem arbitrari, vt pupillus educetur penes vitricum, si agnatis, & cognatis ita videatur, Faber decis. 1. C. vbi pupil. educ. deb. Itē apud substitutum Viuius decis. 16. vbi
7 etiam dicit † posse iudicem à testato
8 ris voluntate discedere. Item † potest arbitrari, vt alatur penes matrem, etiam si ad secunda connolauerit vota, intelligendo, dummodo matrimonium per matrem contractum fuerit iuxta morem nobilium huius ciuitatis Neapolis, secundum quem mater numquam filijs succedit, quandocunque ab intestato decedentibus, & ipsa, & Vitricus honestæ essent vitæ Franc. decis. 350. & potest arbitrari,
9 † vt penes auiam maternam educetur etiam testatore aliter disponente Gramat. decis. 55.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes absque licentia ordinarij veniunt puniendi, ita quod possunt excommunicari, num. 2.*

COLLECTANEA. 80.

Super pragmatica I. sub Rubr. de elemos. non pet. absque licen.

Perche altre volte si è fatto banno &c.

MAndatur hic, quod elemosinas non perquirant incedentes in habitu confratris, exceptis confratribus in scriptis.

Pro ornatu videas D. Ricc. in de-
2 cis. 85. par. 2. vbi querit † si medicantes absque licentia ordinarij veniant puniendi, & recenset, quod in Synodo
2 Diœcesana ciuitatis Neapolis † est lata excommunicatio contra quærentes elemosinas pro pauperibus, vel locis pijs absque licentia Curiæ Archiepiscopalis dictæ ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæc pragmatica concordat cum dispositione iuris communis.*

2 *Emens rē furtiuam non potest recuperare pretium.*

3 *Dominium rei furtiuæ consumpta, vel transformatæ si ad pristinam formā reduci potest non dicitur quæsitum.*

4 *Emens res depredatas ab hostibus publicis non tenetur ad restitutiones.*

5 *Emens res furtiuas ignoranter licet actione furti non teneatur, tenetur tamen restituere.*

COLLECTANEA. 81

Super pragmatica I. sub Rubr. de Emptione, & venditione.

Perche Noi semo informati. &c.

EMptio quarumuis rerum mobilium non fiat, nisi à verò domino sublata cautela emendi nomine domini hoc dicit.

1 Hic nota, quod † Nostra pragmatica in eo, quod reprobat cautelam illā emendi nomine domini videtur assentire dispositioni iuris communis, de quo tamen, vide Benintend. in decis. Bonon. 34. Ludouic. in decis. Perus. 42. & vide pariter ad ornatum materiæ decisionem Cappellæ Tholosanæ 151 & decis. Franc. Marc. 8. par. 2. vbi
2 etiam quod † emens rem furtiuam non potest recuperare pretium.
3 Quid sit res furtiua sit cōsumpta, vel in aliam speciem transformata, vide Franc. Marc. in decis. 7. par. 2. vbi si ad pristinam formam reduci potest

Q 2 demi-

dominium quæsitum non dicitur, & Idem si malam fidem habuit.

Scias tamen † nostram pragmaticam non habere locum, nec procedere in emente res depredatas ab hostibus publicis, nam illas non tenetur restituere vero domino, nisi prius restituatur sibi pretium ad textum in l. Mulier ff. de capt. & postlimin. reuers. ad cuius ornatum vide Rot. Auenion. apud Laurent. in decis. 30. & decis. 127.

5 Item emptor Rei Furtiuæ ignoranter licet actione furti teneri non videtur, tenetur tamen rem ipsam tantummodo domino restituere absque eo, quod possit precium repetere, verumtamen si rem ipsam nomine domini emerit eo comparente, & petēte restitutionē rei, emptor ipse pretium recuperabit si vtile negotium gesserit pro domino, & id declaratur quando emptor pro modico pretio emisset, quia tunc vtile domini negotium gessisse videtur, secus si magno pretio, vel quanti res valeret emisset, tunc enim non videtur vtile negotiū domini gessisse, & consequenter tenetur eam restituere, & non repetit pretium, vt in facti contingentia fuisse decisum in Magna Curia Vicariæ tradit Afflict. in cap. 1. §. Raptoribus colum. 2. num. 6. de pac. iuram. firm. vide Cabal. in resolut. 292.

S V M M A R I V M.

1 *Ex obligationibus factis absque interuentu pecuniæ non oritur naturalis obligatio.*

2 *Ex huiusmodi obligationibus nulla actio datur.*

3 *Competit repetitio per condictionem indebiti, si aliquid fuerit solutum ex huiusmodi obligationibus.*

COLLECTANEA 82.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Emptione, & venditione.

Sentendosi reclamare &c.

Mandatur hic, vt emptiones factæ absque interuentu pecuniæ valgò dictæ pattiti sint vsurarij, & nō valeant.

Aduertas, quod dū per hanc pragmaticam declarantur nullæ tales em
1 ptiones sequitur, vt ex eis † nec natu
2 ralis oriatur obligatio † & ideo nedū ex illis nulla actio datur, sed etiam si
3 fuerit aliquid solutum † competit repetitio per cōdictionem indebiti iuxta tradita per Viuium in decis. 369. & per Magon. in decis. Lucens. 13.

S V M M A R I V M.

1 *Dotis causa habetur pro pia.*

2 *De causa dotis incidenter intentata potest cognoscere iudex ecclesiasticus.*

3 *Fauore dotis verba enunciatiua probationem faciunt.*

4 *Moratoria concessa per principem debitori non comprehendit causam dotis.*

5 *Exceptio hostica non obstat agenti pro dote.*

6 *Fideiussio non promissa præstatur fauore dotis.*

7 *Multa, & alia infinita priuilegia enumerantur fauore dotis à num. 8. vsque ad totum 26.*

27 *Quæ dicatur leca piare emissiuè.*

COLLECTANEA 83.

Super pragmatica V. sub Rubr. de Emptione, & venditione.

Quoniam, &c.

Disponitur hic, quod liberātiæ nō vendantur, nec cedantur, nisi pro

pro dote ecclesijs, & locis pijs.

1 Nota ex hac pragmatica † dotis causam haberi pro pia, vt etiam tradit Boer. in decisio. 41. & est expressè videre penes D. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neap. 217. par. 2. vbi ex hoc
2 dicit decisum † de causa dotis incidenter intentata posse cognoscere iudicem Ecclesiasticum, & propterea
3 † dos habet multa priuilegia, nã eius fauore verba enunciatiua probationem faciunt Verall. decis. 288. par. 1.
4 Item † moratoria concessa per principem debitori non comprehendit causam dotis Franc. decis. 219. qui in
5 decis 286. decisum refert † exceptionem Hosticã non obstare agenti pro
6 dote, & in decis. 218. tradit † fideiussionem non promissam præstari debere fauore dotis. & in decis. 182. scribit
7 † mulierem intercedere posse pro dote, non obstante Velleiano, licet secus pro antefato, & fauore dotis videmus ipsam dotem detrahi de fideicommisso, etiam stante in cõtrarium expressa testatoris prohibitione, Sur-
8 dus decis. 62. & † proxeneta prohibitus testificari fauore dotis admittitur ad testificandum Benintend. de-
9 cis. Bonon. 61. & † fauore dotis quis constituitur in mora absque interpel
10 latione Viuius decis. 425. † eiusdemque quoque fructus pariter sine interpellatione dentur Magon. in decis.
11 Flor. 83. † & ipsius fauore præstatur assensus nõ obstante delicto viri nõ-
12 dum accusato Afflict. decis. 385. † & bona mariti eius fauore sunt tacitè hypotecata Thoming. decisio. 36. &
13 † eius fauore mulier præfertur cunctis anterioribus creditoribus nõ expressam habentibus hypotecam Cappella Tholos. decis. 217. Camera Imperialis in suis decis. litera H. versic.
14 Hypoteca, † imò præfertur etiã expressam habentibus hypotecam, vt per Minsinger. in obseruat. 13. cent. 4.
15 † & filia pro dote de paragio agere potest cõtra tertios possessores, Grã-
16 mat. decis. 91. & ipsius † dotis fauore non debetur Laudemiam Guid. Pap. decis. 48. Valasc decis. 113. Papon. Arrest. 24. lib. 13. Mainard. decis. 29. libro 3. Thesaur. decis. 139. in fin. Faber in decis. 55. C. de iure emphyteot. qui in
17 decis. 13. C. de iur. dot. scribit † mulierem habere priuilegium dotis etiã pro expensis, quas fecit in lite iniu-
18 sta si dolo careat, & hinc † dos, nec propter mariti, nec ob patris maleficium perditur Minsynger. obseruat.
19 193. cent. 3. vbi etiam † quod dotis fauore potest Ecclesia se interponere non tantum in fauorem viduarũ, sed etiam mariti petentis dotem promissam ex cap. nuper, & cap. per vestras
20 de donat. inter vir. & vxor. † & fundus dotalis non potest alienari, etiã si cõsentiat mulier ex l. Iulianus. ff. de fundo dotal. nisi iuramentum interueniat, quo casu alienationem valere dicit tex. in cap. cum contingat, de iure iur. & ca. quamuis de pactis in 6.
21 asserens etiam † dotis causam dici
22 summariam, in eaque † iudicẽ posse dilationes ex officio abbreuiare ex l. 1. ff. solut. matr. & Clem. dispendiosã,
23 de iudic. Item, quod † sub obtentu rerum annotarum dicit nõ posse impediri dotis restitutionem, l. 1. §. ta-
24 ceat. ff. de rei vxoriæ act. & quod † filia etiam in patria potestate constituta in dote aduentitia absque patris consensu in iudicio stare potest, licet in profectitia sit secus, allegat Auth. quod locum. C. de collat. scribẽdo pariter in dubio non præsumi dotem in sociorum bonis communicatam ex l. actione, §. fin. cum l. seq. ff. pro socio, & quod quamuis in luitioné pignoris fructus computentur in sortẽ, aliter dicit esse in pignore dato propter
25 dotem, & † quod fauore dotis mandatum morte mandantis nõ expirat, nec hæres potest reuocare, nisi defunctus reuocauerit ex tex. in l. si ego, ff. de iur. dot. l. si pater. ff. man. vind. &
26 † quod pro dote possunt bona minorum obligari allegat tex. in l. lex quæ, C. de administr. tut. & alia in fauorẽ dotis

dotis adducit, quæ penes ipsum videre poteris.

27 Verum † quia nostra pragmatica loquitur etiam de locis pijs, si vis scire, quæ dicantur loca pia, adde quæ scripsi in pragmatic. 5. de causis decidendis, & in pragmatica 1. de legatis pijs.

SVMMARIVM.

1 *Concubina receptatrix sui amasij furis non punitur.*

2 *Condemnati pro crimine furti signantur in spatulis ferro equino igneo.*

COLLECTANEA 84.

Super pragmatica X. sub Rubrica de Emptione, & venditione.

Per la moltitudine delli furti.

IN hac pragmatica dantur plura capita pro extirpatione furũ ab hac Ciuitate Neapolis, & sic alias fuit mandatum per Comitem Mirandæ sub die 13. Iulij, vt in pragmat. vltim. hac ead. Rubric. & demum fuit hæc pragmatica renouata per Comitem Oliuares sub die 14. Octobr. 1598.

Sed quia in § *& perche* prohibentur receptari tam fures, quàm bona per ipsos furto subtracta, vide Peguer in decis. 25. vbi aliqua habes ad materiã, & faciunt infra adducta in pragmatica 1. sub Rubrica de receptatoribus malefact.

1 Verum limita † concubinam receptatricem sui Amasij furis non esse puniendam, vt per Afciam in decisio. 128. vbi refert, quod dum in anno 1590. esset captus Matthæus de Mola insignis latro, & bona reperta penes eius concubinam, quæ manebat in terra Rutiliani fuit carcerata, & ipsa in R. P. Audien. Baren. fassa est omnia bona furata sibi tradita à Matthæo concubino, fuit decisum Matthæum esse suspendendum, & in frustra diuidendum, & dictam concubinam absoluendam, prout absoluta fuit, & sic alias ipsum iudicasse recenset.

2 Et quatenus in §. fin. mãdatur † cõdennatos pro hoc crimine debere in vna ex spatulis signari igneo ferro equino, vide de Ponte in decis. 14. & ita vidi seruatum in terra Pistitij in personam cuiusdam vulgò chiamato (Tanubio) qui fuit verberibus cæsus, & deinde taliter signatus, quod vulgari sermone dicitur, bollato.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones probari debent ab illo, qui eas opponit, etiam si negatiua sit impossibilis. nu. 2.*

3 *Exceptio non allegata non prodest.*

4 *Exceptio solutionis potest quandocunque opponi.*

5 *Exceptionem solutionis opponens, non fatetur debitum.*

6 *Exceptio transactionis etiam post litem contestatam opponitur.*

7 *Exceptio transactionis impedit executionem, si victor sciuit latam sententiam pro se, alias executio non retardatur.*

8 *Exceptio iuris iurandi impedit litis ingressum, ita quod nec ad merita refer atur. num. 9.*

Exceptio iuris iurandi opposita ad impediendum litis ingressum per emptorem rerum feudalium contra alienantem petentem reuocari alienationem non militat; ibid.

10 *Exceptio periurij impedit processum ad vlteriora.*

11 *Exceptio periurij non impedit successorem.*

12 *Exceptio iuris iurandi transit ad hæredes actiue tantum.*

COL-

COLLECTANEA 85.

Super pragmat. I. sub Rubr. de Except.

Quicunque exceptionem solutionis, &c.

MAndatur hic, quod exceptiones litis decisorias opponentes, & non probantes puniantur.

Depromitur ex hac pragmatica,
1 quod † probari debent exceptiones ab eo, qui illas proponit, cum reus in exceptionib. sit actor, l. in exceptionibus, ff. de probat. leg. 1. & 2. ff. de except. Cornazzan. in decis. Lucens. 79. Bellon. in decis. Genuæ 102. Cartar. in
2 decis. 20. ita quod † debet probari exceptio ab excipiente, etiam si sit negatiua impossibilis, Surd. in decisione
3 104. qui in decis. 24. tradit, quod † si non allegetur exceptio non prodest ea ratione, quod iudex non debet impartiri officium suum non petenti, l. 3. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect.

Verum dum fit mentio hic de exceptione solutionis, pro ornatu aduerte,
4 quod † solutionis exceptio quandocunque opponi potest, ita quod temerarij sunt iudices, qui aduersus imminentem exequutionem exceptionem solutionis non admittunt Magon. in decis. Florent. 44 Milanens. in decis. Sicil. 14. lib. 2. vbi dicit quod solutionis exceptio non dicitur exceptio, sed factum perimens obligationem, quamuis Afflict. in decisio. 52. dixerit in Sacro nostro Consilio fuisse reseruatam ad merita causæ.

5 Sed an † opponens exceptionẽ solutionis videatur fateri debitum petitum, vide Magon. in decis. Florent. 44. & 81. vbi negatiuè, confiteri enim non censetur aduersarij agentis intentionem, qui ad excludẽdum ius actoris exceptionem opponit, l. non vtique, ff. de excep. cap. exceptionem de regul. iur. in 6. cap. cum venerabilis, extra eod. tit. Milanens. in decis. Sicil. 3. lib. 2. Cacher. decis. 0.178 Bellon. in decis. Genuæ 38 & 91.

Et dum hic fit mentio etiam de exceptione transactionis, nota quod
6 exceptio transactionis, etiam post litem contestatam aliquando opponitur vt est videre apud Puteum in de-
7 cis. Rot. Rom. 367. par. 3. & † exceptio transactionis impedit executionẽ, si victor sciuit latam sententiã pro se, alias executio non retardatur Minsynger. in obseru. 91. cent. 3. vbi sic iudicatum fatetur.

Similiter dum fit mentio de exceptione iuris iurandi, aduerte quod
8 † ista exceptio iuris iurandi impedit litis ingressum, & processum ad vlteriora Afflict. decis. 285. ita quod dicta
9 † iuris iurandi exceptio impedit taliter processum ad vlteriora, quod nec ad merita reseruatur. Idem Afflict. in decis. 63. quem sequitur Triuisan. in decis. 2. lib. 1. licet exceptio iuris iurandi opposita ad impediẽdum litis ingressum per emptorem rerum feudalium contra alienantem reuocare alienationem petentem nõ militat Franc. in decis. 391.

10 Et nota, quod † exceptio periurij opposita impedit processum ad vlteriora, & opposita operatur, quod periurus non audiatur, quia est litis finitę, & ad vlteriora procedi nequit, nam est processus annullatiua repelliturque ab agendo, Franc. Marc. in decis. 708. vol. 1. Cacher. decisio. 142. Grammat. decis. 66. Minad. in decisi.
11 2. quamuis † hæc periurij exceptio non impediat, nec liget successorem Cassador. in decis. 2. de iur. iur. Cãtuc. in decis. nouis. Rom. 97. par. 2.

12 Sed an † exceptio iuris iurãdi transeat ad hæredes actiuè tantum quod ipsi valeãt hanc exceptionem opponere vide Vrsil. in decis. 285. qui concludit affirmatiuè, & sic decisum ait in S. C. & exceptio rei iudicatę, an obstet agenti quando in sententia dictũ est,

Digitized by Google

est, citra præiudicium iurium oppo-nentis, negatiuè decisum refert Franch.in decis.289.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori in expẽsis est semper condemnandus amplia,vt num.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. limita num 13.14.15.16.17.18.*
19 *Expensæ ob retardatum processum statim debentur, & amplia nu.20.*
21 *Expensæ an debeantur de omnibus instantijs quando sententiæ sunt diuersæ remissiuè.*
22 *Condemnatio expensarum in secunda instantia quando fieri possit.*
23 *Expensæ debentur pro rata victoriæ.*
24 *In causis attentatorum quid obseruetur circa expensas.*
29 *Expensæ an liquidentur iuramento.*
26 *Iudex declarans se incompetentem potest condemnare in expensis*
27 *In taxatione expensarum quid veniat.*

COLLECTANEA 86.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Expensis.

Temeritatem, &c.

STatuitur hic, quod sententia debeat continere expressam cōdemnationem expensarum nullo iure cit ca hoc reseruato, concordat cum tex. in l. terminato, C. de fruct. & lit. expens.

Pro Choronide firmatur regula,
1 quod † victus victori in expensis est condemnandus Triuis. decisione 62. parte 1.

Amplia primo hanc conclusionē
2 † procedere, & habere locum etiam data processus nullitate, nam adhuc expensæ debentur Afflict.decis.70.

3 Amplia secundo, † expensas deberi etiam in mutatione iudicij, quia mutans dicitur temerarius Put.decisio.374.par.2.

4 Amplia tertio, vt † etiam si fuerit liti renunciatum expensæ adhuc debentur, & sunt reficiendæ Capp.Tholos decis.17.

5 Amplia quarto, vt † expensarum cōdemnatio intelligatur de omnibus instantijs Puteus decis.246.part.2. Amat.decis. Marchiæ 73.

6 Amplia quinto, vt † etiam peti possint per victorem impensæ aduocatorum, & procuratorum, qui gratis seruierunt, dummodo remittantur animo remunerandi, aliàs non, Rot.in antiq.decis.38. de sententia, & re iudicata.

7 Amplia sexto, vt † etiam actor teneatur in expensis si succubuerit Grāmat.decis.87.

8 Amplia septimo, vt † victus teneatur in expensis, etiam si iustam causā habeat litigandi Rip.obseru.62.

9 Amplia octauo, vt † absens teneatur etiam ad expensas, siue sit actor, siue reus Minsynger. centur.4. obseruat.67.

10 Amplia nono, vt † & si nō facta fuerit impensarum taxatio in sententia victus non censetur ab expensis absolutus Chartar.decis.1.

11 Amplia decimo, vt † iudex teneatur victum in expensis condemnare, etiam si procedit ex officio, Crescen. decis.1. vt lit. pendent. vbi etiam voluit, quod expensæ attentatorum reuocatorum ex officio debeãtur parti.

12 Amplia vndecimo, vt † intrusus cedens liti debeat in expensis condemnari Crescent. decis. 4. de renunciat. & facit decis. eiusd.3. de re iudic. Gugliel.decis.Rot.Spirens.145.part.1. licet cedens liti non malitiosè euitet condemnationem expensarum Crescent.decis.5. de causa possess. & proprietat. tamen quando cessio non acceptatur renuncians non tenetur ad expensas per officium iudicis, sed per actionem Bellamer.decis.14.

13 Amplia duodecimo, vt † expensæ debeantur etiam in causa criminali, siue agatur per viam inquisitionis, siue

ne accusationis Franciscus Marcus decis.774.par.1.Boer.decis.324.

Hæc regula tot ampliationibus il-
14 lustrata † potest etiam limitari, & primo non procedit in aduocato, & procuratore in causa propria, nam li citè non possunt expensas petere Rota in antiq.decis.451. de sent. & re iudic.Minsynger.obseruat.2.centur.1.

15 Limita secundo, † non procedere in mutatione tituli in iudicio beneficialium, quia eo casu expensæ nō debentur Rot.diuers.decis. 217. libro 3. parte 3.

16 Limita tertio, † non procedere, quando lis finitur per transactionem initam inter partes, quia si partes super negotio principali transegerunt expensæ non debentur Minsynger. obseruat.48.centur.4. licet contrarium asserat Guid. Pap. decis.55. Cappella Tholos.decis.5.

17 Limita quarto, † expensas aliàs solutas ob contumaciam restituendas non esse de Franchis decis.332.

18 Limita quinto, vt † si adesset statutum, quod victus condemnetur pro expensis victori, tale statutum non comprehendat victum si habuerit iustam causam litigandi Ludouic.decis. Perus.52.

Ad materiam est etiam animad-
19 uertendum, quod † expensæ ob retardatum processum statim debentur Minsynger. obseruat.23.part.1. quod
20 † procedit etiam ob retardatam executionem, & solui debent cum ipsa executione Guglielm.decis.Rot.Spi-
21 rens. 145. part.1. & † expensæ an debeantur de omnibus instantijs, quando sententiæ sunt diuersæ, vide Veral.
22 decis. 179. part 1. & † condemnatio expensarum in secunda instantia, quando fieri possit vide Minsynger. obseruat.89.centur.2.Guid.Pap.decisione 138. & malè appellans in vno capite tenetur reficere nouas expensas factas Puteus decis.410. libro 1. & expensarum condemnatio intelligitur de omnibus instantijs idem Put. decis.246. libr.2. Amat.in decis.73. & iudex à quo appellatum est immediatè post appellationem interpositam expensas taxare potest, in quibus appellantem condemnauit, quia nihil de nouo facere videtur Cappell Tholos. decis.466. & appellatus succumbens an ad expensas teneatur, vide distinguentem Franciscum Marcum in decis.244.Gail.obseruat.151.libr.1. &
23 † expensæ an debeantur pro rata victoriæ affirmatiuè Boer. decision.74.
24 † In causa autem attentatorum expensæ quomodo taxentur ante causam principalem vide Rot. Rom. in nouis decis. 5.de dol. & contum. & in
25 antiq.37.de sent. & re iudic. † expensæ aliquando liquidantur per iuramentum Afflict.decis.70. & an debeantur probatur semiplenè cum iuramento vide Thesaur.decis.Pedemont.237. & litis expensæ an debeantur successori, vel hæredibus defuncti vide Seraph.
26 decis.761. par.1. & † iudex declarans se incompetentem potest condemnare in expensis, & illas taxare Gail. ob-
27 seruat.34.par.1.& † in taxatione expensarum quid veniat, vide eundem Gail.obseru.151.par.1.

SVMMARIVM.

1 *Adducitur ratio præsentis pragmaticæ.*

2 *Prohibita extractione lignorum censetur pariter prohibita nauium extractio.*

3 *Extrahens prohibita amittit animalia, & alia non prohibita extrahi, vt numero 3.*

5 *Statutum prohibens extrahi frumentum extenditur ad farinam limita, vt numero 7.*

6 *Appellatione materia venit materiatum.*

8 *Quæ sit pœna sancita contra extrahentes remissiuè.*

COLLECTANEA 87.

Super pragmatica VIII. sub Rubr. de Extract. animal.

Banno, è commandamento, &c.

PRohibet extractionem auri, & argenti etiam immuli à locis extra Regnum, aut per transitum cum declaratione, quando hoc delictum dicatur consumatum.

1 Huius pragmaticæ † ratio est, ne deficiat in Regno, iuxta tradita per Afflict. in decis. 290.

2 Et scias, quod † prohibita extractione lignorum, censeatur pariter prohibita nauium extractio, vt decisum est

3 per Boer. in decis. 177. & † extrahens prohibita amittit animalia, idē Boer.

4 in decis. 177. † & amittit etiam alia nō prohibita Thesaur. Filius in quæst. forens. 52. & pragmatica denegans extrahi frumentum extenditur etiā

5 † ad extrahentem farinam Mastrill.

6 decis. 139. ex quo infertur † ad decisionem Rot. Auenionen. de qua per Laurent. in decis. 62. vbi fuit dictum, quod

7 † appellatione materiæ venit, & materiatum, licet prohibitio extractionis granorum ab aliquo loco, vt conseruetur vbertas, non extendatur ad exteros extrahentes fructus bonorū propriorum Thesaur. in decis. 152.

8 Quæ autem † sit pœna sancita cōtra extrahentes frumenta vide latè Ludouic. in decis. Perus. 80. vbi multa habes cumulata.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus vigore pragmaticæ extrahere pecuniā si citra fraudem aliquis extraxerit non incurrit pœnam banni.*

2 *Alienatio rerum Ecclesiæ sine debitis solemnitatibus est prohibita, quod limita, vt num. 3.*

4 *Doctor sacrorum Canonum si alienauerit bona Ecclesiæ, & allegauerit bonam fidem non excusatur.*

5 *Minori, si fuerit Doctor denegatur restitutio in integrum.*

COLLECTANEA 88.

Super Pragmatica X. sub Rubric. de Extractiobe animalium.

Anchora che à tempo, &c.

HIc statuitur non posse extrahi à Regno monetam argenteam. Tu vide Annam in allegat. 58. & 132.

1 vbi † prohibitus vigore pragmaticæ extrahere pecuniam, si citra fraudem aliquis extraxerit non incurrit pœnā banni, & sic dicit decisum in Sacro Consilio.

2 Ad quod facit quod licet † alienatio rerum Ecclesiæ sine debitis solemnitatibus sit prohibita Capyc. decis. 16. Papon. Arrestor. Curiæ lib. 1. titu. 13. arrest. 3. Franciscus Marcus decis. 1078. volu. 1. Gram. decis. 79. Cacher. decis. 99. Ludouic. decis. 93. Lancell. decis. nouiss. Rom. 18. volum. 1. Magon. decis. Florent. 69. Cæsar de Graff. decis. 360. de Frāchis decis. 35. Faber in suo Cod. tit. 38. decis. 6. Maynard. decis. Tholos. 7. lib. 2. Oliuarius decis. 178. num. 1. volum. 2. ita quod incidit in censuras extrauagantis ambitiose de reb. ecclesiæ non alienand. ta-

3 men † hoc non procedit in alienante absq. fraude, & bona fide Sayr. decis. 12. de reb. ecclesiæ non alienand.

4 quod † sublimita in doctore Sacrorū Canonum, & homine sagaci, & negotiorum experto, vt decisum in curia Archiepiscop. Neapolitan. refert D. Ricc. in decis. 122. par. 1. cui sublimitationi suffragatur decis. Boerij 350. Guid. Pap. 88. & Bal b. 396. qui scribūt

5 † minori Doctori denegari restitutionem in integrum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dispositio huius pragmaticæ non procedit in causis criminalibus.*
2 *Producens testes falsos non tenetur declarare si intendit vti testibus ante terminum datum reo ad se defendendum aduersus querelam factam.*
3 *Quomodo practicetur, vt quis possit dici vsus testibus falsis.*
4 *Petens declarationem circa vsum testiũ debet subiungere causam, quia vult illos redarguere de falso.*
5 *Subornans testes an puniatur pœna falsi remissiuè.*
6 *Dispositio nostræ pragmaticæ procedit contra principalem, si testes falsi per procuratorem inducti fuerint.*
7 *Rusticus committens falsum à pœna ordinaria excusatur.*
8 *Pauper dicitur miserabilis persona.*
9 *Virgines dicuntur miserabiles personæ.*
10 *Vniuersitates inter miserabiles personas connumerantur.*
11 *Senes dicuntur miserabiles personæ.*
12 *Mulier habens virum inutilem inter miserabiles personas connumeratur.*
13 *Clericus pro rebus ecclesiæ habet electionem fori.*

COLLECTANEA 89.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Falsis.

Testem falsum &c.

MAndatur hic, quod producentes testes falsos, iisque vtentes vltra amissionem causæ, puniantur pœna falsi cum testibus.

Nota pro ornatu, huius pragmati-
1 cæ † dispositionem non procedere in causis criminalibus, sed in ciuilibus tantum, vide Annam in allegat. 2. vbi
2 refert decisum in S.C. quod † non tenetur producẽs testes declarare si intendit vti testibus ante terminum datum reo ad se defendendum aduersus querelam factam, nec per solam productionem testium antequam fuerit reo præfixus terminus ad præcisè respondendum Laurent. in decis. Rot.
3 Auenion. 50. & ideo non sufficit sola productio testium falsorum, vel scripturarum, vt quis dicatur vsus testib. vel scripturis falsis, sed requiritur expressa declaratio, quod vult vti ipsis testibus, & scripturis productis præcedente interrogatione, seu instantia partis aduersæ pro huiusmodi declaratione facienda, & ita seruatur in practica Afflic. in decis. 189. vide ad ornatum Viuium in decis. 71. vbi in terminis huius pragmaticæ tradit de declaratoria vsus, vel non vsus testiũ quomodo sit facienda ad euitationẽ falsitatis, & si debet, & potest fieri in criminalibus, sed quando quis teneatur facere simplicem declarationem vide Franc. in decis. 173. & aduertas,
4 quod † petens declarationem circa vsum testium debet subiungere causam, quia vult illos redarguere de falso, aliàs non est facienda declaratio Caualc. in decis. 39. par. 5. & ad materiam vide decisionem Gaspar. Tesau. in quæst. Forens. 15. lib. 1. vbi benè ha-
5 bes † si subornans testes puniatur eadem pœna falsi, qua punitur falsum testificans, & quæ sit pœna huius delicti, & qualiter probetur, & pro euitãda hac pœna vide Surd. in decis. 282. vbi agit propriè de intellectu statuti, quod vtens falsis testibus cadat à causa, & quando testes vere falsi dici possint.
6 Et scias † dispositionẽ nostræ pragmaticæ procedere contra principalẽ, si testes falsi per procuratorem inducti fuerint Veral. in decis. 196. part. 3. & in decis. 197. ead. parte.
7 Nota pariter quod † rusticus committens falsum a pœna ordinaria excusari debet Afflic. decis. 155.
Seddum in fine nostri tex. excipiũtur ecclesiæ, pupilli minores, mulieres, aliæque miserabiles personæ, am-
8 plia primo excipi etiam pauperes, †

quia pauper dicitur miserabilis persona, & ideo gaudet fori electione, vt per Viu. in decis. 222. & Crescent. in decis. 16. de priuileg. Afflict. decis. 25. & Franc. decis. 608.

9 Amplia secundo excipi etiã † Virgines, cum tales similiter personæ miserabiles reputentur, vnde habent fori electionem, vt fuit decisum in facto in Pretorio Granatensi, & pluribus vicibus fuit iudicatum in facti cõtingentia in Regia Audientia Apuleæ, & in Magna Curia Vicariæ, & in nostro Sacro Regio Consilio teste Vinio in decis. 65. Fran. in decis. 100. vbi refert tale nostrum Sacrum Consiliũ consueuisse indistinctè iudicare Virgines inter miserabiles personas, quo ad fori priuilegium nulla habita distinctione, an habeant animum perpetuó permanendi in Virginitate, vt sunt moniales, aut nubendi Mastrill. decis. 127. Castill. decis. 48. Giurba decis. 82. quod procedit etiam si virgo agat pro stupro in eam commisso aduersus stuprantem vt iudicatũ in Sacro Consilio dicit Franc. in decis. prędicta, & in decis. 599. & etiam si habeat patrem, sub cuius potestate sic, vt pluries decisum in Magna Curia Vicariæ, & in Sacro Consilio affirmat idem Fran. in d. decis. 100. licet aliter fuerit decisum per idem Sacrum Consilium ad fauorem Notarij Curialis, quam vltimam decisionem sequebar in facti contingentia de anno 1620. dum essem de voto requisitus à dilectissimo Genitore meo D. Ioanne Dominico Nouario I. C. Celeberrimo, Veridico, & summo practico.

10 Amplia tertiò † Vniuersitates excludi, cum vniuersitates inter miserabiles personas reponantur, ex quo pariter fruuntur beneficio electionis fori, vt fuit decisum per regiam audientiam principatus citra, & Basilicatæ, & per Magnam Curiam Vicarię confirmatum, sicque tradit Farinac. in decis. Rot. Rom. 862. & ego Nouarius habui in facto, & obtinui semel,

11 Amplia quarto † excludi etiam Senes, cum ipsi similiter inter miserabiles personas connumerantur, quare gaudent fori electione Afflic. d. decis. 25. Franc. decis. 608.

Sed quod pupillus dicatur miserabilis persona, tu videas Thesaur. in decis. 177. vbi quod propterea gaudet fori electione, etiam si lite incepta sit factus adultus, vt in apostilla dicit decisum pariter Gaspar filius in Senatu Sabaudiæ, licet aliter sit vbi conueniretur ex contractu paterno, nam eo casu non posset eligere forum Franc. decis. 234. & 364. Viu. decis. 250. vt etiam non habet electionem fori, quando haberet auum, sub cuius potestate remaneret Franc. decis. 671.

De ecclesia autem loquitur Capy. in decis. 160. & Franc. in decis. 234. & de muliere Vidua scribunt Raudens. in decis. Pisan. 46. Franc. decis. 257. sicque iudicatum fuisse in facto in Sena-
12 tu Parisiensi reperio, imò etiam † Mulier habens maritum inutilem, puta bannitũ, vel ad Regias Triremes dãnatum adhuc miserabilis persona reputatur Gail. obseruat. 44. Viu. decis. 197. vbi testatur sic pluribus vicibus in anno 1585. fuisse iudicatum in Regia Audientia Apuleæ, qui in decis. 27. idem asserit de clericis reponendo eos pariter inter miserabiles personas ad effectum habendi electionem fori, vt etiam habetur per Fran. in de-
13 cis. 597. vbi quod † clericus pro re ecclesiæ habet fori electionem, non autem pro bonis proprijs, & si in persona sit offensus habet pariter electionẽ fori in agendo contra eos, vt castigentur Afflict. decis. 257. & sic nos reportauimus dũ in facto instabamur à quoquam Reuerend. Abbate Ciuitatis Auersæ de hoc anno 1621.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo falsitas dicatur constare ex eisdem actis remissiuè.*

2 *Causa criminalis non impedit ciuilem,*

Pen-

3 *Pendente causa criminali potest intentari ciuilis, & è contra.*
4 *Quando actio ciuilis cum criminali cumulari possit remissiuè.*
5 *Iudicium criminale vsurarum non impeditur per iudicium ciuile*
6 *Causa falsitatis orta super ciuili non supersedetur de iure Regni.*

COLLECTANEA 90.

Super pragmat. II. sub Rubrica de Falsis.

Cum frequentius, &c.

IN hac pragmatica habemus, quod falsitatis quæstio non impediat causæ principalis expeditionem, nisi constet ex eisdem actis. Tu videas de iure communi tex. in l. 2. & l. pen. C. de falsis, & in l. fin. C. de ordin. iudic. vbi cõmuniter omnes.

1 † Quomodo autem falsitas dicatur constare ex eisdem actis, vide Afflict. in decis. 229. & Capyc. in decisio.
2 25. & quod † causa criminalis non im pedit expeditionem causæ ciuilis, vide Afflict. in decis. 103. referentem decisionem Sacr. Consil. posse in vtraque causa procedi, verum debet expectari exitus causæ criminalis, idem Afflict. in citat. decis. 229. Capyc. in decisione 25 & aliquid per Franch. in decisione 147. & per Grammat. in decisio.
3 60. & † pendente causa criminali potest intentari ciuilis, & è conuerso Viuius in decisio. 136. dummodo non coram diuersis iudicibus, quia tunc diceretur continentia causæ diuidi Puteus in decis. 228. lib. 1. & Cappella Tholos. in decis. 22. & Viu. cit. decisio. referens decisionem Regiæ Audientiæ Barensis, & quando iudex, qui de causa criminali cognoscit potest etiã
4 de ciuili cognoscere, & † quando actio ciuilis cum criminali, & è contra cumulari possunt, vide Put. in decis. 275. lib. 1. & Thesaur. in decis. 18. vide etiam Fabrum in decis. 1. & decis. fin. C. quando ciuil. actio. & vide etiam pulchram decis. Bellam. 400.

Ad materiam nouiter vide etiam Martam in decis. Pisan. 52. vbi firmat
5 † iudicium criminale vsurarum non impediri per iudicium ciuile, & vide
6 Asciam in decis. 61. vbi quod † orta causa falsitatis in ciuili non supersedetur hodie in Regno, & quando, & nouissimè Mastrill. in decis. Sicil. 220. part. 3. vbi causa criminali pendente an supersedendum sit in ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio huius pragmaticæ extenditur ad Notarios.*
2 *Quid in eo, qui fabricauit falsitatem per rasuram literarum in priuilegio Regio.*

COLLECTANEA 91.

Super pragmatica III. sub Rubr. de Falsis.

Testes insuper falsos, &c.

1 ORdinatur, quod † testes falsi, qui iterant falsitatem pœnam mortis naturalis incurrant, & ita de Notario loquendo tradit decisum Frãc. in decis. 440. licet si instrumentum sit completum à Notario, sed in eo testes nondum sunt subscripti, an sit idẽ est videndus Caualc in decis. 34. parte
2 5. De † eo autẽ, qui fabricauit falsitatem per rasuram literarum in priuilegio Regio, vide Decisionem Sacri Cõsilij penes Afflict. in decis. 404.

SVMMARIVM.

1 *Testis falsus in causa capitali punitur morte, quod amplia vt nu. 2.*
3 *Referuntur casus, in quibus testis falsus excusatur à pœna huius pragmaticæ.*
4 *Testis vbi prætenditur falsus, an possit ex-*

ex eodem processu condemnari remissiuè.

5 *Testis eo ipso, quod pecuniam recipit falsum committit.*

6 *Falsitas testium probatur coniecturis.*

7 *De falso hodie agi non potest, nisi criminaliter.*

8 *Falsum committit Notarius stipulans inter ignotos accedente dolo malo.*

9 *Suspicio falsi, quando pro veritate habeatur remissiuè.*

COLLECTANEA 92.

Super pragmatica IV. sub Rubrica de Falsis.

Quoniam falsorum testium, &c.

LOquitur de testibus falsum deponentibus in criminalibus, siue illos instruētibus vltimo supplicio eos esse puniendos, in ciuilibus verò manus obtruncatione, & perpetuo exilio.

1 Quod † testis falsus in causa capitali puniatur morte est Decisio Senatus Cathaloniæ apud Peguer. in decisione 19. etiam si reus habuit gratiam Cabal. in resolut. 165. Cacher. in decisione 19. Ludouic. in decis. Lucens. 15.

2 sic † pariter testis, & accusator falsus in crimine proditionis patriæ morte punitur Gram. ex decisione Rotæ Auenionensis 98. apud Laurent. quod si causa capitalis non fuerit, sed minoris pœnæ testis falsus ad pœnam capitaliter non tenetur, sed ordinaria falsi pœna puniendus est Cabal. in d. resolut. crimin. 165.

3 Aduertas autem † in pluribus casibus excusari testem falsum à pœna ordinaria huius pragmaticæ, & primò quando falsarius nullum emolumentum consequutus esset Ruiz in decis. Lituaniæ 5. vbi sic decisionem illius Senatus recenset, sic pariter quando eius falsitas non esset nociua, vel apta nocere, vt ex decisione Rotæ Romanæ apud Veral. in decisio 5. par. 2. sic etiam quando pars nullo fuerit incommodo affecta Cornazzan. in decis. 111. Ita similiter vbi appareret oblitio ex decision. Viuij 64. & sic quoque quando falsitas esset in tempore, vel in circunstantijs non substantialibus, iuxta decisionem Rotæ Romanæ, de qua per Farinac. in decis. 47. qui in decis. 116. idem iudicatum refert, quando falsitas non esset sufficienter, ac concludenter probata, ac ita, & taliter, quod nullo modo veritas haberi possit, & ita etiam potest dici si falsum deposuerit, ante quā iurauerit, Minsynger. in obseruat. 80. centur. 3. licet contrarium, & melius meo quidem iudicio resoluat Cabal. in resolut. 69. sic pariter limitatur in Rustico Magon. in decis. Lucens. 43. & sic etiam, procedit in deponēte falsum in circunstantia negotij, & non super facto principali, in quo consistit substantia negotij, vide Grammat. in decis. 47.

4 Sed quæro † testis, vbi prætenditur falsus an possit ex eodem processu cōdemnari est decisio Sacri Cōsilij Neapolitani apud Capyc. in decis. 60. & an testes vtriusque partis inter se cōtrarij sint puniendi de falsitate negatiuè Grammat. in decis. 60. & falsitas testium quomodo probanda Cappel-

5 la Tholosana in decis. 284. & † testis eo ipso, quod pecuniam recipit, an falsum committat affirmatiuè eadem Cappella in decis. 285. Franc. Marc. in decis. 487. par. 1. & ob falsitatem testis actor si non probauit, an lucretur, negatiuè Surd. in decis. 282. & testis falsò negans cum attinere parti quomodo puniendus, vide Cabal. in resolut. 34. qui in resolut. 39. tradit quomodo puniatur testis verum falsò deponēs, & ille ad hoc subornans, & in resolut. 165. tradit qualiter puniatur testis falsus contra fiscum, & quod testis falsus, & corrūpens tenentur ciuiliter

6 ad damnum, & † num falsitas probetur

tur coniecturis, decisum affirmatiuè in ciuilibus, & in his, quæ sunt difficilis proba tionis Verall. in decis. 4. par. 1. de gradibus, & pœnis falsi vide Fabrum in decis. 13. C. de falsis, in quo titulo habes plures alias decisiones ad materiam falsitatis, quarum prima
7 est, † quod de falso non potest hodie agi, nisi criminaliter, & præcedenti solemni inscriptione, nec rursus contra eum, qui producit instrumentum, quin prius actum sit contra Notariu
8 viuentem. secunda est, † quod falsum committit Notarius, qui stipulatur inter ignotos, aut ignotos testes adhibet accedente dolo malo. tertia est, vt plus credatur Notario, quam testibus instrumentarijs, nisi cum agitur criminaliter de falso. quarta est, vt Notario dicenti falsum esse instrumentum, nūquam credat in præiudicium partis. quinta, quod inter coniunctas personas silet falsi accusatio, sed procurator Fisci, item, & accusationem exequi hoc casu potest, & debet. sexta dicit, quia pœna falsi ordinaria mors est. septima dicit iustam inquirendi causam esse contra eum, qui id facit, quamuis mandante altero, quod non nisi in malos vsus, & falsi committendi gratia destinatum esse possit. octaua dicit, quod qui agit criminaliter de falso etiam cum solemni inscriptione non cogitur pati carceres, quia pœnam pecuniariam subire solet. nona recenset eum, qui dixit se nolle vti instrumento, quod produxerat, non est super falsitate pronunciandum, sed tantum super nullitate. decima tradit, quod etiam contra priuatam scripturam necessaria est solemnis falsi inscriptio, qui autem falso instrumento vti voluit ad alias probationes postea admittendus non est. vndecima dicit, quod quisquis falsum instrumentum producens debeat clarè respondere, an eo vti velit, nec ne, nec tamē punitur etiam si eo vsus sit, si non falsum probetur, quamuis suspectum.
9 † Quando autem suspicio falsi pro veritate habeatur, & quando non, ita quod ex ea possit sequi condemnatio est videndus Viuius in decis. 81. & cōsulens falsitatem, an, & quomodo puniendus Garzia in decis. 91. & siq; ex qua falsitate transactio fieri possit, vide Grammat. in decis. 43.

SVMMARIVM.

1 *Iudex plus vero petentem tenetur etiam condemnare in expensis.*
2 *Pragmatica hæc non procedit in eo, qui petijt tantum, & non exegit. Limita etiam vt num. 4. & 5.*
3 *Clericus præsentans apochas falsas banco, & non exigens pecuniam non punitur pœna ordinaria.*
6 *Clausula omni modo meliori facit cessare pœnam petentis plus debito.*

COLLECTANEA 93.

Super pragmatica VII. sub Rubr. de Falsis.

Item essa fidelissima Città, &c.

Disponitur hic, quod bis debitū repetentes puniantur pœna hic taxata. Ad materiam facientia tu videas per Cabal. in resolut. 260. & Viuium in decis. 340. vbi quod † iudex plus vero petentem tenetur etiam condemnare in expensis. 1
2 Limita primo, † non procedere in eo, qui petijsset tantum, sed non exegisset cum effectu, etiam si ad actum executionis deuenisset, vidē Barz. in decis. 76. & sic fuit decisum p M. C. V. ad relationē in Sacro Consilio in Aula Consiliarij Sanchez de Luna in causa Marsilij Murroni, quod facit Decisio Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, de qua per D. Ricc. in decis. 70.
3 vbi † clericus præsentans apocas falsas banco, & non exigens pecuniam non fuit punitus pœna ordinaria, ex generali consuetudine Italiæ non punitur affectus, nisi sequuto effectu Gram-

Digitized by Google

Grammat.decis.2.Thesaur. decis.243. Mastril.in decis.155.Ludouic.in decisione 8. & quod petens debitum solutum non incidat in crimen stellionatus,nisi effectualiter exegerit est decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana,vt per D.Ricc.in decisione 40. parte 1.

4 Limita secundo, † vbi non esset dolus, nam petens plus debito si appareat non fecisse cum dolo excusatur vide Decisionem Bononiæ apud Barzium in decis.76. & ita iudicauit Regia Audientia Apuleæ de mense Iunij de anno 1584. vt per Viu. in decisione 340.

5 Limita tertio, † vbi in libello esset apposita clausula saluo iure superflui, vt per Ludouic.in decis.Perus.51.qui in decis.117.sic pariter dicit procedere,

6 vbi esset apposita † clausula omni modo meliori, quæ facit cessare pœnā petentis plus debito, & operatur, vt actus valeat omni modo, quo valere potest, vt fuit dictum in Rota in vna Maceraten.Tutelæ 25. Octobr.1577. coram Lancellotto, & in causa Romana Rescissionis Transactionis 20. & 27. Nouembris 1585. coram Blanchetto.

COLLECTANEA 94.

Super pragmat. VIII. sub Rubric. de Falsis.

Li anni passati, &c.

HIc statuitur, quod ad infligēdam pœnam mortis naturalis his, qui præsentant in banchis publicis apocas falsas sufficit depositio principalis cum comparatione literarum, etiam si non sit sequuta numeratio. Idem quoad scribentes dictantes, consignantes, & participantes, etiam si dirigantur locis pijs, & arcæ generalis Thesaurariæ.

Ibi, *cum comparatione literarum.* Ad ipsius versiculi ornatum nota, quod

1 † comparatio literarum facit indicium libello famoso Franc. Marc. in

2 decis.730.part.2. Item † comparatio sola in literis missiuis sufficit, vt decisum testatur Vrsil.in decis.181. & cōparatio literarum sola sufficit ad condemnandum existentibus multis partitis debitoris exiguam summam continentibus, vt decisum refert Anna in sing.374.

Et dum dicitur, etiam si non sit sequuta numeratio, aduerte contrariū seruari in Curia Archiepiscopali Neapolitana apud D.Ricc. in decisio.70.

3 par.1.vbi quod † clericus præsentans apocas falsas banco, & non exigens pecuniam non est puniendus pœna ordinaria.

Aduertas autem in hac materia,

4 quod † principalis in recognitione apocæ per ipsum facienda, an sit scripta eius propria manu non tenetur recognoscere si ostendatur sibi sola subscriptio, sed est exhibenda integra apoca, vt valeat inspicere, & legere totum tenorem ipsius apocæ, vt per Franch. in decisione trecentesima quarta.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio literarum facit indicium libello famoso.*

2 *Comparatio sola in literis missiuis sufficit.*

3 *Clericus præsentans apocas falsas in banco, & pecuniam non exigens non punitur.*

4 *Principalis obligatus ad recognitionem apocæ non tenetur recognoscere si ostendatur sola subscriptio, sed est exhibenda integra apoca.*

SVMMARIVM.

1 *Iudiciarius actus in die feriato exerceri non potest, & propterea sententia tali die prolata non valet, ita quod de consensu partium nequit ratificari, & nequit in causa appellationis confirmari, num. 2.*
3 *Patrocinium die feriato non est prastandum.*
Statutum contra ferias ad Dei honorē non valet. ibid.
4 *Feria, in quibus causis non obstant.*
5 *Audientia testium potest committi in diebus feriatis.*
6 *Feria Romana Curia debent obseruari à Nuncio misso ad aliquem locum.*

COLLECTANEA 95.

Super pragmat. I. sub Rubr. de Ferijs.

Illustres, & Magnifici viri, &c.

CAlendarium dierum festorū obseruandum in tribunalibus Regijs hic reformatur, & sic agitur de materia feriarum, propterea firma
1 conclusionem, quod regulariter † nullus actus iudiciarius in die feriato exerceri potest, l. dies festos, C. de ferijs, vnde sententia lata die feriata in honorem Dei, vel sanctorum est nulla, nec aliquam meretur executionē Iaffred. in decis. 253. qui ampliat, vt nec consensu partium ratificari possit talis sententia, cum sit defectus iurisdictionis, sicque etiam dicit in sententia lata tempore feriarum in vtilitatem hominum introductarū, quæ est nulla, nec ratificari potest, nec tacitè, nec expresse.
2 Ita quod † sententia nulla ex eo, qd in tali die est lata nequit in causa appellationis cōfirmari Gratian. in decisi. Rot. Marchiæ 144. & testes cogi neque possunt in tali die feriato ad deponendum stāte renunciatione par-
3 tium Thesaur. in decisi. 39. † Neque patrocinium est præstādum in die feriata, Amat. in decis. 22. & statutum contra ferias ad Dei honorem nō valet Franc. Marc. in decis. 410. par. 1. & sententiæ executio non fit cōtra tertium non auditum tempore feriarū Bellamer. in decis. 713.
4 Verum † in causis pupillorum, miserabilium personarum, & in causa alimentorum, & similium feriæ non obstāt Amat. in decis. 83. & vide Peguer. in decis. 53. vt etiam feriarū exceptio possessorium restitutoriū non impedit, quo minus, intētari, & prosequi possit Cappella Tholos. in decisio. 159. Achil. de Grass. in decisi. Rot. Rom. vnic. de ferijs, similiter, nec feriæ obstant in causis attentatorum, fiscalibus, publicis, & ecclesiasticis Amatus decis. 26. & in criminalibus quando liceat in ferijs procedere, & sententias exequi, vide Peguer. in d.
5 decis. 53. & num † audientia testium possit committi in istis diebus affirmatiuè Crescent. in decis. Rot. Rom. vnic. de ferijs, & num exequutio sententiæ fieri possit in die feriato in honorem hominis decisum affirmatiuè Capel. Tholos. in decis. 158.
6 Sed quæro pro ornatu materiæ † Nūcius Apostolicus ad aliquem principem destinatus, quas ferias obseruare tenetur S. Romanæ Curiæ, vel Ciuitatis illius, in qua ipse residet vide Triuis. in decis. 31. lib. 1. vbi quod tenetur obseruare ferias Romanæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor idoneus quis dicatur, & nume. 2.*
3 *Fideiussor in dubio idoneus non præsumitur.*
4 *Nobilis, potens & impetuosus homo non reputantur idonei fideiussores.*
5 *Fideiussorem, qui tenetur dare, non potest dare pignus.*
6 *Cautio iuratoria quando sit danda, & in*

in quibus casibus detur, nu. 7.

8 *Cautio iuratoria non datur in criminalibus, nec debitori suspecto de fuga, nec aliàs periuro.*

COLLECTANEA 96.

Super pragmatica II. sub Rubrica de Ferijs.

Illustres, & Magnifici viri collateralis, &c.

MAndatur hic quod feriæ carceratorum pro debito Ciuili non prorogentur absque licentia Excellentissimi proregis, & fideiussores in ferijs recipiendis sint idonei.

Pro cuius ornatu aduertere debes,
1 quod † fideiussor ille idoneus est, licet sit pauper, & immobilia non possideat, qui habet principalem diuitẽ vide Franc. in decis. 480. imò quando principalis est multum diues fideiussor non est dandus, vt per Afflict. in decis. 171.
2 Item † idoneus fideiussor dicitur, qui communiter habetur, tenetur & pro idoneo reputatur Farinac. in decis. Rot. Rom. 814. in nouissimis par. 4. & quis dicatur fideiussor hoc totũ iudicis arbitrio remitti testatur Sur
3 dus in decis. 320. vbi etiam quod † in dubio fideiussor non præsumitur idoneus, nisi probetur, vt dixit etiam in decis. 295. ex l. si verò, §. qui pro rei vbi glos. ff. qui satis dar. cog. & aduerte,
4 quod † nobiles, potẽtes, & impetuosi homines, & qui arces inexpugnabiles habitant pro idoneis fideiussoribus non reputantur Cappella Tholos. decis. 196. Gama in decis. Lusit. 21. Gail. obseruat. 27. lib. 2.
5 Sed quæro † an carceratus, qui tenetur dare fideiussorem dãdo pignora æquipollentia liberetur negatiuè Vinius in decisio. 335. & si sint multi, qui contrarium teneant, tanquã ma-
6 gis æquum, & aduerte quod † si carceratus debitor non potest idoneum reperire fideiussorem admitti debet ad iuratoriam cautionem, qui enim aliter non potest satisdare, eò quia non reperit fideiussorem iurata prius per eum impotentia admittitur ad iuratoriam cautionem capit. per vestras de donat. inter vir. & vxor. c. fin. de sent excom. in 6. l. 1. §. super, C. de asser. toll. §. si vero crimen Auth. vt null. iudic. Surd. decis. 141 Cacher. decis. 70. Guid. Pap. in decis. 189. vbi in-
7 quit, quod † etiam in materia, Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offerend. conceditur ista iuratoria cautio, vt dari in causis renisionis dixerunt Franc. Marc. in decisio. 496. & Gail. obseru. 155. lib. 1. & hinc etiam dicit Ludouic. in decis. Perus. 63. par. 2. quod si princeps alicui ob eius paupertatem concedit dilationem, sufficit ista iuratoria cautio, ad quam admittuntur etiam Forẽses, vt per Gail in obseru. 26. libr. 1. vt mater vel auia suscipientes tutelam admittantur ad hanc cautionem Thesaur. quæst. Fo-
8 ren. quæst. 21. lib. 1. † licet nõ detur in criminalibus, vt per Boer. in decisio. 349. vt nec debet dari debitori suspecto de fuga Cornazzan. in decisio. Lucens. 59. vt nec etiam debet dari alias periuro ex traditis nouissimè per D. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapolit. 114. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Soror maritata de bonis fratris ab eius successione excluditur, in viuentibus iure Francorum, sed quid in viuentibus iure Longobardorũ, vide nu. 2.*

COLLECTANEA. 97.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Feudo.

Vniuersis, & singulis, &c.

1 STatuitur, vt † in viuentibus iure Francorum soror maritata de bonis

nis fratris ab eius successione exclu-
2 datur, secus si de bonis patris, at † in viuentibus iure Longobardorũ sufficit, quod sit dotata à communi patre, vt excludatur. Tu videas Afflict. in decis. 248. & in occurrenti casu, dũ prætenderetur per Ducem Andegraniæ feudum deuolutum ob mortem Comitis Mileti ad se spectare nullo hærede existente, fuit pronunciatum cõtra ipsum, & soror admissa, ex quo mater sua non fuerat maritata de bonis fratris, & sic ex persona matris poterat fratri succedere Gram. in Rit. M.C.V. incip. sanè pro parte mulieris. nu. 6. fol. 152.

Circa exclusionem tamen sororis à successione fratris, quando fuit dotata de bonis eius, vide Franch. in decisio. 328.

SVMMARIVM.

1 *Assensus ad filiam spuriam Neapolitanam non ortam in hac ciuitate Neapolis, cuius mater non erat Neapolitana non porrigitur.*
2 *Assensus censetur præstitus, & extenditur etiam ad antefatum.*
3 *Assensus capituli concessus mulieribus Neapolitanis pro eorum dotibus super bonis feudalibus exigendis in casu soluti matrimonij an extendatur ad maritatas.*
4 *Capitula, quæ se restringunt in vnum casum non extenduntur ad alia.*
5 *Assensus vigore capituli concessus mulieribus Neapolitanis, vt censeatur præstitus in bonis feudalibus locum habet in dote confessata si præcesserit promissio amplia nu. 6.*
7 *Assensus capituli Neapolitanis cõcessus pro dotium restitutione mulieribus Neapolitanis non iuuat ipsis si deficeret obligatio bonorum feudalium.*
8 *Assensus Regius vigore capituli censetur inesse in quacunque obligatione feudali pro dotis restitutione, & cõseruatione vltra casum obligationis viri, vel socerі.*
9 *Assensus capituli concessus istis mulieribus Neapolitanis pro obligatione bonorum feudalium procedit si maritus, seu dotans successore careat.*
10 *Assensus præstitus vigore capituli Neapol. obligationibus bonorum feudalium pro restitutione dotium, & antefati mulierum Neapolitanarũ nubentium intra, vel extra Neapolim si adueniente casu mortis fieret adiudicatio vxori pro concurrenti summa dotium, & antefati, & ipsa immitteretur in possessionẽ feudi adiudicati, & decesseris absque filijs de corpore tali fundo succedat fiscus, nel ille, qui dotem dederat, vel frater, vel soror.*
11 *Assensus capituli concessus istis mulieribus extenditur etiam ad bona feudalia soceri, si ipse simul cum filio obligauerint bona ipsa.*
12 *An assensus prædictus habeat locum in subfeudis, in quibus requiritur baronis assensus pro obligatione.*

COLLECTANEA. 98.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Feudis.

Item supplicano che attento la Città di Napoli &c.

Dispositum est hic, quod pro dotibus Neapolitanorum intelligatur præstitus assensus, sed non † porrigatur hic assensus ad filiam spuriam Neapolitanam nõn ortam in hac Ciuitate Neapolis, cuius mater nõ erat Neapolitana, negatiuè decisum per Sacrum Consilium, Franch. in decis.
2 452. & † an censeatur præstitus, & extendatur etiam ad antefatum; Affirmatiuè decisum refert in S. Consilio Vrsil. in decis. 385. licet contrariũ decisum in Regia Camera pluries dicat Camerarius in l. Imperialem fol. 86. lit. D. de prohibit. feud. alien. per
3 Federic. & an † assensus capituli concessus Mulieribus Neapolitanis pro

corumdotibus super bonis feudalib. exigendis in casu soluti Matrimonij extendatur ad maritatam, quod si præcesserit matrimonium, non autem instrumentum dotale, quia post capitulum fuerat confectum instrumentum dotale, vt ea de re casus iste sub capitulo comprehẽdatur. Scias, quod mens respexit futuram obligationẽ dotis, & non matrimonium futurum, vel preteritum, & ita fuit per Regiã Cameram Summariæ iudicatum in facti contingentia Camer. in d.l. Imperialem fol. 52. à tergo lit. V. & lit. H. fol. 58. annuit fuisse decisum in Sacro Consilio, quod si capit. Neapol. extendatur ad preterita intelligatur propter verba Capit. & alia in eisdem capitulis apposita in matrimonijs præteritis, quæ tempore confecti capituli non erant soluta, quia † si in vnum
4 casum se restringunt capitula nõ extenduntur ad alia, & † assensus vigore capituli cõcessus Mulieribus Neapolitanis, vt censeatur præstitus in bonis feudalibus, an locum habeat in dote confessata si præcesserit promissio, fuit iudicatum in Regiã Camera vnã
5 cum S.C. affirmatiuè † etiam in præiudicium tertij, & fisci. Idem Camer. in d.l. Imperialem fol. 57. lit. V. &
6 num † assensus capit. Neapol. concessus pro dotium restitutione Mulieribus Neapolitanis, an iuuet ipsis, si deficeret obligatio Bonorum feudalium, fuit decisum negatiuè, quod assensus ille non opitularetur, quia non habebat obligatio consensum, vt figeret pedes de Amic. in titulo de his qui feu. dar. poss. §. sequitur modo sub nu. 8. vers. & alias in ardua causa fol. mihi 244. & ita etiam fuit decisum in Sacro Cõsilio in causa Angelellæ de Capite cum Michaele Villa noua in anno 1573. vt refert addit. ad cap. 21. Regis Catholici fol. 43. registrata in pragmat. 3. hoc eodem titulo de feudis, &
7 † assensus regius vigore capituli an
8 censeatur inesse in quacunque obligatione feudali pro dotis restitutione, & conseruatione vltra casum obligationis viri, vel Soceri, affirmatiuè
9 decisum refert Minad. in cons. 3. & † an assensus capituli cõcessus istis Mulieribus Neapolitanis pro obligatione bonorum feudalium procedat, si maritus, seu dotans successore careat affirmatiuè decisum refert in causa Paridis Pappacodæ de Ponte de potest. proreg. in titulo de assensu regio
10 super dot. in princip. num. 34. & an † assensus præstitus vigore Capit. Neapol. obligationibus bonorum feudalium pro restitutione dotium, & antefati Mulierum Neapolitanarũ nubentium intra, vel extra Neapolim, si adueniente casu mortis fieret adiudicatio vxori pro concurrenti summa dotium, & antefati; & ipsa immitteretur in possessionem feudi adiudicati, & decesserit absque filijs ex corpore, rali feudo succedat Fiscus, vel ille qui dotem dederit, vel frater, aut soror, cum nõ reperiatur, feudum adiudicatum mulieri, & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, vel si forte vxor decederet ante adiudicationem, si in iure recuperandi dotes super feudo habeat patrem, fratrem, vel sororem in successorem, vt similiter censeatur præstitus fuit decisum per S.C pro fratre, vt succederet sorori, dum frater dotes dederat suæ sorori Nuptæ cuidam Nobili vigore capituli prædicti super feudo vide Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 12. &
11 num † assensus capituli concessus istis mulieribus extendatur etiam ad bona feudalia soceri, si ipse simul cum filio obligauerit bona ipsa affirmatiuè decisum in Camera dicit Idẽ Frec. vbi supra quæst. 13. & sic alias indicatum in causa Galeatij Farnesij cum Duce Andriæ meminit de ponte de potest. proregis in titulo de assensu regio in princip. num. 14. vide Garziã
12 in decis. 95. sed an † assensus prædictus habeat locũ in subfeudis, in quibus requiritur Baronis assensus pro obligatione, fuit decisum in S.C. non esse

esse præstandam assistentiam cũ adiudicatione super quodam casali ob defectum assensus Baronis, & sic est decisio Garziæ 56.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio huius pragmaticæ procedit etiam in mulieribus naturalibus Neapolitanis.*

COLLECTANEA. 99.

Super pragmatica III. sub Rubr. de Feudis.

Item supplicano, che tutti, &c.

HAbes hic, quod assensus pro bonis feudalibus intelligatur præstitus in beneficium mulierum Neapolitanarum, vel Nuptarum Neapolitanis, etiam super contractu Mutui dependente ex dote.

1 Amplia dispositionem † istius pragmaticæ procedere, & habere locum etiam in mulieribus, & filiabus Neapolitanis naturalibus tantum, prout fuit decisum in causa D. Lauræ Acquauiuæ Filiæ Naturalis Ducis Neritonis, & alias fuit iudicatum in causa D. Iuliæ de Medicis Filiæ Naturalis Magni Ducis Hætruriæ, & sic ipse pluribus quippe vicibus consultus respõdi, præsertim in hoc anno 1621.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur quæstio an patruus, vel nepos succedat in feudo.*

2 *Referuntur sententiæ, quæ transierunt in rem iudicatam pro decisione propositæ quæstionis, quas vide nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

COLLECTANEA 100.

Super pragmatica VI. sub Rubr. de Feudis.

Item si supplica &c.

ORdinat præsẽs pragmatica, quod patruus in feudalibus succedat nepoti.

Hic quæro, & propono illam Magnam inter Doctores Nostros altercationem, num † in successione Regni, vel feudi præferatur nepos patruo, an è contra patruus nepoti, & patruum præferri nepoti voluerunt multi, quos hic non refero, quia non

2 sũt decisionarij, & † ita determinauit quo ad Regna vtriusque Siciliæ in cõtradictorio iudicio Clemẽs Quintus Sũmus Pontifex ad fauorẽ D. Roberti Regis in Ciuitate Auenione Authore, & patrono pro ipso Rege Bartolomeo de Capua, tunc temporis I. C. percelebri, & exclusus fuit Carolus Humbertus appellatus Caroli Martelli primogeniti Caroli Secundi Regis filius vt in Clem. Pastoralis de re iudicata:

3 In Senatu, seu consilio Portugalliæ siue Lusitaniæ fuit prolata sententia pro Dom. Roderico Patruo contra nepotem Dom. Didacum Cibo, vt ex memoria facti retulit Anton. Gamm. in decis. Lusitan. 307. & ita Bellamer. in decis. 724. Minsyng. obseruat. 23. cẽtur. 3. Gama in decis. Lusitan. 307. Gaspar Thesaur. in quæst. Forens. sine decis. 35. lib. 1. Vigel. in decis. 33. centur. 1. & secundum hanc opinionem fuit ad fauorem nepotis pro terra Roccha Guglielmæ iudicatum contra patruum per Pium Pontificem, vt retulit Afflict. in cap. 1. num. 20. de natura success. feudi.

4 Scias tamen quod † per Regem Robertum in Ciuitate Auenione fuit iudicatum prò nepote cõtra patruum, scilicet contra Iacobum de Seuerino super

super comitatu Marsici, & comitatu Ciuitatis Sanctæ Seuerinæ in eadem causa apud Calabriã Citra contra comitem Tricarici secundo genitum duobus Cardinalibus præsentibus, vt apparet in consilio Oldradi 224. in fine.

5 Idem Robertus Rex anno 1324. die 11. Februarij similiter pro nepote contra patruum iudicauit in causa Leonardi de San Franiundo, refert Anton. Capyc. in consuetud. Neap. si moriatur, titul. de success. ab intest.

In anno 1349. die 5. Decembris per Reges Lodouicum, & Ioannam coniuges fuit iudicatum pro Ioannella filia Ioannis Cannellę primogeniti excluso Marino Cannella patruo secundo genito, vt retulit idem Capycius in loco supra allegato.

6 In anno 1418 die 11. Ianuarij † Regina Ioanna secunda decreuit pro Chaterina Filingera filia Iacobi Nicolai Filingerij Comitis Auellini consiliarij, nec non Marino Boffa Regni Cancellario Ioanne de Ponte Magno, & Petro de Pistorio iudicibus Magnæ Curiæ, nec non Ioanne Arcamono Balosio Listo Cardo de Caieta æurrillo Caracciolo loco de Griffis, & Abbate Rainaldo Vasallo, cuius decisio hodie attenditur in hoc Regno, estque lex notoria inter pragmaticas Regni sub tit. de feudis.

7 In anno 1558. mense Februario † Sacrum Consilium decreuit pro Domino Scipione Caietano filio Ducis Traiectæ contra D. Ferdinandum Caietanum patruum, vt refert Ioannes Angelus Pisanellus in dicto casu in eadem successione, vti refert in ea parte, & fuit postea in anno 1563. in dicta Regia Camera Summariæ confirmata in anno præfato fuit prolata sententia in personam Dom. Aloysij Caietani iunioris Ducis Traiecti contra Dom. Nicolaum Caietanum patruum.

8 In anno 1565. die 25. Martij † in Sacro Cõsilio fuit decisum ad fauorem Domini Martij Carrafæ Ducis Magdaloni exclusis Dominis Cæsare, & Ioanna Carrafa patruis.

In anno 1480. die 16. Maij, licet hoc antea dicere debuissem Rex Ferdinandus assistente Sacro Consilio decreuit pro Domina Mattia de Senercia vxore Domini Rogerij de Gesualdo pro oppidis Coliani, & Qualiettæ contra quosdam Caietanos, & de Bracamonte inuestitos per Principem Anrangiæ excluso Domino Amelis de Senerchia patruo, cui ex gratia fuit relictum oppidum Senerchiæ, cuius meminit Matth. de Afflict. in dict. cap. 1. num. 19. de natura successionis feudi.

9 In anno 1567. die 24. Maij † in causa status Magdaloni pro nepote contra patruum fuit decretum per Regiam Cameram Summariæ, & supremum Collaterale Cõsilium teste Ioanne Vincentio de Anna in singul. 356.

10 In Lusitania † fuit lata sententia pro Dom. Petro de Menses contra Dom. Telium de Mẽses patruum per Regem Alphonsum, vt refert Anton. Gam. in decis. Lusitan 307. sub nu. 14. ex infrascriptis Regijs Consiliarijs Dom. Ioanne Episcopo Conimbricẽsi Roderico Ioannis, Bartholomæo Gomez. Gonzalo Fernandez, & Ioanne Alphonso.

11 In eodem Regno in anno 1530. † fuit prolata alia sententia contra Petrum Nunium de India, Ferdinãdum Martinum, Sebastianum de Motos, Philippum Alphonsum, Gasparem de Carualmo, Rodericum Gomez de Pinharo, Antonium de Lian. Antoniũ Sanchez Brandam, & Antonium de Mota, retulit idem Antonius Gama in dicta decis. Lusitan 307.

SVMMARIVM.

1 *Depositio huius pragmaticæ ampliatur. vt num. 1.*

2 *Hac pragmatica excludit filiam spury*

rij Neapolitani nati ex matre extera.

COLLECTANEA 101.

Super pragmatica VIII. sub Rubrica de Feudis.

Item se supplica.

HIc habetur, quod assensus intelligatur præstitus mulieribus Neapolitanis, siue nuptis viris Neapolitanis etiam respectu antefati, & illius vsusfructus.

1 Declara † ampliando habere locũ hanc pragmaticam, etiam quod penes eundem debitorem adessent bona Burgensatica, vt semel decisum tradit Anna in Constitut. Regia Diuæ memoriæ, num. 240. licet alias fuit iudicatum contrarium in Sacro Regio Consilio in causa D. Victoriæ de Mara contra D Franciscum de Aquino penes Iubenum Actuarium.

2 Limita † tamen non procedere in filia spurij Neapolitani nati ex matre extera, vt est videre apud Franc. in decis. 452.

SVMMARIVM.

1 *Assensus censetur concessus per uerbum fiat emanatum in supplicatione.*
2 *Assensus est mera gratia præsertim in hoc Regno Neapolitano.*
3 *Per sigillum in aliqua scriptura factum arguitur.*
4 *Sigillum regulariter habet vim subscriptionis.*

COLLECTANEA 102.

Super pragmatica IX. sub Rubr. de Feudis.

Considerato il gran danno.

MAndat præsens pragmatica, quod Assensuum priuilegijs iã expeditis apponantur sigilla, & memorialibus obtentis per verbum fiat expediatur priuilegia iuxta formam Regiarum pragmaticarum, & ita Vrsil. in decis. 253. & vide Vinium in de-
1 cis. 240. aduertendo, quod † assensus censetur concessus per verbum fiat emanatum in supplicatione, vt per Afflict. in decis. 253. qui sic iudicatum refert per Regem Ferdinandum primum, & vide Franc. in decis. 663.

2 Et scias, quod † assensus est mera gratia præsertim in nostro Regno Neapolitano Afflict. decis. 398. Surd. decis. 220. Franc. decis. 665. eò magis si in concessione, adesset facultas alienandi assensu Regio reseruato, vt fuit decisum in causa Marchionis Menrachæ cum Octauiano Piscicello.

Ratio autem huius pragmaticæ est fundata vltra, quod ne fraudentur iura, & emolumenta Regij sigilli, nã sigillum est, quod probat Veral. deci-
3 sione 161. par. 3. † per sigillum in aliqua scriptura appositum factum arguitur, ac consensus, quorum est, quamobrem si Vniuersitatis est actũ legitimum præsumi facit Vinius de-
4 cis. 54. & ideo † sigillum regulariter habet vim subscriptionis Mouter. in decis. Arag. 12. & in materia sigilli, vide Gughelm. in decis. Rotæ Spirensis 225. par. 3. & Rotam in nouis in decis. 1. de probat. Mohed. decis. 21. de renunciat. Rot. in antiq. decis. 7. de offic. deleg. & Francisc. Marc. in decis. 989. & 990. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decisum habemus contrarium dispositioni huius pragmaticæ.*
2 *Hæc pragmatica extenditur ad assensus expediendos.*
3 *Assensus non operatur effectum suum à die expeditionis in Cancellaria Regis, sed solum à die, quo in Regno exécutoriatur.*
4 *Assensus præstitus, quod infra annum regi-*

registretur, nisi registretur, erit nullus.

5 *Assensus impetratus super alienatione facienda non operatur super alienatione iam facta.*

6 *Assensus præstitus super venditione feudi non extenditur ad pactum de retrouendendo.*

COLLECTANEA 103.

Super pragmatica X. sub Rubric. de Feudis.

Quia nouis, &c.

CAuetur, quod assensus præstiti super contractibus faciendis non valeant, nisi contractus ipsi celebrentur infra menses tres.

1 Totum † contrarium habemus decisum penes Annam in allegat. 55. verum si sequi volumus tenorem talis
2 pragmaticæ dicas † pragmaticã istã extendi ad assensus expediendos ab ip
3 so Rege, licet aduertere debeas † non operari effectum suum à die expeditionis in illa suprema Regis Cancellaria apud ipsum existente, sed solum à die, quo in hoc nostro Regno executoriatur, vt fuit in facto decisum in Sacro Regio Consilio iunctis duobus Aulis pro Marchione Burgentiæ contra Ducem Marsinę penes Actuarium Amatrudam.

4 Et scias, quod † assensus præstitus cum verbis, quod infra annum registretur, aliàs habeatur pro non præstito, ipso non registrato erit nullus, vt decisum in Sacro Consilio dicit Afflict. in decis. 235. & ita similiter in alio casu fuisse de nouo practicatum in eodem Sacro Regio Consilio testatur Georg. in alleg. 3.

5 Sed an † assensus impetratus super alienatione facienda operabitur super alienatione iam facta negatiuè Afflict. decis. 335. Franc. decis. 105. & vide Garziam in decis. 37. licet in facto in eodem Sacro Consilio fuerit iudicatum assensum præstitum super vẽditione facienda, si venditio reperiatur iam facta conualidare venditio-
6 nem. Et † assensus præstitus super vẽditione feudi, an extendatur ad pactũ de retrouendendo in eo appositum, negatiuè decisum in Sacro Consilio tradit Grammat. in decis. 76. & vide Surd. in decis. 220. & assensus impetratus super donatione feudi, in qua erat appositum pactum de reuocando, an prosit, negatiuè, ita quod talem venditionem corruere esse decisum in Regia Camera Summariæ tradit Lanar. cons. 73.

Et nota, quod assensus habetur pro præstito renuente, Domino, qui debet consentire Franch. decis. 310.

SVMMARIVM.

1 *Forensis habitans per decennium cum familia in regno prætendens alienare feudum, debet expetere assensum à Rege, nec sufficit assensus proregis quod limita, vt num.* 2.

3 *Assensus Domini requiritur in alienatione feudi.*

4 *Assensus in alienatione feudi debet esse expressus, & non tacitus.*

5 *Feudi locatio ad longum tempus nõ est licita absque assensu Domini, etiam si adfuerit iusta causa, vt nu.* 6. *& ampla, vt num.* 7.

8 *Feudum donatum pro certo seruitio renunciari non potest inuito Domino.*

9 *Feudi communicatio absque assensu, nec ipsam valet.*

10 *De feudo non potest fieri compromissum.*

11 *Feudum permutari non potest absque assensu Domini, nec etiam pignorari, vt num.* 12.

13 *Assensus subsequutus non validat alienationem factam cum clausula, saluo assensu regio.*

14 *Referuntur casus, in quibus in alienatione feudi assensus Regis non exigitur. num.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.

23.24.26.27.29.31.32.& 33. & vide num.36.

29 *In Regno Neapolitano alienans feudũ potest facere illius reuocationem. & num 28. non tamen potest possessionem propria authoritate capere, vt numero 30.*

34 *Feudum hæreditarium potest alienari absque agnatorum assensu, quod limita, num.35.*

COLLECTANEA 104.

Super Pragmatica XVII. sub Rubric. de Feudis.

Hallandose come saueys, &c.

DIspositio huius pragmaticæ tendit, & mandat, quod assensus in alienationibus feudorum per exteros in Regno à Regia Maiestate tantum
1 est expetendus. Sed † num hoc procedat in forense, qui habitauerit per decennium cum familia in Regno, ita quod ille etiam teneatur, & comprehendatur sub hac pragmatica, dicas de hoc esse decisionem factam iunctis Consiliarijs duarum Aularum ad relationem Consiliarij Riccardi in causa creditorum Marchionis Mariliani Ianuensis, in quorum graduatione succubuerunt creditores, qui habebant assensum proregis tantum, licet essent anteriores illis, qui obtinuerũt assẽsũ ab ipso Rege & sic est quotidiana praxis, & obseruantia, & alias fuit etiam decisum in Collaterali Cõsilio referente Regia Camera Summariæ, quod in cessione iurium, quæ forensis habet super feudum sufficiat Proregis assensus.

2 Declara tamen † dispositionem huius pragmaticæ in alienatione corporum feudalium, pro quibus debetur seruitium Regiæ Curiæ, non autem in cessione actionum, quas forensis habet super feudo, nam in huiusmodi cessionibus sufficit assensus Proregis Regni, prout cum magna causæ cognitione fuit iudicatum inter Regium fiscum, & creditores Marchionis Padulæ, super pretio Roccæ Imperialis facta relatione per Regiam Cameram in Sacro Collaterali Consilio sub die 13. Aprilis 1602.

Deducitur autem ex hac pragma-
3 tica † assensum Domini requiri in alienatione feudorum, & ita Guido Pap. decis. 162. Afflict. decis. 60. & decis. 265. Franch. decis. 663. Grammat. decis. 49. Reusner. in decis. 1. libro 2. &
4 decis. 22. lib. 4. qui † assensus debet esse expressus, & non tacitus iuxta Cõstitut. Regni Diuæ memoriæ, meminit Capic. in decisio. 156. Sed Domini consensus tacitus quando sufficiat, vide decis. Cameræ Imperialis apud Minsvnger. in obseruat. 87. par. 4. Nec
5 etiam est licita feudi locatio in perpetuum, vel ad longum tempus absque Domini consensu de Franch. d.
6 decis. 663. adeo, quod † nec æris alieni, nec famis, aut similis causæ intuitu alienatio, aut venditio permittatur, vt tenet Reusner. decis. 30. lib. 2.
7 & hoc † etiam vẽdicat sibi locum in parte feudi, quæ non potest alienari, vt tenet d. Reusner. decisio. 1. libro 2. contrarium tamen sentit Grammaticus d. decis. 49.
8 Sic etiam † feudum donatũ ad certum, & determinatum seruitium renunciari nõ potest inuito Domino, etiam si Dominus illius seruitia non remuneratus fuisset Afflict. decisione 307. Aufrer. ad Capel. Tholos. decis. 404. Gratianus decis. 65. & decisio. 87. Surd. decis. Maut. 11. Ampliatur etiã
9 † vt nec feudi communicatio puta vnius vniuersitatis, siue communitatis cum alia sine assensu Domini fieri possit, vt concludit Afflict. in decis.
10 254. Item amplia † quod nec liceat de feudo compromissum facere in arbitrũ, vel arbitratorem vt tenet Milanens. in decis. Siciliæ 1. lib. 1. & prima conclusio vendicat sibi locum, et si feudatarius post alienationem feudum recuperaret, quia iam per alie-

Digitized by Google

nationem feudum cecidit in cōmissum Gam. in decisio. Lusit. 274. quem refert, & sequitur Thess. decis. 53. libr. 1. extenditur etiam ad permutatio-
11 nem, vt † feudum permutari nō possit absque ipsius Domini consensu, licet Domini conditio ex ea permutatione melior fieret. Reusner. d. decis.
12 1. lib. 2. Ampliatur tamen † vt nec pignorari, nec obligari feudum sine Domini assensu possit, ac pignoris loco hypotecari, vt tenet Afflict. decisio. 286. Gram. decis. 103. Reusner. decis.
13 German. 1. libro 2. Item vt † facta sit alienatio saluo Regio, vel Domini assensu, & sit reuocatio feudi etiam si facta reuocatione assensus subsequatur non operabitur. Afflict. decisione 335. Capic. decis. 106. Vrsill. d. decisio. 335. & etiam si super alienatione facienda, quæ iam facta erat nihil proderit, vt dicit idem Afflict. d. decision. 355. & tamen res feudalis non potest alienari, vt tenet Crescent. decisio. 1. tit. de confirm. vtil. vel inutil.
14 Primo † limita, & intellige conclusionem supradictam prohibentē feudi alienationem sine Domini cōsensu minimè procedere vbi quis alienaret feudum in agnatum proximè successurum, quia in simili alienatione Domini assensus non requiritur, vt voluit Milanens. decis. Siciliæ 6. & decis. 8. lib. 1. Valasc. decisio. 13. Reusner. decis. German. 22. Anna decisio. 6. Maynard. decis. 95. lib. 2. & etiā hoc
15 militat † vt possit fieri irrequisito Domino alienatio feudi, quando fit in conuasallum, seu confeudatarium Rub. decisio. 100. secundo intellige
16 † quod feudum concessum pro se, & cui dederit etiam inuito Domino alienari potest Crescent. decis. 6. tit. de
17 testam. tertio limita, † & intellige si feudum est inter plures hæredes commune, posse illud inter ipsos diuidere, quo casu assensus Domini non exigitur, Coler. decis. German. 54. Valasc. decis. 113. Reusner. decisio. 22. quarto
18 † Item procedit in feudo Franco, siue libero, quod potest inuito, & irrequisito Domino alienari, vt tenet Grammatic. decis. 103. Contrariā opinionem tenet Cacher. in decis. Pedemont. 163. qui cōcludit, nec feudum Francum absque Domini consensu alienari posse, ne cogatur Dominus alium habere vasallum inuitus, & fortè quem nollet. Per simplicem tamen alienationem sine Domini consensu non incidere in commissum, si nō interuenerit feudi traditio, vt habetur per Guid. Pap. in decisio. Delph. 162.
19 quinto † limita conclusionem non procedere in venditione voluntaria, secus verò in venditione necessaria puta per sententiam prolatā à iudice, vt tenet Afflict. decis. 191. sexto li-
20 mita † non procedere si alienans recuperauerit feudum, quia euitabit commissum Thess. decis. 53. libr. 1. vbi intelligit, si re integra in continenti
21 recuperauerit. Quid † si in feudo esset pars sterilis, & inutilis potest alienari, & concedi vt plantetur, ac melioretur, ac detur feudatario quædā non modica pars fructuum annua, vt scribit Afflict. decisio. 129. septimo li-
22 mita, † & intellige, quod si alienans ignoraret rem esse feudalem, tunc ob alienationem non amitteretur, vt tradit Guid. Pap. decisio. 454. octauo
23 intellige, † & limita quod procedit si Dominus voluerit, vt feudum sine assensu alienatum amittatur, aliàs nō cadit in commissum vt tenet Afflict. decis. 191. Sed si faciēda erit executio in causam iudicati, tunc fiat in fructibus, & commoditatibus feudi, cum feudatarius nil aliud habeat, vt scribit idem Afflict. in decisio. 26.
24 Limitatur † etiam, & nono, si in venditione diceretur saluo iure Domini, & non aliter, nec alio modo, vt testatur Guid. Pap. in decis. 163. Viuius decis. 234. vbi dicit hanc opinionem esse communem, & ab ea non recedendum, & hanc opinionem esse seruatam in Senatu Sabaudiæ nouissimè plenè scribit Thess. decis. 53. lib. 1.

Con-

Digitized by Google

Contrariam tamen sententiam, quod
simili clausula non obstante apposi-
ta in alienatione, cum sit protestatio
cōtraria facto, quod nihilominus f.u
dum cadat in commissum, & hæc est
verior opinio. & ab ipsa, nec consu-
lendo, nec iudicando esse recedendū,
vt tenet Gramm. in decisi.49. Viuius
25 decis.251. Sed † in hoc Regno Nea-
politano cessat supradicta disputa-
tio, post quam alienans feudum sine
assensu Domini potest facere illius
reuocationem per constitutionem
(Diuæ memoriæ) vt dicit Anna alle-
26 gat.66. & etiā † limitatur, si in alie-
natione diceretur, quod dictum feu-
dum alienatur, si Domino placuerit,
quia eo casu feudum non amittitur
Guid.Pap.in decis.163.& decis.164 &
27 † similiter si asseritur in alienatione,
feudatarium dictum feudum aliena-
re, si alienationem facere potest abs-
que amissione, & perditione rei, aut
pretij, vt voluit Guid. Pap. in d.decis.
28 163. & † hæc omnia in hoc nostro
Regno Neapolitano non habent lo-
cum, in quo, vt dictum est ob aliena-
tionem factam absque assensu Domi
ni feudum non amittitur, cum ha-
beat potestatem idem, qui alienauit
reuocandi feudum proprijs nostris iu
ribus vigore constitutionis huius Re
gni, vt tradit Afflict.decis.265. Mila-
nens.decis Sicil.8 lib.1. Intellige ta-
29 men quod, & † si vasallus, siue feuda-
tarius reuocaret feudi alienationem,
non tamen poterit possessionem feu
di propria authoritate penes se auo-
care, sed debet præcedere iudicis sen-
30 tentia. vndecimo limita † posse fieri
feudi alienationem Regi, vel Domi-
no feudi directo absque assensu, vt ex
Capyc.in decis.156. Duodecimo limi
ta, & intellige posse patrem alienare
feudum nouum etiam non accedente
filij consensu Afflict. decis.112. Se-
cus verò in feudo antiquo, vt tradit
31 Thesaur.lib.1.decis.100. potest † etiā
feudum rusticum alienare etiam ir-
requisito Domino, vt post alios vo-
luit Capyc.decis.103. Grammat. deci
32 sione 77. Decimotertio limita, † &
intellige posse feudum alienari irre-
quisito Domino in augmentum feu
di, vt voluit Afflict.decis.111.& decis.
232. & hoc non procedit in hoc Re-
gno Neapolitano, in quo irrequisito
Domino, nec pro feudi augumento
alienatio permittitur, quia diminui-
tur sua authoritas dum fit alienatio,
etiam in melius contra suam volun-
tatem, vt tradit Capyc.decis.100. Sed
33 † fructus feudi possunt alienari irre-
quisito Domino, vt testatur Afflict.
34 decis.26. Item † potest alienari feu-
dum hæreditarium absque agnatorū
consensu, sed cum assensu Regio, &
agnati non reuocabunt Grammatic.
35 decis.103. Intellige † secus esse in feu
do ex pacto, & prouidentia, qui illud
per agnatos reuocari potest, idem in
citata decis. num.221. limita nō pro-
cedere vbicunque in concessione di-
ceretur, quod feudatarius faciat quic
quid sibi placuerit Crescent. decis. 6.
36 de testament. limita † in Gallia, in
qua feudalia, licet habeant diuersas
consuetudines, sunt alienabilia ad li-
bitum tanquam redacta ad instar pa-
trimoniorum Gall. decis. 102. Reus-
ner.decis.Germ.1.lib.2.eodem modo
in Sicilia vltra Farum per iura illius
Regni c.volentes, Mastrill. decis.86.
limita etiam, vt licet feudum aliena-
re, sine assensu Domini nequeat, possi
deri tamē benè potest, per Rubinum
decis.341.

SVMMARIVM.

1 *Qui homagij ligij iuramentum præstāt nulli alteri fidelitatem seruare tenentur, nisi illi Principi, cui hoc iuramentum præstiterunt.*

2 *Duorum Principum insolidum vasallus ligius esse nequit, declara pro vt num.3.*

4 *Homagij iuramentum præstari potest per procuratorem.*

5 *Effectus huius iuramenti.*

Digitized by Google

6 *Refutatio quando, & quibus fieri possit.*
7 *In feudo ligio attenta tamen consuetudine fœmina succedit, & non alia.*
8 *Vasallus abnegans homagium facere domino suo, sed illud præstans alteri non idcirco dominus priuatus intelligetur suo dominio.*
9 *Vasallus, seu feudatarius, qui non est ligius, nec subditus ratione originis, vel domicilij, si committit crimen læsæ maiestatis non tenetur.*
10 *Balius, & Tutor pupilli nomine homagij iuramentum præstare poterit.*

COLLECTANEA 105.

Super pragmatica XIX. sub Rubr. de Feudis.

Per parte del Magnifico &c.

HIc habes, quod iuramentum ligij homagij cum assecuratione Vasallorum præstetur infra annum à nouis dominis, qui noua feuda acquirunt titulo particulari adiecta taxa sportularum exceptis feudis acquisitis cum pacto de retrouendendo.

1 Scias pro ornatu † quod qui hoc Homagij ligij iuramentum præstant nulli alteri fidelitatem seruare tenentur, nisi illi Principi, cui hoc iuramen-
2 tum præstiterunt, † duorum enim Principum in solidum Vasallus ligius esse nequit, Guid.Pap.decis. 309. Capyc decis.162. Afflict.decis.307. Fran. Marc.decis 455. volum.1. Cacher. decis. 163.
3 Declara tamen † posse quem esse Vasallum duorum dominorũ ex diuersis feudis, sed semper intelligitur excepta fidelitas Principis superioris, & si esset vasallus non ligius, duos dominos habere posset, si esset ligius esse intelligitur ligius vnius, & Vasallus alterius Guid.Pap.decis.310. & decis. 311.
4 Et nota † hoc Homagij iuramentum præstari posse per procuratorẽ, vt latè decidit Gallus in decis. 301. ad-
5 uertendo, quod † talis feudi Homagij, siue ligij effectus est, quod omnia illius, qui iuramentum præstitit bona & feudalia, & allodialia, siue burgentatica sub illius domini iurisdictione sunt, cui dictum Homagij ligij iuramentum præstitum fuit Franc.Marc. decis.454. volum.1. & in eo pœnitentiæ locus non est, & ideo ab illius, cui iurauit obedientia, & subiectione eximere se non potest, & etiã si refutaret non posset se eximere, de qua refuta-
6 tione, † quando, & quibus fieri posset vide Franc.in decis.3.
7 Scias insuper, quod † in feudo ligio fœmina succedit attenta tamen consuetudine, non aliàs Polidor Ripa ob-
8 seruat.18. Cacher decis.26. Item † vasallus abnegans Homagium facere domino suo, sed illud præstans alteri, non idcirco dominus priuatus intelligetur suo dominio Guid. Pap. decis. 305. Franc.Marc.decis.454. volum.1.
9 & † Vasallus, seu feudatarius, qui non est ligius, nec subditus ratione originis, vel domicilij, si committit crimẽ læsæ maiestatis non tenetur, vt post alios est videre penes Capyc. in decis.
10 162. & † Balius, & tutor pupilli nomine Homagij iuramentum præstare poterit, vt per tria supremæ curiæ Arresta promissum in anno 1426. 1551. & 1558. testis est mihi Choppin in consuet. Andegauens. lib. 2. cap. 1. titu. 2. artic. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio huius pragmatica non extenditur, si super contractu refutationis fuerit impetratus assensus, qui fuerit registratus.*
2 *Feudum refutare potest vasallus inuito domino.*
3 *Refutatio feudi cui sit facienda.*
4 *Refutatio feudi quando præsumatur facta in fraudem.*
5 *Refutãs mortuo refutatario regulariter succedit in feudo exclusis collateralibus.*

Refu-

Digitized by Google

6 *Refutatio feudi conditionata quid operetur.*
7 *Refutatio feudi conditionata est nulla.*
8 *Refutatio feudi facta per patrem filio tertiogenito cum assensu primigeniti valet, etiamsi post patris mortem filius primogenitus recusauerit.*
9 *Feudi refutatio licita fieri in agnatum sine assensu Domini debet intelligi, dummodo possessio sit capta per ipsum agnatum.*
10 *Donatio facta à patre filio inter uiuos est nulla, nisi transtulerit possessionem.*
11 *Refutatio feudi facta filio per patrem cum reseruatione aliquorum iurium est nulla.*
12 *Refutatio feudi facta cum clausula, pro nunc ex tunc, est valida.*
13 *Refutatio feudi facta per verbum refuto, seu cedo, cuius vigore est capta possessio, valet, & tenet.*
14 *Refutatio dicitur realis per verbum, omnino, adiectũ in ea, licet cõtrarium referat decisum Author. nu. 15.*

COLLECTANEA 106.

Super pragmat. XX. sub Rubrica de Feudis.

Molte volte occorre, &c.

HAbes hic, vt feudorum, refutationes describantur, & registrentur in quinternionibus Regiæ Cameræ infra dies quindecim, aliàs sint nullius roboris, & momenti, ac si factæ non fuissent.

1 Declara † non habere locum, nec procedere, si super contractu refutationis fuit impetratus assensus, & hic assensus fuerit registratus in quinternionibus, etiam post hos quindecim dies Franch. decis. 663. iuxta quā dum de anno 1610. essē interrogatus, & requisitus quid sentirem ego Nouarius respondi.

Pro Choronide autem materiæ refutationis feudorum notandum est, 2 quod † feudum refutare potest vasallus etiā inuito Domino, vt per Minsyngerium obseruat. 65. centur. 5. qui in obseruat. 23. centur. 6. voluit, quod 3 † refutatio feudi primum facienda est Domino suo, & si feudum fuerit nouum descendentibus præiudicatur, sin verò antiquum, vel paternum filijs, & agnatis refutatio nocet quādiu refutans viuit, nam postquam decesserit feudum ad liberos, vel agnatos iterum deuoluitur. Deinde vasallus feudum rectè refutat descendentibus, ac filijs suis, & tunc Dominus inuestire obnoxius est, siue feudum nouum sit, siue antiquum, quoniam descendentes in vtroque feudo succedunt, denique rectè vasallus feudum antiquum refutat agnato proximiori descendenti ab eo, qui primus feudum acquisiuit, qua in specie Dominus pariter inuestire obligatur, si tamen sit proximior, & ab eo descēdat, cui feudum primo concessum est, nā feudi refutatio non permittitur, nisi in eos, qui ād illius successionem vocantur, ergo feudum nouum agnato inuito Domino refutari non potest, quod si fieret ad Dominum reuerteretur, quia refutatio, quę ei fit, qui ius succedendi non habet pro alienatione habetur, licet refutatio in fraudem 4 facta non valeat Gaiz. decis. 69. & † refutatio in fraudem præsumitur facta, quando esset omnium bonorum, nisi fuerit facta iusta causa, & signanter contemplatione matrimonij, ob quod nec releuium debetur, vt fuisse decisum in Collat. Cons. in causa Principis Melfiæ cum Comite Sinopolis, refert Regens de Ponte in tract. de potest. proreg. tit. 8. in princip. numero 7.

5 Nota etiam, quod † refutans, regulariter mortuo refutatario succedit in feudo exclusis collateralibus Franch. decis. 4. & ita pluries fuisse decisū audiui, & præsertim in causa Comitis 6 Policastri, & † feudi refutatio, quando

do non esset simplex, sed conditiona-
ta quid operetur est decisio Franch.
7 591.concludentis † non valere refu-
8 tationem conditionatam † refuta-
tio autem facta per patrem de feudo
filio tertiogenito cum consensu pri-
mogeniti valet,& tenet,etiam si mor
tuo patre refutante primogenitus
vellet succedere, & se inuestiri nulla
habita ratione de eius consensu,abs-
que regio assensu contradicente ter-
tiogenito,& petente se inuestiri stan
te refutatione,& assensu primogeni-
ti,vt fuisse decisum referr Ann.in Ru
bric.de vas.decrepit.ętat.à num.261.
9 vsque ad 291.& † feudi refutatio,quã-
uis fieri possit agnato absque alio Do
mini consensu erit tamen intelligen
dum,si possessio fuerit tradita ei, cui
10 fuit facta refutatio,& ideo si † fuisset
facta donatio à patre filio inter vi-
uos,& irreuocabiliter,nisi transtule-
rit in eum possessionem , nec preca-
rio se possidere constituerit,licet ap-
posuerit precarium in promissione
capitulorum,in quibus non fiebat do
natio,sed fieri permittebatur, fuit iu
dicatum talem refutationem,seu do-
nationem non valere, vt testatur A-
ponte cons.69.vol.1.& in cons.12. vo
11 lum.1.refert fuisse decisum † refuta-
tionem feudi factam per patrem filio
cum reseruatione nonnullorum iu-
rium, hoc est disponendi de certis re-
bus cum pacto , quod refutatarius fi-
lius non possit debita contrahere su-
per dicto Castro, aliàs contractus es-
set nullus cum clausula , quod (cum
hac conditione donauit , nec aliter ,
nec alio modo) nullam,& inualidam
esse,eò magis si careret assensu de hac
decis.meminit Georg. allegat.17. vbi
12 aliàs sic decisum refert . & † refuta-
tio feudi cum clausula ex nunc pro
tunc , & è contra sequuta morte , an
valeat cum statim transeat dominiũ,
& possessio in refutatarium,licet effe
ctus sit delatus post mortem, fuit de-
cisum, quod sit valida,vt refert deci-
13 sum Ann.consilio 131.& † refutatio
feudi facta per verbum refuto, & ce-
do si eius vigore possessio fuerit cap-
ta , an valeat, fuit decisum in Regia
Camera cum duabus aulis Sac. Consi
lij refutationem ipsam valere , & te-
nere , quamuis in dicta refutatione
fuerit reseruata certa quantitas pe-
cunię deinde cessa,quæ si non impor-
tet confirmationem primæ refutatio
nis, importaret nouam refutationẽ,
14 vt testatur Ann.alleg.97.& † refuta-
tio an dicatur realis ex verbo , omni-
no, adiecto in ea, fuit decisum , quod
15 sic , † quamuis decis. ipsa impugne-
tur ab Ann.in c.1.de vas. decrepit.æ-
tat.nume.77 & contrarium fuit ten-
tum,vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, de qua hic loquitur, ampliatur, vt vtraque comprehendat etiam exteros possidentes feuda in regno.*

2 *Filijs secundogenitis ab ipso primo acquirente debetur vita, & militia à primogenito super ipsis feudis nouis, quemadmodum super feudis antiquis.*

3 *Vita militiæ nonnulli voluerunt loco legitimæ haberi, alij loco alimentorum, & cæteri esse portionem feudi*

4 *Pro vita, & militia datur tertia pars, quam habiturus esset ab intestato.*

5 *Ampliatur illa conclusio, scilicet vitã, & militiam deberi à primogenito successore feudorum secundogenito, & alijs fratribus, prout num 6.7.8.9. 10.11.12.13. & 14. & limitatur nu. 15. & 16.*

17 *Vita, & militia, si semel illa fuerit soluta, item debetur ex successione fraterna.*

18 *An compromissum super controuersia vitæ, & militiæ fieri possit.*

19 *Vita, & militia an debeatur actione reali remissiuè, & an possit confiscari.*

20 *Liquidatio autem vitæ, & militiæ fieri debet tempore mortis.*

21 *Liquidatio vitæ, & militiæ iuxta legi-*

tima

tima taxam existentibus sex liberis, hoc est quatuor masculis, & duabus fœminis, quando sit facienda in successione transuersalium.

COLLECTANEA 107.

Super pragmatica XXIV. sub Rubr. de Feudis.

Item detta fidelissima Città, &c.

VVlt hæc pragmatica, quod feudalis successio in feudis nouis extendatur vsque ad fratres, & sorores, eorumque filios vtriusque sexus,
1 qui sunt nepotes acquirentis. † Gratia, de qua hic fit mentio est in pragmat. 20. hoc eod. tit. quæ hic modo ampliatur, & vtraque comprehendit etiam exteros possidentes feuda in Regno, prout declarauit eadem Regia Maiestas ad supplicationem familiæ Grimaldæ Ciuitatis Genuæ per literas Regias expeditas Mandritij. 26. Iunij 1587. exequtoriatas in hoc Regno per Comitem Mirandæ die vltimo Augusti 1587. registratas in part. 10. fol. 102

Sed dum in hac pragmatica fit prouisio circa feuda noua, quæ considerantur in primo acquirente, est scien-
2 dum, quod † filijs secundogenitis ab ipso primo acquirente debetur vita, & militia à primogenito super ipsis feudis nouis quemadmodum super feudis antiquis ex dispositione Const. Regni Comitibus, & cap. Regni alienationis actus, cuius occasione hic intendo tractare materiam vitæ, &
3 militiæ, † quam nonnulli voluerunt loco legitimæ haberi, & inter alios est decisio Guid. Pap. Senatus Grationopol. 476. & 487. Boer. decis. 204. Capycius decis. 2. Alij verò alimentorum loco illam succedere dixerunt, & ideo cum vita illam finiri, vt alimenta Afflict. decis. 352. Balbus decis. 141. Cæteri dixerunt, quod sit vita, & militia portio feudi, & quod onus illius sit meminit Franch. decis 61. & tradit Minad. decis. 10. Quantitas autem vitæ, & militiæ non est certa, & vni-
4 formis, nam † pro vita, & militia datur tertia pars, quam habiturus esset ab intestato, id est tertia pars illius partis, quam habiturus esset ab intestato, vt iudicatum fuisse dicit Afflic. hic q. 2. num. 5. vide Franch. decisione 61.

His suppositis constituam regulã generalem, vitam, & militiam deberi à primogenito successore feudorum secundogenito, & alijs fratribus Mastrill. decis. 85. meminit Afflict. decis. 43. decis. 138. & decis. 251. Franch. decis. 20. & 542. & decis. 714. Capyc. decis. 211.

Amplia primo hanc firmatam re-
5 gulam † procedere, & habere locum in filio nato ex secundogenito, cui debetur vita, & militia, quando pater prius mortuus esset in vita aui Franch. decis. 542.
6 Amplia secundo † vitam, & militiam deberi etiam primogenito, qui seipsum inhabilitauit ad successionẽ feudi, per assecutionem habitus clericalis de Franch. decis. 20. & ideo in liquidatione vitæ militiæ debitæ secundogenitis habendam esse rationem personæ primogeniti dixit Mastrill. decis. Siciliæ 85. & sic aliàs refert decisum, imò per rescriptum Imperiale declaratum Minad. in Constit. in aliquib. vers. filiorum, nu. 12.

Amplia tertio, prædictam regulam
7 † procedere, vt debeatur vita, & militia fratri secundogenito, etiam si ei pater feudum reliquerit à fratre primogenito succedentis in feudis paternis, Afflict. decis. 138. & secundum istam opinionem nouissimè fuit decisum in causa Illustrissimi Cardinalis Columnæ cum magno Regni Comestabili referente Reg. Cons. Scip. de Curte in collaterali Consilio die 11. Iulij 1600. penes Viuium.
8 Amplia quarto, † Vitam, & militiam deberi fratri primogenito ex suc-

successione transuersalium, seu in linea transuersali, & propterea Capyc. decis. 211. in princip. refert fuisse condemnatum primogenitum ad soluendam vitam, & militiam fratri

9 Amplia quinto, adeo † procedere supra firmatam conclusionem, vt habeat locum etiam in refutatario, qui tenetur soluere vitam, & militiam secundogenito Ann. alleg. 23.

10 Amplia sexto, † procedere etiam in filio secundogenito clerico presbytero, vel prælato, nam adhuc ei, licet sit prælatus debetur vita militia Paris de Puteo de finibus feud. in ca. incip. nunc videndum dubium num. 31. fol. 177. à tergo, Minad. refert aliam decis. in const. in aliquib. versic. filiorum, num. 7.

Amplia septimo, vitam, & militiam deberi filio secundogenito, etiã ob feudum primogenito ex filijs sororis relictum ab auunculo, quorum primogenitus successerat in eo, quod tenebatur per auunculum, vt fuit decisum per Sacr. Conf. testatur Goffred. in paraphras. feud. in ca. 1. super verb. vel danda militia fratri minori de inuest. de re aliena facta vers. dubitatur si moritur auunculus.

11 Amplia octauo, † vitam, & militiam deberi nepoti in bonis aui, quã habiturus esset pater eius præmortuus, si superuixisset, vt fuisse decisum in Sac. Conf. refert Georg. alleg. 9.

12 Amplia nono, † vitam, & militiã præstandam per primogenitum secũdogenito de fructibus feudi perceptis, deberi etiam si tempore perceptionis, & conseruationis ex hostium inuasione aliquid deperdiderit Minad. decis. 10. vbi voluit vitam, & militiam deberi, etiam si primogenitus fructus non exigat.

13 Amplia decimo † vitam, & militiam deberi filio secundogenito per filium primogenitum succedentem in feudo aui, ex quo per Const Regni comitibus disponitur, vt debeatur vita, & militia ex feudo à patre peruento, fratribus, vt fuisse decisum testatur Minad. cons. 1. & in fin. ponit decisio.

14 Amplia vndecimo, † vitam, & militiam debitam fratri minori super feudo deberi, etiam si feudum ob rebellionem fratris maioris ad fiscum peruenit, nam vita, & militia adhuc debetur fratri minori etiam rebelli, dummodo sit ex gratia restitutus Frãch. decis. 714.

15 Limita primo, † vitam, & militiã non deberi fratri naturali, vt apparet decisum ex Mastrillo decisione Sicil. 85.

16 Limita secundo, † non procedere in secundogenito succedente in feudo primogenito, nam ille non tenetur ad aliam vitam, & militiam alijs fratribus minoribus, ne duplici onere feudum grauetur, vt apparet determinatum in Sac. Conf. sub die 24. Nouembris 1592.

Ad materiam notãdum est etiam vitam, & militiam deberi fratri, & sic in linea transuersali, dato quod ipsa non sit loco portionis, sed loco legiti-
17 mæ, vt † si semel ex successione paterna fuerit illa soluta, iterum deberi ex successione fraterna cõcludit Ann. quod sit loco legitimæ, & quod debeatur in linea transuersali, at si semel fuerit soluta ex successione patris, amplius non debetur ex successione fraterna, vt fuisse decisum testatur idem loco cit. & vide latissimè Moises consil. 9. in princip. post comm. ad consuetud. Neapol. n. 6. vbi tradit in causa Principis Hostiliani cum Cler. Ioan. Franc. fratre fuisse decisum deberi vitam, & militiam in linea transuersali
18 in successione auunculi, & an † compromissum super controuersia vitæ, & militiæ possit fieri, vide Afflict. decis. 138. vbi quod si quæstio est vtrum vita, & militia debeatur, tunc neque Laudum, sine regio asensu valet, si verò super quantitate soluenda quæstio est, sine illo validum est, & ita dicit bis iudicatum, & Adhoæ solutio à

pri-

primogenito facienda non minuit vitam, & militiam secundogenito debitam, neque legatum à patre isti factū
19 Afflict. decis. 252. & † vita, & militia an debeatur actione reali, vel hypothecaria, vide Franch. decis. 714. & an possit confiscari negatiuè Mastril. de-
20 cis. 165. † liquidatio autem vitæ, & militiæ an fieri debeat tempore mortis, vel liquidari singulis annis, ita vt si fructus augeātur augeri debeat, & si diminuātur debeat diminui, fuit decisum esse faciendam tempore mortis Franch. decis. 61. vide à Pont. consil. 89. vol. 1. vbi refert S. C. solere semper vitam, & militiam liquidare secundū tempus mortis, etiam quod fuerit petita lōgè post mortem patris, vel matris Caualcan. decis. Fiuizan. 8. nu. 16.
21 in 3. par. & † liquidatio vitæ, & militiæ iuxta legitimæ taxam existētibus sex liberis hoc est quatuor masculis, & duabus fœminis, quomodo sit facienda in successione transuersalium si dubitatur si legitima sit aucta ad instar descendentium per Sacr. Cons. facto compromisso per partem in posse eiusdem Sac. C. fuit decretum vitam, & militiam ascēdere ad annuos ducat. 260. quamuis maior esset summa, quæ sibi deberetur, quando teneretur opinio, quod in linea transuersali sit aucta legitima Capyc. decisio. 211.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstandum est à vasallo habente feudum domino.*
2 *Habitator loci tenetur hoc iuramentum fidelitatis domino præstare.*
3 *Fœmina in casibus, in quibus est feudi capax tenetur hoc iuramentum fidelitatis præstare, & si habet maritum ipse iurabit fidelitatem, & præstabit domino obsequia, ac seruitia, nu. 4.*
5 *Ciuitas, vel Vniuersitas possidens feudum tenetur fidelitatem domino iurare.*
6 *Moriente vasallo, siue Barone, & feudatario, si vnitantū peruenit feudum, vt est in omnibus Iure francorum viuentibus, quo primogenitus admittitur, alij filij iurare non coguntur, sed solus feudi dominus, sed si pro indiui so esset apud omnes feudum, omnes iurare deberent, amplia nu. 7.*
8 *Iuramentum fidelitatis præstari debet personaliter, nec admittitur procurator, fallit si dominus, uel uasallus esset absens, tamen requiritur, quod procurator habeat speciale mandatum, num. 9.*
9 *Inuestitura debet præcedere feudalis, & postmodum subsequi fidelitatis iuramentum.*
10 *Inuestitura facta, & fidelitate subsequuta omnino cogatur dominus inuestitum in uacuam possessionem mittere.*
11 *Vasallus, siue feudatarius à duobus dominis feuda possidens antiquiori, & priori domino, cui iurauit prius fidelitatem seruiens non offendit alterū, cui postmodum iuramentum præstitisset.*
12 *Domini à vasallis iuramentum fidelitatis recipere nequeunt, nisi à Rege licentiam obtinuerint, alias perdunt feudum Baroniam, & omnia bona mobilia, & stabilia, prout practicatur in hoc regno.*
13 *Si pro feudo sit solutio alicuius annui census in pecunia frumento, vel alio simili, non præstatur hoc fidelitatis iuramentum.*
14 *Fidelitatis iuramentum remitti potest à domino cum concedit inuestituram, limita hoc non procedere in Rege, & licet dictum iuramentum remitti possit à domino fidelitatis, non tamen habet locum in fidelitate, nu. 15.*
16 *Si non constat tale iuramentum in præteritum præstitum fuisse, præsumitur fuisse præstitum.*
17 *Assecurationis iuramentum est idem, quoad effectum cum iuramento fidelitatis, & præstatur à dominis, & familiaribus, num. 18. & sequela huius iuramenti dicitur, nu 19.*

V Quan-

20 *Quādo quis in terra Baronis possidet bona burgensatica, uel feudalia à Rege in territorio ipsius Baronis pro illis non tenetur iurare.*

21 *Antempus vnius anni, quod statuitur in hac pragmatica emptoribus feudorum expediendi literas assecurationis vasallorum, & præstandi iuramētum fidelitatis curras non priusquam elapsum sit biennium, vel statim expedito priuilegio currat, licet biennium integrum non sit lapsum.*

COLLECTANEA 108.

Super pragmatica XXVI. sub Rubr. de Feudis.

Vniuersis, & singulis, &c.

HIc mandatur, quod assensus Regius requiratur etiam in adiudicationibus feudorum vltra primum assensum præstitum in obligatione, & fit etiam mentio de iuramento fidelitatis.

Dum autem agitur hic etiam de iuramento fidelitatis, non inutile visum est ad ornatum ipsius materiæ, & pragmaticæ multa, quæ à decisionarijs tacta sunt de ipso iuramento fidelitatis hic tibi amicè lector congerere.

1 Quare primo sciēdum est, † fidelitatis iuramentum præstandum esse à vasallo habente feudum à domino pluribus iuribus cauetur, vt est videre in cap. 1. qualit. vasall. iurar. debet domin. cap. 1. de for. fidelit. vide Mastril. in decis. 50. Guid. Pap. in decis. 307. Coler. in decis. Germaniæ 76. in cuius iuramenti fidelitatis specie promittit domino vasallus illa sex vulgata in c. 1. de non. form. fidelit. scilicet incolume, tutum, honestum vtile, facile, & possibile, de quibus est videre penes Afflict. in decis. 265.

2 Tenetur etiam secundo † habitator loci hoc iuramentum fidelitatis domino prestare vt voluit Guid. Pap. in decis. Delphinal. 307.

3 Tertio, & femina † in casibus, in quibus est feudi capax, & ipsa tenetur domino fidelitatis iuramentum præstare, & si habet maritum † ipse iurabit fidelitatem, præstabitque domino obsequia; ac seruitia pro vxore Mastrill. in decis. Sicil. 50. 4

5 Quarto etiam † si ciuitas, vel vniuersitas, quæ possideret feudum tenetur fidelitatem domino curare, quāuis hoc raro accidat, ne veniamus ad discussionem ammortizationis, hoc casu primæ conclusionis iuramentum fidelitatis per syndicum præstabitur, Gramat. in dec 105. secus tamē si Princeps occuparet aliquam ciuitatem, & cogeret ciues ad præstandū iuramentum fidelitatis, quia nullum esset Gaill. practicar. obser. lib. 2. obser. 54.

6 Notandum tamen est, quod † moriente Vasallo, siue Barone, & feudatario, si vni tātum peruenit feudum, vt est in omnibus iure Francorum viuentibus, quo primo genitus admittitur, eo casu alij filij iurare non cogentur, sed solus feudi dominus, si verò pro indiuiso apud omnes feudum esset, omnes iurare deberēt Balb. in decis. 26. incip. Vasallus.

7 Ampliatur † si dominus moriatur, & vnus ex filijs sit feudatarius Princeps, quia hoc casu illi solum fidelitatis iuramentum præstandū erit Matthian. Coler. in decis. German. 76. numero 1.

8 Secundo nota † personaliter præstandum esse iuramentum fidelitatis, nec ad illius præstationem procuratorē admitti, vt voluit Claper. in decis. Fiscal. causa 9. quæst. 1. licet quod per procuratorem iuramentum fidelitatis præstari possit, si tamen dominus, vel Vasallus sint absentes est videre penes Franc. Marc. decis 1215. volum. 1. Surd. in decis. 159. Gaill. obseruat. 83. lib. 1. bene verum requiritur,

Digitized by Google

tur, quod procurator habeat speciale mandatũ Cacher. in decis. 113. Franc. Mar. decis. 692. & 693. vol. 2.

9 Tertio nota inuestituram procedere debere feudalem, & post modum subsequi fidelitatis iuramentum determinatum in cap. 1. quid præcedere debeat an inuestitura, vel fidelitas, esset enim quoddam absurdum, & iuramentum vanum esset, & ludibrium, iuraret enim fidelitatem tali domino pro tali feudo concedendo, et inuestiẽdo, inuestitura enim frustrari posset, & domini voluntas mutari, aut aliquo impedimento non fieri, quo casu Vasallus derisui esset expositus, cũ iurasset pro feudo habendo, & in ventum resoluto, vnde cõclusio hec probatur in cap. 1. de nou. form. fidelit. in

10 quo dicitur † inuestitura verò facta, & fidelitate subsequuta omni modo cogatur dominus inuestitum in vacuam possessionem mittere, ita tenuit Boer. in decis. 103.

11 Quarto nota quod † Vasallus siue feudatarius à duobus dominis feuda possidens antiquiori, & priori domino, cui iurauit prius fidelitatem seruiens, non offendit alterum, cui postmodum iuramẽtum præstitisset, quia in vltima iurata fidelitate intelligitur excepta fidelitas priori domino præstita Capyc. in decis. 162

Quinto animaduersione dignum est in hoc Regno Neapolitano, quod

12 † domini à vasallis iuramentum fidelitatis recipere nequeunt, nisi à Rege licentiam obtinuerint, aliàs feudũ perdunt Baronium, & omnia bona mobilia, & stabilia, vt in constit Regni Comites, vel Barones Afflict. decis. 265.

Sexto pariter debes notare, quod

13 † si pro feudo fit solutio alicuius annui census in pecunia frumento, vel alio simili non præstatur hoc fidelitatis iuramentum, quia accedit potius ad naturam emphiteusis quam feudi vide Afflict. in decis. 129. licet si fidelitatem non iurat, nec inuestituram suscipiat, non euitabit feudi caducitatem Surd. in decis. 221.

14 Septimo scias pariter † remitti posse hoc iuramentum fidelitatis à domino, cum concedit inuestituram Gramat. in decis. 77. & Capyc. in decis. 103. licet in Rege hoc limitetur

15 † non procedere, cum non possit hoc fidelitatis iuramẽtum remittere absque maioris partis Principum, & Regni Procerum voluntate, & licet remitti possit à domino fidelitatis iuramentum, non tamen id locum habet in fidelitate, quia illa fidelitas remitti nequit, cum sit de substãtia ipsius feudi Guid. Pap. decis. 518.

16 Octauo aduertas, † quod si non cõstat, tale iuramentũ fidelitatis in præteritum præstitum fuisse præsumitur præstitum fuisse, ita quod nunc etiam præstandum est Crescen. in decis. 2. de iur. iur.

17 Quia autem † assecurationis iuramentum est idem quo ad effectum cũ iuramento fidelitatis, de quo verba fecimus, non inutile igitur erit de tali iuramento aliquid peragere, de quo iuramento loquitur in specie tex. in constitut. Regni Domini à vasallis, & meminit Capyc. in decis. 9. & vide Franc. in decis. 131. & Gramat. decis. 105.

18 Præstant † iuramentum istud familiares, & Domini, vt in cap. 1. qualiter iurar deb. vasall. fid. ergo cum sit posita forma iuramenti huius sub eodẽ titulo, in quo appellatur fidelitatis, nec vllum verbum de assecuratione in d. tex. sequitur perperam assecurationis iuramentum appellari, & fide-

19 litatis dici debere, & † sequelã huius iuramenti esse assecurationem, sed tãtum formam pro effectu esse ipsius iuramenti.

Præstant domino istud habitatores, & non habentes ab eo feudum, & si habeant bona tantum burgensatica, siue Allodialia non feudalia, & ita intelligo text. in d. cap. 1. qualit. iur. deb. vasall. Guid. Pap. decis. 307.

20 Scias † insuper, quod quando quis in terra Baronis possidet bona Burgensatica, vel feudalia à Rege in territorio, ipsius Baronis pro illis nō tenetur iurare Baroni, vt fuisse decisū inter Ducem Suessæ, & Comitem venafri testatur Puteus de reintegratione feudor. c. 248.

21 Sed ad ornatū † pragmaticæ quæritur an scilicet tempus vnius anni, quod statuitur in hac pragmatica emptoribus feudorum expediendi literas assecurationis vasallorum, & præstandi iuramētum fidelitatis currat non prius quam lapsum sit biennium, vel statim expedito priuilegio currat, licet biennium integrum non sit lapsum. Hic articulus fuit decisus in causa Marchionis Turris Francolisij cum hæredibus Innocentij Palatij bis per Sacrum Consilium, & in causa interpositum perpetuum silentiū, etiam relata causa in collaterali cōsilio, videlicet ex defectu huius prestationis iuramenti assecurationis, & homagij, seu fidelitatis infra legitima tempora locum fuisse iuri reuocandi, & aliàs facta relatione in collaterali Consilio sub die 3. Iunij 1602. Absolutus princeps Casertæ attēta clausula adiecta in assensu, quod scilicet registratio fieret infra annum post biennium præfixum ad expeditionē priuilegij assensus penes Balsamum Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Reassumptio instrumēti fieri potest viuo Notario, & vno teste.*

2 *Reassumptio instrumēti quietationis est concedenda, si ipsa fuerit petita, & vnus testis superuixisset capta informatione testium fide dignorum interuenientium contractui licet non fuissent ascripti in prothocollo.*

3 *Notarius si semel reassumpserit instrumentum tenetur denuò reassumere.*

COLLECTANEA. 109.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Fide instrumentorum.

Ne testificantium, &c.

HIc statuitur, quod in reassūptione instrumentorum adhibeatur iudex, & testes alij in locum præmortuorum, si Notarius viuit constito de fide, & legalitate Notarij, & iudicis.

2 Sed num † reassumptio instrumenti fieri possit viuo Notario, & vno teste affirmatiuè, per plura decreta dicit decisum Vrsil. in decis. 42. num. 23. &

2 an † reassumptio instrumenti quietationis sit concedenda, si ipsa fuerit petita, & vnus testis superuixisset capta informatione testiū fide dignorum interuenientium contractui, licet non fuissent ascripti in protocollo, fuit decisum, quod reassumeretur Minad. decis. 12.

3 Sed an † si Notarius semel reassūpserit instrumētum teneatur denuò reassumere, affirmatiuè Sessa in decis. Aragon. 83. quam decisionē ego Nouarius dum essem consultus de hoc articulo allegaui.

Ad materiam tamen, & pro declaratione terminorum, vide Minad. in decis. 6. & Franc. in decis. 200.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requiruntur in reassumptione instrumentorum, & num in reassumptione concedantur benefica. numero 2.*

3 *Rasura instrumenti de cuius reassumptione tractatur non impedit ipsam.*

4 *Notarij duo simul, & semel rogati si ambo decesserint, an vnus tantum subrogatus posset reassumere remissiuè.*

5 *Instrumentum potest reassumi per aliū Nota-*

Notarium, Notario existente mente capto.

6 *Iudex ordinarius potest committere alteri Notario, vt reassumat si Notarius, qui confecit instrumentum aufugerit, vel aliter sit impeditus.*

7 *Instrumentum dotale potest in publicā formam reassumi à prothocollo Notarij, ipso, testibus & Iudice mortuis limita si non constaret de veritate prothocolli nu. 8.*

9 *An Notarius succedens alteri Notario possit reassumere instrumentum sine iudicis mandato.*

10 *Si dicatur instrumentum falsum potest iudex prohibere Notario, quod reassumat, donec aliter fuerit prouisum.*

11 *Notarius reassumēs instrumentum ex prothocollo Notarij praemortui non potest extendere abbreuiaturas sed debet describere tantum, sed quando essent extendenda quid debet facere, nu. 12. remissiue.*

13 *An instrumentum semel reassumptum possit iterum reassumi absque decreto iudicis, remissiue.*

COLLECTANEA 110.

Super pragmatica II. sub Rubrica de Fide instrumentorum.

Item atteso, &c.

CAuetur hic quod mortuo Notario, & iudice, & testibus, & constito de ipsorum integritate alij subrogentur in reassumptione instru-
1 mentorum. † Quae autem requirantur in reassumptione instrumentorum, vide Minad. in decis. 12. Afflict.
2 decis. 6. & Num † in reassumptione instrumenti concedantur beneficia decisū affirmatiuè, Ann. singul. 255. & allegat. 84. nu. 12. vbi dicit decisū.
3 Num † rasura instrumenti, de cuius reassumptione tractatur impediat ipsam, negatiuè, quia de veritate ipsius rasurae cognoscetur post reassumptionē in iudicio ordinario de Fran-
4 ch. in decis. 495. † Notarij duo simul, & semel rogati, si ambo decesserint an vnus tātum subrogatus possit reassumere, vide Thesaur. decis. 149. an instrumētum reassumi possit, in quo vnus dumtaxat testis superuiuebat, decisum affirmatiuè Minad. decisio. 12. si instrumentum non reperiatur in prothocollo, sed in fasciculis Notarij mortui, an possit reassumi affirmatiuè. Gramm. decis. 106. Capyc. de-
5 cis. 171. Num † instrumentum possit reassumi per alium Notarium Notario existente mēte capto affirma-
6 tiuè de Franch. decis. 300. Num † iudex ordinarius possit committere alteri Notario, vt reassumat, si Notarius, qui confecerit instrumentum aufugerit, vel aliter sit impeditus af-
7 firmatiuè Afflict. decis. 6. Num † instrumentum dotale possit in publicā formam reassumi à prothocollo Notarij ipso, testibus, & indice mortuis affirmatiuè Capyc. decis. 171. Limita
8 si non constaret † de veritate prothocolli Afflict. decis. 48. an Notarius
9 succedens alteri Notario † possit reassumere instrumentum sine iudicis mandato, vide Guid. Pap. in decision
10 118. Num † si dicatur instrumētum falsum possit iudex prohibere Notario, quod non reassumat, donec aliter fuerit prouisum affirmatiuè Afflict.
11 decisio. 113. † Notarius verò reassumens instrumentum ex prothocollo Notarij praemortui non potest extendere abbreuiaturas, sed debet rescri-
12 bere tantum, sed quando † essent extendendae, quid debeat facere vide
13 Franc. in decisio. 567. An † autem instrumētum semel reassumptum possit iterum reassumi absque decreto iudicis tractat Sesa in decisio. Aragon. 83.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Præstans auxilium ad furandum furti actione tenetur.*

2 *Qui præsens est maleficio an dicatur auxilium præstare remissiuè, sed auxilium maleficio committendo non dicitur præstari absque dolo, & scientia, & auxiliator non condemnatur, nisi constet de delicto principalis, nume. 3.*

4 *Receptatores talium furum, & rerum furatarum puniuntur eadem pœna, qua committentes.*

5 *Qua pœna puniuntur furãtes in itinere remissiuè, & quando quis non habet animum furandi, nec lucrum facien di, sed sic vtendi re veluti sua debet in pœnam furti condemnari. numero 6.*

7 *Ex sola cõfessione rei subtractæ absq; eo quod constet de corpore rei subtractæ potest quis de furto conueniri.*

8. *Bona in custodiam alicui data, si per eundem alibi contrectata reperiũtur furtum non præsumitur.*

9 *Vtentes rebus alienis quando furtum committant remissiuè, & vendentes res falsas committunt furtũ, & quomodo puniendi, nu. 10 remissiuè.*

11 *Pro furto commisso in caupona, qua actione agatur contra cauponem remissiuè, & quid de furto commisso in naui, & pro furto commisso à pluribus an omnes teneantur in solidum, & an sit furti indicium, si reperiatur penes aliquem. eod.*

12 *Furti pœna non tollitur per restitutionem, & pro furto quando datur facultas inquirendi in domo alterius numer. 13. remissiuè, & furãs ob necessitatem quando debeat soluere debitum, & furtum in bonis debitorum factum an & quando sit excusabile, sed absolutus à pœna furti non censetur à restitutione ablatorum. numero eod.*

COLLECTANEA III.

Super pragmat. I. sub Rubric. de Furtis nocturnis.

Hauendo inteso, &c.

DIspositio huius pragmaticæ est, quod committentes furta nocturna in personas itinerantium intus ciuitatem Neapolis, & Suburbia, vltimo supplicio plectantur.

1 Amplia † primo dispositionẽ huius pragmaticæ procedere etiam in præstantibus auxilium, nam præstans auxilium ad furandum furti tenetur l. is qui opem, ff. de furtis D. Ricc. in decis. Curiæ Archiepiscop. Neap. 30.
2 par. 2. Sed qui † præsens est maleficio quando dicatur auxilium præstare Barzius decis. 138. & auxilium maleficio committendo præstari non dicitur absque dolo, & scientia Boer. decis. 176. & auxiliator non condemnatur, nisi constet de delicto principalis Viuius decis. 90.

3 Amplia † secundo in receptatoribus talium furum, & rerum furatu-
4 rum, † nam receptantes furem, & res furatas scienter pari pœna puniuntur, §. sed hæ actiones in fine Instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt. Pegu. decis. 25.

5 Sed quæro † qua pœna puniantur furantes in itinere vide Boer. in decis.
6 173. & † quando quis non habet animum furandi, nec lucrum faciendi, sed sic vtendi re veluti sua, an debeat in pœnam furti condemnari, negati-
7 uè Cornazzan. decis. 14. & † num ex sola confessione rei subtractæ absque eo quod constet de corpore rei subtractæ possit quis de furto puniri decisum negatiuè Faber decis. 2. de fur-
8 tis, & † bona in custodiam alicui tradita, an si per eundem alibi cõtrectata reperiantur furtum præsumatur, negatiuè dicit decisum per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanã D. Ricc.

Digitized by Google

Ricc. in decisio.62. parte prima, &
9 † vtentes rebus alienis quando furtum committant, vide Cabal. in re-
10 solution. 136. & vendentes † res falsas committunt furtum, & quomodo puniendi, idem resolut. 177.
11 & † pro furto commisso in Caupona, qua actione agatur contra Cauponas Peguer. decis. 45. & de furto in naui commisso, vide Mart. in decis. 58. & pro furto commisso à pluribus, an omnes teneantur in solidum Thesaur. decis. 254. & furti indicium an sit, si reperiatur penes aliquem Peguera decis. 73. qui de pœna furti commissi de nocte cum scalis loquitur in de-
12 cis. 26. & † furti pœna an tollatur per restitutionem negatiuè Viuius deci-
13 sione 146. & † pro furto, quando datur facultas inquirendi in domo alterius Boer. decis. 174. & furans ob necessitatem, quando debeat soluere pretium Puteus decis. 82. par. 2. & furtum in bonis debitoris factum, an, & quando sit excusabile Ludouic. decis. Lucens. 1. Viu. decis. 146. Sed num absolutus à pœna furti censeatur etiã à restitutione ablatorum negatiuè Rota Lucensi diuers. in decis. 62. & an pœna mortis imposita furanti vltra vnciam procedat in committente crimen peculatus, vide Franc. in decis. 315.

SVMMARIVM.

1 *Si fur confitetur alia furta minima, & nec constat de minori etate, nec de indicijs aliorum, qua pœna puniẽdus est remissiuè.*

2 *Committens tria furta leuia, quam pœnam pati debeat, & pro unico furtò magno an quis mori debeat.*

3 *Clericus pro furto, non est condemnandus ad triremes, & quæ pœna imponẽda est remissiuè.*

4 *Adhoc vt actio furti militet debet in principio constare de furto, & pariter etiam comprobare rem ipsam fuisse in loco, in quo furtum factum fuit.*

COLLECTANEA 112.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Furtis nocturnis.

Alli spettabili, & magnifici, &c.

HIc habes, quod imperfectæ ætatis fures pro prima vice fustigentur, pro secunda obtruncentur Aures, & in tertia seruetur Regia pragmatica, etiam quod non sint ætatis maturæ lata contra fures.

Pro ornatu huius pragmaticæ, vi-
2 de Grammat. in decis. 48. vbi agit, † si fur confitetur alia furta minima, & non constet de minori ætate, nec de indicijs aliorum, qua pœna puniendus, & † committens tria furta leuia,
2 quam pœnam pati debeat Cabal. resolut. 19. & pro vnico furto magno, an quis mori debeat affirmatiuè Cabal. resolut. 18. Franc. Marc. decisio. 6.
3 par. 2. Sed † clericus pro furto non est condemnandus ad triremes, & quæ pœna imponenda vide Caualcan. in decis. 21. par. 5.

4 Aduerte autem, † actio furti adhoc, vt militet, debet in primus constare de furto, & pariter etiam comprobare rem ipsam fuisse in loco, in quo furtum factum fuit, vt decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana tradit D. Ricc. in decisione 170. parte 2.

SVMMARIVM.

1 *Guidatus si committit delictum vere punibile gaudet guidatico, secus si esset aliquod leue.*

2 *Qui capiantur sub clipeo guidatici sũt ponendi in pristinam libertatem.*

3 *Guidaticus concessus delinquenti per certum tempus, vt non possit capi, vel offendi cum conditione, ne in Ciuitate moretur, nec accederet ad locum partium offensarum, si fuerit captus in*

Digitized by Google

in Castro Ciuitatis non gaudet guidatico.

4 *Guidaticus cum cōditione ne accederet ad certa loca, si in locis prædictis fuerit repertus non animo permanendi, sed potius statim recedendi ueluti per transitum, an tacitè detentus iudicetur, ita quod non possit gaudere guidatico.*

5 *Guidaticus à Rege sub particulari conditione, ut nequeat conueniri ex quacunque causa ciuili, & criminali nō porrigitur talis indultus ad debita iurata.*

COLLECTANEA 113.

Super Pragmatica I. sub Rubr. de Guidaticis.

Ad tollendam.

HIc habes sancitum, ne gaudeant guidaticis, ij, qui regios vasallos offenderint, aut eis ex aliqua causa sint obligati.

Ad ornatum, & limitationem huius pragmaticæ scias hoc non procedere, quando † guidatus committit
1 delictum verè punibile, secus si esset aliquod leue Franch. in decis. 258. qui dispositionem huius text. fundat de iure communi circūscripta hac prag
2 matica, aliàs enim † qui capiuntur sub clipeo guidatici sunt ponendi in pristinam libertatem, idem Franch. in decis. 415. ex ratione text. in l. 1. C. de ijs, qui veniam ætatis impetrauerunt.

3 Sed † guidaticus concessus delinquenti per certum tempus, vt non possit capi, vel offendi cum conditione, ne in Ciuitate moretur, nec accederet ad locum partium offensarum, vt fieri solet, an si fuerit captus in Castro Ciuitatis gaudere debeat guidatico relata causa in Regia Audientia Calabriæ fuit communi voto decisū non posse gaudere, nec posse dari locum restitutioni pristinæ libertatis, quam delinquens petierat, quoniam bannitus à Castro censetur pariter bannitus à Ciuitate ei adiacenti.

4 Et an † guidaticus cum conditione, ne accederet ad certa loca, si in locis prædictis fuerit repertus, non animo permanendi, sed potius statim recedendi, veluti per transitum, an licitè detentus iudicetur, ita quod non possit gaudere guidatico, scias fuisse decisum in M.C.V. quod procederetur ad vlteriora contra inquisitum non obstante gratia allegata, & sic confirmatum per S.C. die 8. Nouembris 1614. in causa Scipionis Ferrarij.

5 Sed † guidaticus à Rege concessus sub particulari conditione, vt nequeat conueniri ex quacunque causa ciuili, & criminali, an porrigatur talis indultus ad debita iurata, vide Afflict. in decis. 5. vbi negatiuè refert resolutum Anna sing. 433. Thesaur. decis. 186.

SVMMARIVM.

1 *Conatus expressè punitur, licet non sequatur effectus, quamuis ex generali consuetudine Italiæ etiam stante statuto non puniatur affectus.*

2 *Clericus præsentans apocas falsas banco, & non exigens pecuniam non venit puniendus pœna ordinaria.*

Tentans impedire literas Apostolicas non excommunicatur.

3 *Quis dicatur conatus proximus in casu huius pragmaticæ.*

4 *Huius pragmaticæ dispositio non comprehendit emittentem ictum scoppittæ ad se defendendum.*

5 *Homicidium factum ad sui defensionem non est punibile.*

6 *Frater pro fratris defensione alterum occidere potest.*

7 *Prouocatus verbis committens homicidium non punitur pœna ordinaria.*

COL-

COLLECTANEA 114.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Ictu Scoppittæ.

Ad restringendum, &c.

CAuetur hic, quod emittēs ictum Scoppittæ, vel Balistæ ad nocendum etiam non sequuto effectu, pœnam mortis naturalis incurrat, & ita etiam seruatur in Lusitania vide Gamam in decis. eiusdem Rot. 170. & sic quoque est prouisum in Regno Siciliæ per binas pragmaticas in ordine 3. & 4. sub tit. 41. de armis, vt per Ma-
1 strill. in decis. 155. & sic † conatus expresse punitur, licet non sequatur effectus, quamuis ex generali consuetudine Italiæ etiam stante statuto non punitur effectus, nisi sequuto effectu, vt per Grammat. in decis. 2. Thesaur. decis. 245. Ludouic. in decis. 8. nouiter Mastrill. in decis. 293. part. 3. D. Ricc. in decis. 70. par. 1. vbi ex hoc dicit decisum in Curia Archiepiscopali Nea-
2 politana, quod † clericus præsentans apocas falsas banco, & non exigens pecuniam non veniat puniendus pœna ordinaria.

Vnde meritò me patrocinante doctissimus Dominus Aloysius Riccius in causa sibi delegata à Sanctissimo iudicauit non esse excommunicādum illum, qui tentauit impedire executionem literarum Apostolicarum cũ effectualiter deinde executio non fuerit impedita.

3 † Conatus autem proximus secundum Mastrill. in decis. 155. erit in casu nostræ pragmaticæ, si quis proiecerit ictum scoppittæ, & leuauerit de focone, & non de Canna, nam vt ipse ait instrumentum ignis fecit effectũ suum, & similiter puluis cum fune, & percutere volens fecit conatum suum, nec pro eo defecit, non pro parte proijcientis nil vltra agendum remanebat, vt deueniret ad effectum intentione, opere, & facto, & si non occidit fuit ex iudicio Dei, & pragmatica considerat animum nocendi, non factum, qui animus fuit ordinatus præparatus, & exequutus ad casum, ille enim, qui alium sagittat, cũ arcum, vel balista, aut lanceam mittit in ipsum præsumitur habere animum occidendi, Gramat. decis. 36. & maximè, quia vtens dictis armis ad nocendum videtur habere determinatum animum ad occidendum, & & propter determinationem alteratur pœna in plus, idque magis procederet, quando ictus recto tramite emissus esset vbi erat ille, cui emissus dicitur, & parum errauit, puta quia dedit in capite, vel prope eius personam, tunc enim animus nocēdi probatus dicitur Cabal. resolut. 152. nam post quam ictus emittitur non est in potestate emittentis nocere, vel non nocere.

4 Aduertas tamen, quod † hæc pragmatica non comprehendit emittentem ictum scoppittæ nō ad nocendũ, sed ad se defendendum, vide late Caball. in resolu. crim. casu 88. vim enim vi repellere licet, vt ex decis. Parlamēti Delphin. apud Fran. Marc. in decis.
5 769. part. 1. vnde † non est punibile homicidium factum ad sui defensionē Viu. in decis. 439. adeo quod defensio permittitur etiam præueniendo contra aggressorem, & vulnerato ad sui defensionem aggressorem occidere licuit ex decis. Rotæ Lucensis apud
6 Magon. in decis. 56. & hinc † frater pro fratris defensione alterum occi-
7 dere potest Viuius decis. 63. & † pœna ordinaria non punitur committens homicidium contra prouocantem verbis ex decisione Senatus Burdegalensis apud Boer. in decis. 169.

SVMMARIVM.

1 *Emens domumculam in ciuitate Neap. non gaudet immunitate Neapolitanorum fallit in eo, qui habet domum dota-*

dotalem nu. 2. fallit, & secundo quo ad domum receptam in emphiteusim num. 3.

4 *Is dicitur ciuis alicuius ciuitatis vbi in ea est ortus, & hac ciuilitas, seu priuilegium transit ad filios, etiam quod nõ sint nati in eo loco.*

5 *Ciuilitas originis non amittitur etiam quod recedat à patria, & alio incolatum transferat.*

6 *Allectione etiam quis efficitur ciuis.*

7 *Ciues allecti virtute infrascripti capituli gaudent prout cæteri originarij in honoribus, & muneribus ciuilitatis, tamen respectu iurium regalium, & dohanarum non gaudent.*

8 *Ad hoc, vt prædicti gaudeant requiritur, quod habeant vxorem Neapolitanam, & domum propriam, limitatur in eo, qui effectus fuit ciuis per priuilegium regis, quia tunc etiam respectu iurium regiorum debet esse immunis num. 9.*

10 *Ciuilitati dicto modo adepta non potest renunciari, quod tamen indistincte nõ procedit, quia isti tale. si non habitauerint in ciuitate non gaudent nu. 11.*

11 *Ciues allecti non gaudent priuilegijs ciuitatis, nisi habitauerint in ciuitate.*

12 *Forma decretorum Regiæ Cameræ, quando aliqui declarantur ciues.*

13 *Ortus Neapoli matre parturiente in fraudem intus ciuitatem non dicitur ciuis.*

14 *Infidelis baptizatus Neapoli efficitur ciuis Neapolitanus.*

15 *Expositi D. M. Annunciatæ gaudent priuilegijs huius ciuitatis, secus tamē num. 16.*

17 *Filius non orti in ciuitate, nec ciuis allecti si natus in ciuitate dicitur ciuis.*

18 *Habens vxorē ortam in ciuitate Neapolis, & domum propriam dicitur ciuis Neapolitanus licet contrarium num. 19*

20 *Ciuilitas Neapolitana probatur per fidem electorum.*

21 *Quando, & quibus ciuilitas concedi possit remissiuè.*

22 *Vxor dicitur ciuis loci mariti.*

23 *Filius non dicitur ciuis originarius loci deserti à patre.*

24 *Mutatio domicilij an eximat ciuem à iurisdictione ciuitatis originariæ remissiuè.*

25 *Comitatenses an dicantur ciues.*

26 *Ciuis alicuius loci oriundus, vbi etiam subit onera, habitans alibi non debet soluere gabellam emptionis.*

27 *Incolatus quomodo contrahatur de iure & per statutum vrbis*

28 *Incola dicitur, qui aliquando discedit, & habet animum reuertendi.*

COLLECTANEA 115.

Super pragmatica I. de Immunitatibus Neapolitanorum.

Pateat vniuersis &c.

CAuetur hic, quod vxorem Neapolitanam ducentes, domumque emẽtes, aut ædificantes, vt ciues Neapolitani oriundi reputentur, & ita Gramat. decis. 87.

1 Licet fuerit † decisum per R. S. C. non debere gaudere immunitatibus Neapolitanorum illum, qui emerat domunculam in ipsa ciuitate, & iuxta dispositionem huius pragmaticæ sic fuit nouissimè practicatum in Regia Camera in causa Hieronymi de Simone 12. Septembris 1618. penes Datum actuarium.

2 Quid autem de eo, † qui non habet domum propriam, sed dotalem dic affirmatiuè decisum in Regia Camera, vt refert Molef. in decis. Manuscript. & ego memini in praxi electionis fori quæst. 39. sect. 2. num. 31. vbi refero

3 idem pluries indicatum † quo ad domum receptam in emphiteusim.

Sias autem in materia ciuilitatis

4 quod † ciuis dicitur quis alicuius ciuitatis, vbi in ea est ortus, & hæc ciuilitas, & eius priuilegium transit ad filium, etiam quod non sit natus in eo

loco

Digitized by Google

5 loco Boer. decis. 13. ita quod † hæc ciuilitas originis non amittitur etiam quod recedat à patria, & alio incolatum trãsferat, vt in camera decisum fuisse, & esse absolutum testatur idem Molef. in suis decis. manuscript. licet quandoque de hoc in S.C. fuerit dubitatum, & vota fuerint paria, vt refert Afflict. in decis. 384. & quo ad istos ortos sic nouissimè fuit decisum in Regia Camera in causa Felicis Antonij, & Petri Antonij del Polo fratrum die 13. Iulij anno 1620. referente D. Brandolino penes Actuarium Datum.

6 Allectione † etiam quis efficitur ciuis, quod huic Ciuitati Neapol. est permissum per particulare priuilegium, vt in cap. Regis Federici de anno 1496. in cap. 15. fol. 32. virtute cuius capituli non est dubium, quod

7 † ciues allecti gaudent pro vt cæteri originarij in honoribus, & muneribus Ciuitatis, licet respectu iurium Regalium, & Dohanarum non gaudeant, vt iudicatum fuit in Regia Camera Summariæ, imò cum esset petitum fuit denegatum, vt in cap. Magni Capitanei de anno 1503. in capit. 23. fol. 49. quod etiam patet ex proem. huius nostræ pragmaticæ.

Aduerte tamen ad ornatũ nostræ

8 pragmaticæ, † quod requiritur vtrũque, scilicet quod habeat vxorẽ Neapolitanam, & domum propriam, vt fuisse prouisum referente Molef. in personam Nicasij Vallesæ mercatoris Veneti apparet in libro Notamentorum Regiæ Cameræ die 14. Iulij. 1570. qui habuerat domum propriã, & habitauerat per 20. annos, quo casu de iure non habebat vxorem Neapolitanam virtute Regiæ pragmaticæ, & è contra in multis, qui habent vxorem Neapolitanam, tamen quia non habent domum propriam, licet habitent in ciuitate, semper fuit iudicatum in ipsa Regia Camera ipsos non esse admittendos, & de his extat etiam prouisio eiusdem Regiæ Cameræ Sũmariæ expedita die 22. Martij 1508. fol. 49. per quam prouisionẽ fuerunt etiam prædicta practicata in Camera.

9 Quæ non procedunt † in eo, qui effectus fuit ciuis per priuilegiũ Regis, quia tunc etiam respectu iurium Regiorum fuit in Regia Camera iudicatum illum esse immunem referente Molef. in personam Gasparis de Cordes patris Raimundi de Cordes.

10 Bene verum scias † quod ciuilitati dicto modo adeptæ per pragmaticã minimè potest renunciari, vt fuit iudicatum in Camera in personam Ioannis de Izijs teste Molef. in suis decis. manuscript. vbi refert hoc tamen nõ indistinctè procedere, quia in eodem anno 1508. die 8. Februarij per Comitem Ripæ Curtiæ fuit prouisũ,

11 quod isti tales † ciues si non habitauerint in ciuitate non gaudent, vt in Registro Curiæ 6. Anni 1508. in fol. 21. & dicit etiam extare prouisionẽ D. Petri à Toleto anno 1539. & dictæ prouisiones ita indistinctè practicantur, vt in instructionibus Numeratorum expressè cauetur, quod Neapolitani licet sint ciues per pragmaticam, vel per allectionem si reperiantur habitare in aliquibus ciuitatibus Regni tempore habitationis ibi numerentur, tanquam ciues, & incolæ illorum locorum, vbi habitant, & sic

12 in † omnibus Decretis, quæ fiunt per Regiam Cameram, in quibus aliquĩ declarantur ciues virtute huius Regiæ pragmaticæ, semper adduntur clausulæ, donec incolatum fecerint in ciuitate cum eius vxore, & familia, & insuper, quod præsentare habeant in Regia Dohana fidem Capitanei plateæ de ipsorũ habitatione.

13 An autem † ortus Neapoli matre in fraudem parturiente intus ciuitatem dicatur ciuis, & consequenter gaudeat priuilegijs ciuitatis dicas negatiuè fuisse decisum per Regiam Cameram ad instantiam Galeatij Pinelli

nelli Baronis Iuliani, de mense Septẽbris 1561. referente D. Moles.

14 Et an † infidelis baptizatus Neapoli dicatur ciuis Neapolitanus, dicas fuisse iudicatum in Regia Camera pro affirmatiua sententia, vt scilicet quod gauderet vt ciuis ortus, quia tunc dicitur renasci, etiam respectu patriæ, & ita decisum pluries in eadẽ Camera apparet ex libro Notamentorum sub die 11. Martij 1589. & sub die 15. Aprilis 1570. referente præsidente Maiorica.

15 Et quid † de expositis in hospitali D. Mariæ Annunciatæ eiusdem ciuitatis, an ipsi reputentur ciues, & gaudeant priuilegijs ciuitatis Camera decidit, quod sic, quia nullam aliam originem habent, & ita decisum fuit in causa Simonelli de Nigro in Banca Cæsaris Surretini, & aliàs pluries, & sic decidit Senat. Sabaud. vt apud Fabr. in decis. 20. C. de verborum signific.

16 † Quo verò ad filios expositorum fuit promisum, quod non gaudeant, vt oriundi, vt videri potest in libro Notamentorum die 20. Octob. 1568. ne fortè duo specialia concurrant.

17 An autem, † is, qui non est natus in Ciuitate, nec est filius orti, sed est filius Ciuis Allecti, vel eius, qui est Ciuis per pragmaticam debeat gaudere. Camera decidit, quod sic, in personam Sigismundi de Palagano, vt est decretum in libro Notamentorum sub die 8. Iulij 1553.

18. Et an † is, qui habet vxorem ortã, & domum propriam dicatur Ciuis, ipso iure ante petitionem dicas decisum affirmatiuè in Regia Camera die 19. Septembris 1573. vt notat, & tradit Moles in d. decis. quod nota ad ampliationem nostræ pragmaticæ, licet aliàs † fuerit decisum contrariũ referente D. Dauid in personam Illustrissimi Marchionis Sauelli.

19

20 † Ciuilitas autem Neapolitana probatur per fidem electorum, vt est priuilegium Regis Federici expediti in anno 1498. in libro Capitulorum Ciuitatis Neapolis fol. 42.

In materia ciuilitatis acquirendæ vide Ludouic. in decis. Perus. 76. Ric. in decis. 152. par. 2. vide etiam Barziũ in decis. Bonon. 117. vbi habes declaratum † quando, & quibus ciuilitas concedi possit, vide Reuerter. in decis. 105. vbi habes ciuilitatem, ex quibus contrahi possit, & an exterus à Rege assumptus in Ciuem Neapolitanum gaudeat eisdem priuilegijs, & immunitatibus, quibus gaudent Neapolitani, si alibi habitet, & alia in materia, & quibus modis quis efficiatur Ciuis, habes etiam apud Antonin. in decis. 42. lib. 2.

21

22 Nota insuper, quod † vxor dicitur Ciuis loci mariti Boer. decis. 160. Franch. decis. 416. Thesaur. decis. 123. mulier enim eo ipso, quod nubit mutat domicilium, etiam originis, & efficitur de domicilio, & foro viri, quia vir, & vxor pro vnica persona reputantur, & ideo vxor personæ priuilegiatæ habet fori electionem, sicuti maritus, vt decisum in S. C. memini. ego ipse de electione fori quæst 47. sect. 2. & hinc vxor clerici coniugati gaudet priuilegio fori clericalis in omnibus causis, in quibus clericus eius vir gaudet, & gaudere potest. Mi lanens. in decis. 10. lib. 1. vide Franch. in decis. 563.

23 Scias tamen, quod † filius non dicitur, neque est Ciuis originarius loci à patre deserti, vt apparet ex decisione Rotæ Romanæ 15. de probat. apud Cæsar. de Graff. qui in decis. 17. eod. tit. dicit decisum nepotem natũ in loco deserto à patre dici Ciuem originarium illius loci, si nascitur viuente auo, ibi incola, sed si nepos in aui potestate non sit, cum nascitur extra locum sui incolatus illius originem sequi non dicitur, vt apparet ex decisione eiusdem Cæs. de Graff. 5. qui filij sint legitim.

24 Sed an † mutatio domicilij eximat Ciuem à iurisdictione Ciuitatis ori-

originariæ, vide Decisionem Cameræ Imperialis apud Gail. in obseruat. 36. par. 2. & decis. Sacri Consilij Neapol. apud Afflict. in decis. 384.

25 Et an † Comitatenses sint Ciues verè, & propriè vide Gratianum in decis. Rot. Marchiæ 90. vbi quod in materia fauorabili quicquid Ciuibus est concessum, Comitatensibus pariter dicitur concessum, in materia autem odiosa, secus.

In materia etiam poteris videre Martam in decis. Rot. Pisan. 27. vbi firmat, quod † Ciuis Petræ Sanctæ oriundus, vbi subit Onera Pisis habitans, non debet soluere gabellam emptionis, vide etiam Laurent. in decis. Rot. Auenion. 140. vbi habes, quod incola est, qui per suos ministros continuè habitat, & vtilitatem parat, atque onera subire debet.

26 (margin number above refers to line "mat, quod † Ciuis Petræ")

27 Sed † incolatus, quomodo contrahatur de iure, & per statutum Vrbis lege decis. Rot. Roman. apud Verall. in decis. 80. par. 2. vbi quod incolatus per decem annorum habitationem in vrbe contrahitur, & quod incolatus contrahatur ex domicilio accidentali est decisio eiusdem Rotæ Romanæ apud Cantucc. in decis. nouis. 250. parte 2.

28 Et nota, quod † incola dicitur, qui aliquando discedit, & habet animum reuertendi Viu. in decis. 447. & neque desistas notare incolam obligari legibus, & consuetudinibus loci, vbi est ex decis. Cameræ Imperialis apud Gail. in obseru. 35. par. 2.

S V M M A R I V M.

1 ***Arbores non possunt incidi ab usufructuario.***

2 ***Arbores debent distare ab alijs rebus per quindecim pedes.***

COLLECTANEA 116.

Super pragmatica I. sub Rubric. de Incisione arborum.

Porro, quia &c.

MAndatur hic, vt arbores aptæ ad fabricandum triremes radicitus non incidantur. Tu de iure communi sic dicas etiam procedere iuxta decisionem Boer. 177.

1 Sed quæro † an arbores possint incidi ab vsufructuario negatiuè tex. in l. æquissimum, §. fructuarius, ff. de vsufructu Ludouic. decis. Perus. 94. Cornazzan. decis. Lucens. 65.

Et in materia arborum scias Decisionem Viuij 242. vbi quod † semper arbores debent distare ab alijs per quindecim pedes, & viginti ab aquæductibus, & cedunt, solo vbi radices egerint.

S V M M A R I V M.

1 *Facientes ciambellarias de iure communi ad infamiam alterius puniuntur pœna capitis, quod limita, vt nu. 2. & 3.*

4 *Facientes ciambellarias iocosè non incurrunt pœnam pragmaticæ.*

5 *Modi quibus potest dici aliquis iniuriã facere remissiuè.*

6 *Iniuria in scriptis facta dicitur verbalis, & anno non tollitur.*

7 *Atrox iniuria potest dici respectu personæ.*

8 *Pro iniuria atroci est locus carcerationi.*

9 *Iudex punit iniuriam sibi factam.*

10 *Iniuria facta clerico est mixti fori.*

11 *Maritus vindicat iniuriam vxoris. Itẽ Dominus iniuriam procuratoris, vt nu. 12 Item collegium iniuriam collegiati, vt num. 13. & an Dominus vindicet iniuriam vasallorum remissiuè num. 14.*

15 *Libellus in actione iniuriarum qualis esse*

esse debeat remissiuè, & æstimatio iniuriarum quot modis fiat remissiuè, numero 6.
17 *Pro iniurijs per annum agi potest, quod limita num. 18*
19 *Qualibet iusta causa excusat ab iniurijs.*
20 *Ex quibus censeatur remissa iniuria.*

COLLECTANEA 117.

Super pragmat. I. sub Rubrica de Iniurijs.

Ad euitanda scandala.

HAbemus hic, quod ciambellariã facientes, vltra pœnas ordinarias, in vncijs centum puniantur.
1 Pro ornatu scias, quod † de iure cõmuni facientes has ciambellarias cãtilenas, & cantiones ad infamiam alterius puniuntur pœna famosi libelli, & sic pœna capitis (tali pœna. n. puniuntur scribentes famosos libellos, vt per Franch. decis. 533.) vide Maring. decis. 225. vbi habes aliam opinionem alterius Doctoris tenentis, quod detur pœna iniuriarum ad tex. in l. item apud Labeonem, §. hæc autem ibi, vel cantet, ff. de iniurijs.
2 Ego autem crederem, † quod si fiant cantiones in scriptis, quæ possunt ad manus alienas peruenire, tunc puniri facientes pœna famosi libelli, &
3 sic capitali. † Si verò solum cantent has cantiones ad infamiam sum voti in tali casu debere puniri pœna iniuriarum, verum acrius iudicis arbitrio ad tex. in §. summa inst. de iniurijs.
4 Limita tamen † dispositionem nostræ pragmaticæ non procedere vbicunque iste ciambellariæ cantiones, & alia iniuria inferentiã fierent per aliquem iocosè, & animo iocandi nõ autem causa iniuriãdi ex tex. vbi Doctores in l. non conuicij, C. de iniurijs l. item apud Labeonem, §. meminisse, vbi glo. ff. de iniurijs, sicque in facti cõtingentia obseruatum vidi, nam requiritur animus iniuriandi in facientibus has cantiones ciambellarias, & libellos famosos, Voluntas enim, & propositum distinguunt maleficia, & in delictis animus delinquentis debet considerari, vt latè per Viuium in decis. 75.

Generaliter autem ad ornatum ru-
5 bricæ de iniurijs nota, † quod iniuria est facere ficas iudici Thesaur. decis. 219. & iniuria dicitur appellare spurium, qui est, Gram. decis. 37. & iniuria infertur per eleuationem manus, & per retentionem equi, Viuius decis. 161. & vide in materia Triuis. decis. 61. part. 4. vbi habes, quibus modis fiat iniuria, scilicet verbis, & facto, & vide Peguer. decis. 13. vbi quærit, si dicere aliquem esse de stirpe Iudaica sit iniuria, & quomodo veniat puniendus, & actio iniuriarum, an detur pro verbis iniuriosis coram Principe, vide Franciscum Marcum decis. 674. par. 1. qui in decis. 729. par. 2. discutit, si seruientes publici aliquem percusserint teneantur iniuriarum actione.
6 Et nota, quod † iniuria in scriptis
facta æquiparatur verbali, sed anno
non tollitur Gail. obseruat. 104. parte
2. Guglielm. decis. Rotæ Spirens. 43. &
7 48. par. 1. Item † atrox iniuria est, &
dicitur respectu personæ, coram qua
8 fit, Puteus decis. 303. par. 1. † pro qua
iniuria atroci est locus carcerationi
Franciscus Marcus decis. 34. par. 2.
9 Et nota, quod † iudex punit iniu-
riam sibi factam Gail. obserua. 39. par
10 te 1. & † iniuria facta clerico est mix
11 ti fori Guid. Pap. decis. 562. & † mari-
tus vindicat iniuriam vxoris Franc.
12 Marc. decis. 490. part. 2. & † propter
iniuriam factam procuratori, vel offi
ciali Dominus agit Guid. Pap. in de-
13 cis. 557. qui in decis. 465. agit, † si col-
legium agat pro iniuria vnius ex col-
14 legiatis, vt etiam potest dubitari, †
si Dominus agit pro iniurijs factis suis
subditis, de quo per Rot. Rom. in no-
uis in decis. 13. de iudic.

Sed

Digitized by Google

15 Sed † libellus in actione iniuriarū qualis esse debeat vide Rot. Rom. in
16 antiq. in decis. 1. de iniurijs, † & æstimatio iniuriæ quot modis fiat vide eandem Rotam in decis. 1. eod. tit. in nouis. & Bellam. decis. 722.
17 Nota etiam, quod † de iniurijs per annum agi potest Viuius decisio. 55. Rot. in nouis. decis. 2. de iniur. qui annus est vtilis Minsynger. obseruat. 7. centur. 5. Gail. obseruat. 105. parte 2.
18 † licet actio iniuriarum descendens ex lege Cornelia sit perpetua Cappel. Tholos. decis. 140. Minsynger. obseru. 84. part. 1. Gugliel. decis. Rot. Spirens. 68. par. 1.
19 Insuper nota, quod † ab iniurijs quælibet iusta causa excusat Puteus decis. 52. part. 3. vnde iniuria facta ad repellendum non est punibilis Capy. decis. 58. & vide Caball. in resolu 154. & Gail. obseruat. 100. part. 2. vbi prouocatus, an iniuriam retorquere possit, & fuit resolutum affirmatiuè, verum dicens iniuriam, quam ab alio audiuit non excusatur Franc. Marcus decis. 726. par. 2.

Est etiam animaduertendum, quod
20 † iniuria per reconciliationem remissa censetur Viuius decis. 330. Francisc. Marc. decis. 736. licet actio iniuriarum non extinguatur per reuocationem, vt per Grat. decis. Rot. Marchiæ 58. vt etiam iniuria aliquando per dissimulationem remissa censetur Cappella Tholos. decis. 234. & hæc breuiter sufficiant tetigisse in materia iniuriarum.

SVMMARIVM.

1 *Faciens macriatas prouocatus ab alio, qui prior macriatas ei fecerat non punitur pœna famosi libelli, sed remittitur arbitrio iudicis, vt nu. 3*
2 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*
4 *Releuans factorem macriatarum habet præmium iudicis arbitrio percipiendum de bonis accusati.*

COLLECTANEA 118.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Iniurijs.

Essendo, &c.

Mandat præsens pragmatica, vt facientes petriatam, aut macriatam pœna vltimi supplicij puniātur de iure communi, videte textum in l. si statua, ff. de iniurijs.

1 Limita tamen, quod † in pœnam huius pragmaticæ non incidit, qui macriatas facit prouocatus ab alio, qui prius macriatas ei fecerat, sicuti non punitur pęna libelli famosi, qui prouocatus alium libellum famosum fecerat, verum puniri pęna extraordinaria, pro qua opinione facit, quod prouocatus voluit vlcisci, iuxta latè tradita per Ricc. in decis. 16. par. 2. &
2 quia † paria delicta mutua compensatione tolluntur, c. intelleximus de adulterijs, c. nihil 32. q. 6. l. viro, ff. solut. matrim. vnde essem voti esse remittē-
3 dum arbitrio † iudicis, qui iuxta facti seriem, & qualitatem personarum poterit arbitrari in imponendo pęnā, & ita de anno 1620. dum euenisset in facto consului cuidam officiali, qui petijt circa hunc articulum meum votum, & deinde ita se obseruasse dixit.

4 Nota, quod † reuelans auctorem, vel factorem macriatarum, vel famosorum libellorum habet præmium iudicis arbitrio percipiendum de bonis accusati, & inquisiti, vt cauetur in l. lex Cornelia, §. si quis librum de iniurijs, licet non sufficiat indicanti, si solum accusauerit delinquentem, nisi simul de delicto eundem conuincat, vt in facto obtinui de mense Septembris de anno 1620. ex tex. in l. indicasse, ibi conuicisse, ff. de verb. & rerum significat. quod nota, nam multi in hoc facto fuerunt decepti.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Peremptio instantiæ in criminalibus fit biennio in ciuilibus vero triennio quod limita, vt num. 3.*

2 *Instantia datur etiam in causis habentibus exequutionem paratam, & instrumentum guarentigiatum.*

4 *Instantia non datur in Principis Consistorio.*

4 *Instantia non currit quoties ante finem triennij est facta à Principe prorogatio.*

6 *In causis fiscalibus nũquam perimit instantia.*

7 *Instantia cum defuncto dignitatis cepta, vel administrationis continuatur in successorem dignitatis, & administrationis.*

8 *Finita instantia remedium singulare est vt adeatur Princeps.*

9 *Insufflatio in hoc regno nostro Neapolitano fit in peremptione instantiæ per præsidem Sacri Consilij supplicatione porrecta*

10 *Restitutio, & Principis priuilegium intelligitur sine præiudicio tertij.*

11 *Mulier, & minor perempta instantia non excusantur nisi soluant expensas.*

12 *Refectio expensarum tunc est facienda quando spiritus vitæ insufflatur ad instantiam actoris ab ipso actore, qui fuit in mora prosequendi iudiciũ limita nu. 13.*

14 *Actor si post refectas expensas obtinuerit sententiam pro se in causa principali vnà cum expẽsis in liquidatione expensarum non veniunt expensæ solutæ.*

15 *Quæ sunt causæ iustæ concedendi insufflationem.*

16 *Instantiæ peremptio potest opponi etiam post sententiam.*

17 *In supplicatione porrecta pro restaurationẽ instantiæ si est facta decretatio, quod commissarius partes audiat, & iustitiam faciat, instantia non erit restaurata.*

18 *Instantia perempta acta omnia corruũt, quod declara.*

19 *Prorogatio instantiæ impetrata per vnum ex correis, & consortibus eiusdẽ litis consortem iuuat, quamuis de eo mentionem non fecerit, & per compromissum prorogatur instantia nu. 20. & instantia potest abbreuiari per statutum nu. 21.*

Tempus instantiæ est de ordinatorijs.

22 *Instantiæ prorogatio partium consensu fieri potest.*

23 *Instantia in casu fractæ pacis quando pereat remissiuè, & quando prorogari possit per iudicem vigore statuti parte non citata num. eod. & quando in criminalibus transeat ad hæredem remissiue num. 24. & perempta quid pereat eod. num. remissiuè.*

25 *Instantia transit ad singularem successorem.*

26 *Reus petens absolui ab instantia defuncti non est audiendus.*

27 *Instantia appellationis quando currat, & quando impediatur, & quando detur in executionibus sententiæ, & instrumenti, & instantia syndicatus qualis sit.*

COLLECTANEA 119.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Instantia causæ non Restituenda.

Instantia causæ &c.

LOquitur, quod perempta instantia non restituatur, nisi refectis
1 expensis. Hæc † instantiæ peremptio in criminalibus fit biennio, in ciuilibus verò triennio l. properandum C. de iudic. & l. fin. C. vt intra cert. temp. Guid. Pap. decis. 320. Capy. decis. 206. Benintend. in decis. 76. Franc. decis. 250. Balb. decis. 330. Crescent. in decis. 12. de caus. possess. & propriet. Misynger. obseruat. 44. centur. 3. & † instan-
2 tia datur etiam in causis habentibus exequutionem paratam, & instrumẽtorum

torum guarentigiatorum Afflict. in decis. 346. Magon. in decis. Florent. 89. Carocc. in decis. 44. Puteus in decis. 220. lib. 1. Barz. in decis. 20. licet in contrarium sit decisio Balbi 392. vbi quod procedit in causis summarijs, quia quando magis sunt summariæ tanto magis sunt expediendæ, de quo etiam habetur aliquid per Milanes. in decis. 21. lib. 1. Caual. in decis. 17. par. 1. Barz. in decis. 30. licet † de iure Canonico
3 instantia non procedit, & ex eius dispositione instantia nunquam perimitur, sed durat Cassador. in decis. 5. vt lit. pendent. Rota in nouis in decis. 411. Veral. in decis. 262. par. 2. sicuti etiam † instantia non datur in Princi-
4 pis Consistorio Papon. Arrest. Curiæ libr. 12. tit. 3. Arrest. 18. licet contrarium Afflict. in dec. 283. sed vide Minsynger. in obseruat 48. cent. 2. & sic pariter †, instantia non currit, quoties
5 ante finem triennij est facta à Principe prorogatio Franc. in decis. 250. vide Misynger. in obseruat. 46. cent. 3. vt
6 etiam † in causis fiscalibus nunquam perit instătia, sed semper potest procedi Afflict. in decis. 210. Anna singul. 243. Benintend. in decis. 76. vbi optimè loquitur procedere, siue fiscus cōueniatur, siue cōueniat, siue sit actor, siue sit reus, vnde in Regia Camera summariæ, in qua agitantur causæ fiscales, instantia nunquam perimit, & si litigator moreretur lite pendente adhuc per totum triennium durat instantia, & continuatur in hæredem instantia ipsa cum defuncto cepta l. hæres absens l. si petitor, & l. si is, qui Romæ, ff. de iudic. Barz. in decis. 36. & in decis. 49. Franc. Marc. in decis. 321. volum. 2. Gail. obseruat. 2. lib. 2. etiam si sit clericus, qui tenetur prosequi in foro testatoris vbicunque cum ipso defuncto ibi sit lis contestata vide Surd. in decis. 110. Gail. obser 37. lib. 1. Boer. in decis. 69. & Vigel. in decis. 87. cent. 1. licet contrarium decisum dicat Vrsil. in decis 213. & † instantia
7 cum defuncto dignitatis cępta, vel administrationis continuatur in successorem dignitatis, & administrationis, Puteus in dec. 181. lib. 2. vbi etiam quod instantia in iudicio reali transit in successorem singularem, secus in iudicio personali, de quo etiam per Mohedan. in decis. 41. licet instantia non currat quamdiu litigatur super aliquibus exceptionibus, & incidentibus, ac emergentibus ante litē contestatam, quia, etiam si per plures annos super hoc emergenti litigaretur nunquam instantia peribit Papon. in lib. 12. Arrestorum Curiæ titu. 3. Arrest. 17. Balb. in decis. 183. & si instantia per defunctum cępta continuetur in hæredes vt supra fuit dictū non tamen locum habet in legatario qui nouo processu indiget, & instantiam à defuncto incohatam prosequi non potest, vt per Rotam in antiquis in decis. 1. de testam. ab vsufructuario tamen in proprietarium transit instātia, vt decisum per Sacrum Cōsilium recenset Anna in allegat. 14.

8 Vbicunque autem † perempta est instantia remedium singulare est, vt adeatur princeps, vt ei det authoritatem, quod lapsu non obstante instātia currat, & restituatur, quam restitutionem nostri insufflationem spiritus vitæ vocauerūt. Capyc. decis. 165. Boer. decis. 247. Grammat. decisio. 69. Mastrill. in decis. 70. Canalc. decis. 25.
9 quę † insufflatio in hoc nostro Regno Neapolitano fit in peremptione instantiæ per præsidem Sacri Regij Cōsilij supplicatione porrecta, & solent dicere habita expēsarum ratione, seruata forma huius nostræ pragmaticæ, & si non faceret mentionem de expensis, & appareret ex processu de partis negligentia, apponere poterit pars, quod sibi reficiantur expensæ,
10 quia † restitutio, & principis priuilegium sine præiudicio tertij intelligitur vt in hac pragmatica, & vide Cartar. in decis. Gennæ 24. & Gratian. in dec. 20. licet expensę euitari possent, si ex aliqua iusta causa appareat instā

Y tiam

tiam lapſam non eſſe ex partis petẽn
tis negligentia, Creſcent. in deciſio. 5.
11 de except. & ſcias, quod † nec mu-
lier, nec minor perempta inſtantia
excuſabuntur, vt poſſint iterum age-
re, niſi ſoluant expenſas, vt de mino-
re tradit Maſtrill. in deciſione 70. Sed
vide Balb. in deciſio. 356. Et aduertas,
12 quod † refectio expenſarum tunc
eſt facienda, quando ſpiritus vitæ in-
ſufflatur ad inſtantiam actoris ab ip-
ſo actore, qui fuit in mora proſequen-
di iudicium labefaciendo inſtãtiam,
13 † ſecus autem ſi ſpiritus vitæ inſuf-
flaretur ad inſtantiam rei conuenti,
quia tunc ipſe reus non tenetur refi-
cere expenſas, cum in eo nulla poſſit
mora conſiderari, vt deciſum per S.
C. dicit Grammat. in deciſ. 91. Et no-
14 ta, quod † ſi actor poſt refectas expen
ſas obtinuerit ſententiam pro ſe in
cauſa principali vnà cum expenſis in
liquidatione expenſarum nõ veniunt
expenſæ ſolutæ vigore huius pragma
ticæ Franc. in deciſ. 331.
15 Cauſæ † autem iuſtæ concedendi
inſufflationem, ſeu reſtitutionem in-
ſtantiæ ſunt infirmitatum, & peſtis
ſæuiẽtis, graſſatio, vaſtus, & inſolitus
terremotus, carcer, repentinæ feriæ,
& alia impedimenta ſimilia Ludou.
in deciſ. Peruſ. 36. aliquid per Boer. in
deciſ. 247. & per Grammar. in deciſi.
69. vbi etiam quod prima, ſecunda, &
tertia vice inſufflatio conceditur.
16 Et aduerte, quod † inſtãtiæ perem-
ptio poteſt opponi, etiam poſt ſentẽ-
tiam, vt per Ludouic. in deciſ. Luceſ.
17 24 & 43. & † ſi in ſupplicatione por-
recta pro reſtauratione inſtantiæ ſit
facta decretatio, quod commiſſarius
partes audiat, & iuſtitiam faciat non
propterea inſtantia erit reſtaurata
Laurent. in deciſio. Rot. Auenion. 61.
Franc. in deciſ. 700.
18 Neque † deſiſtas notare quod acta
omnia inſtantia perempta currunt
Maſtrill. in deciſio. 66. quod intellige
procedere quoad litis ordinatoria, vt
cautiones, citationes, & ſimilia, ſe-
cus tamen quoad acta probatoria, vt
ſunt confeſſiones probationes, & ſi-
milia, Afflict. deciſ. 148. Guid. Pap. de-
ciſ. 136 Puteus deciſ. 196. libr. 2. Balb.
deciſ. 331. & 441. Bellon. in deciſio. 13.
Gail. obſeruat. 103. lib. 1. Tholomæus
in deciſio. nouiſs. Roman. 908. libro 3.
19 Item nota † quod prorogatio inſtan-
tiæ impetrata per vnum ex correis,
& conſortibus eiuſdem litis conſortẽ
iuuat, quãuis de eo mentionem nõ
fecerit Thanis in deciſ. nouiſs. Rom.
20 22. Cartar. in deciſ. 65. & † per com-
promiſſum prorogatur inſtãtia Balb.
in deciſ. 479. Gratian. in deciſio. 173.
Caſſador. in deciſ. 9. de appellat. Gui-
21 do Pap. in deciſ. 115. & 240. & † inſtã-
tia poteſt abbreuiari per ſtatutum, &
per reſcriptum Minſynger. obſeruat.
46. cẽt. 3. & tẽpus inſtantiæ eſt de or-
22 dinatorijs Cart. in deciſ. 79. & † inſtan
tiæ prorogatio partium cõſenſu fieri
poteſt Minſynger. in obſeruatio 47.
cent. 3. qui in obſeruat. 48. ead. centu-
ria dicit inſtantię prorogationẽ con-
ſtare de partium conſenſu, & in ob-
ſeruat 49. quod in appellatione pro-
ferenda inſtantia prorogari poteſt.
23 Sed † inſtantia in cauſa fractæ pacis
quãdo pereat, vide Minſynger. in ob-
ſeruat. 35. cent. 4 & Gugliel. in deciſi.
Rotę Spirenſis 3. par. 1. & inſtantia
quando prorogari poſſit per iudicem
vigore ſtatuti parte non citata Lu-
24 douic. in deciſ. Peruſ. 96. & † inſtãtia
in criminalibus quando tranſeat in
heredem Franc. Marc. in deciſio. 761.
& inſtantia perempta quid pereat
Minſynger. in obſeruat. 50. centur. 2.
& inſtantia an trãſeat in ſingularem
25 ſucceſſorem † affirmatiuè Mohedan.
in deciſ. 2. de iudicijs Puteus deciſio.
181. par. 2. Tholomeus in deciſio. 908.
26 par. 3. & † reus petens abſolui ab in-
ſtantia Defuncti non eſt audiendus
Faſtolus in deciſ. 21. & inſtantia ap-
pellationis quando currat, & quando
impediatur Theſaur. in deciſio. 10. &
27 † inſtantia quãdo detur in executio-
nibus ſententię & inſtrumẽti Afflict.

in

Digitized by Google

in decisio. 34. & instantia syndicatus qualis sit vide Franc. Marc. in decisi. 710. par. 2.

De peremptione autem instantię multa nouissimè congerit Cruel. in decis. Dolan. 214.

SVMMARIVM.

1 *Causa super liquidatione instrumentorum non remittuntur ad Barones.*

2 *Citatus super tenore instrumenti non valet eligere forum.*

COLLECTANEA 120.

Super pragmat. I. sub Rubric. de Instrumentorum liquidatione.

Per la lettera nostra, &c.

1 SAncitum reperitur hic, † quod causæ super liquidatione instrumentorum non remittantur ad Barones, licet si Barones haberent in priuilegio facultatem cognoscendi etiã de huiusmodi causis in specie, tunc non posset eis denegari remissio non obstantę d. pragmatica, vt fuisse decisũ in Sacro Consilio ad relationem Magnæ Curiæ pro Marchione Burgentiæ vtilis domini status Diani super remissione causæ liquidationis instrumenti ad instantiam Fabritij Salui, cõtra Laurentium Sabiunm de Diano, de quo memini in praxi electionis. & variat. for. q. 27. section. 2. vbi fir-
2 maui regulam, quod † citatus super terrore instrumenti non valeat eligere forum, de quo vide Rit. Magn. Cur. Vicar. 54.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non admittitur ad præsentandum scripturas, seu alia instrumenta necessaria pro facienda instrumentũ præsentatum liquidum.*

2 *Instrumentum capitulorum contra socerum potest liquidari vigore ritus.*

3 *Instrumentum an possit liquidari via ritus contra emptorem, cui venditor habuerit fidem de pretio, in quo aderat pactum, quod nec etiam venditor teneretur ad pretij restitutionem, & quid si pretium non fuerit solutũ, sed promissum infra certum tempus solui, & tempore euictionis non erat adhuc solutum remissiue. nu. 4.*

5 *Instrumentum locationis, in quo facta est promissio certæ summæ, & reseruata mensura maiori, vel minori, nõ est liquidum.*

6 *Instrumentum, in quo aliquis promisit ratificare facere aliquod instrumentum in aliquo loco, non potest via ritus præsentari, sed ordinaria, fallit si actor doceret per publica instrumenta se illa die fuisse præsto in illo loco ad recipiendam ratificationem, numero 7.*

8 *Instrumentum locationis non põt præsentari via ritus per locantem cõtra conductorem.*

9 *Instrumẽtum an possit liquidari via ritus contra filium famil. obligante ita simul cum patre, & renunciantẽ beneficio l. quod cum eo. mortuo patre abstinente ab ipsius hæreditate.*

10 *Instrumentum an possit liquidari via ritus nam iuxta consuet. regni requiritur inscriptio ducrum testium in instrumento continenti libram auri, tamen respectu tertiarum decursarũ maiorem summam continebat.*

11 *Instrumentum præsentatũ per hæredes creditoris in M. C. V. an possit liquidari via ritus, si Curia pro tribunali sedẽte fuerit in promptu opposita exceptio litis pendentiæ in S. C. ex quo per prius per eosdem hæredes lis fuerit intentata in eod. S. C.*

12 *Creditorum contra procuratorẽ, qui procuratorio nomine se obligauit principaliter possit liquidare instrumentum.*

13 *Instrumentum an possit liquidari quando est facta solutio creditori per viã venditionis bonorum sequestratorum*

rum sub hasta venditorum.
14 *Instrumentum dotis an possit liquidari iuxta formam ritus.*
15 *Fideiussor, qui soluit an possit cogere creditorem ad liquidandum instrumentum contra suum principalem.*
16 *An habilitatio à Iurisconsulto in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis impediat, quo minus instrumentum via ritus liquidari valeat.*
17 *An in liquidatione instrumenti contra clericum in Curia Archiepisc. seruetur iste ritus M.C.V.*

COLLECTANEA 121.

Super pragmatica IV. sub Rubrica de Instrumentorum liquidatione.

Cum nuper, &c.

STatuitur hic, quod ad impediendam liquidationem instrumentorum non recipiatur deposita, aut scripturæ, in aula Sacri Consilij, sed tantum in Magna Curia tempore vltimæ contumaciæ, seu insistentiæ Curia pro Tribunali sedente.

Aduerte quod quemadmodum hęc pragmatica non admittit debitorem ad præsentandum scripturas in aula
1 Sacri Cōsilij, similiter nec † ipse creditor admittitur ad præsentandum scripturas, seu alia instrumenta necessaria pro faciendo instrumentum præsentatum liquidum, quod aliàs de per se esset illiquidum, vel pro excludendo scripturas forsitan per debitorem præsentatas Curia pro tribunali sedente, vt per Franc. in decis. 420.

Sed quatenus vigore huius pragmaticæ prohibeantur recipi scripturæ, & deposita in Sacro Consilio ad ornatum, & intellectum, atque declarationem nō desinas videre decisionem Aragoniæ apud sess. in decis. 92. vbi nōnulla habes vtilia, & hic conducibilia.

Sed quia sumus in materia liquidationis instrumentorum non inutile visum est hic tibi congerere multas dubitationes decisas pro dilucidatione ipsius materiæ.

2 Quare quæritur primo, † num instrumentum capitulorum contra socerum possit liquidari vigore ritus, affirmatiuè decisum refert de Franc. in decis. 366. latè Battaglin. in addit. ad Cyn in l. qui in potestate, C. de ius vocando, vbi tradit vidisse dubitare de ista decis. at cum M.C.V. decreuisset, vt socer faceret depositum, fuit ipso referente confirmatum per S.R.
3 C. Secundo an † instrumentum possit liquidari via ritus contra emptorem, cui venditor habuerit fidem de pretio, in quo aderat pactum, quod nec etiam venditor teneretur ad pretij restitutionem, quamuis res vendita euicta fuerit per M.C.V. fuit pro
4 cessum ad liquidationem, † & quid si pretium non fuerit solutum, sed promissum infra certum tempus solui, & tempore euictionis non erat adhuc solutum, quia venditor fidem habuerat de pretio, & emptor exceperat de retentione, vide Franch. in de-
5 cis. 239. item an † instrumentum locationis, in quo facta est promissio certæ summæ, & reseruata mensura maiori, vel minori sit liquidum, vt via ritus liquidari possit, negatiuè decisum refert de Franch. in decis. 292. vbi in addit. refert in consimili casu fuisse decisum pro creditore, insuper instrumentum, an possit præsentari, & liquidari iuxta formam ritus, si cantet promissio ad centum, saluo meliori calculo, quo ad dictam quantitatē tantum, vt contingere solet in instrumentis societatis, in quibus datur certa summa pro capitali saluo lucro, vel damno affirmatiuè decis. refert Vrsil. in addit. ad Afflict. in decis.
6 205. num. 7. & † an possit via ritus præsentari instrumentum, in quo aliquis promisit ratificari facere aliquod instrumentum in aliquo loco vide Vrsill.

Digitized by Google

fill. in addit. ad Afflict. in decis. 316. sub num. 4. vbi refert fuisse decisum nega
7 tiuè, sed via ordinaria agi posse, † nisi actor doceret per publica instrumenta se illa die fuisse præstò in loco ad recipiẽdam ratificationem, & num
8 † instrumẽtum locationis possit præsentari via ritus per locantem contra conductorem negatiuè decisum refert Freccia de præsent. instrumẽt. par. 7. quæst. 9. & an instrumentũ possit via ritus liquidari cõtra matrem, vide de Franch. decis. 366 vbi in fi. refert. vnum ex Consiliarijs dixisse se vidisse liquidari, licet contrarium asserat in hoc decisum Battaglin. in addit. ad Cyn. in l. qui in potestate, C. de
9 in ius vocando, & † num instrumentum possit liquidari via ritus contra filiumfamilias obligatum simul cum patre, & renunciantem beneficio, l. quod cum eo, mortuo patre abstinentem ab ipsius hæreditate, vide Molfes. in conf. 4. in præs. post. comment. ad consuetud. Neapol. nu. 47. vbi refert in M.C.V. decretum fuisse via ordinaria esse procedendum, & interposita appellatione ad S. C. licet fuisset contra decretum d. M.C. decisum esse procedendum via exequutiua in reclamatione tandem inquit fuisse con
10 firmatum decretum M C.V. & † instrumentum, an possit liquidari via ritus, nam iuxta constit. Regni requiritur inscriptio duorum testium in instrumento continenti libram auri, tamen respectu tertiarum decursarũ maiorem summam continebat, vide Tapiam in constitut. Regni instrumẽtorum, num. 3. vbi refert in S.C. decisum ad relationem M. C. Vicariæ in causa Petri Romani, quod possit liquidari, quia fuit habitum pro vero constitut. instrumentorum robur. re-
11 spicere tempus contractus, † & instrumentum præsentatum per hæredes creditores in magna Curia Vicariæ, an possit liquidari via ritus, si in Curia pro Tribunali sedente fuerit in promptu opposita exceptio litis pendentię in S.C. ex quo per prius per eosdem hæredes lis fuerat intentata in S.C. petentes condemnari debitores ipsos, ac assistentiam præstari, vide Marant. consil. 39. vbi refert decisum non posse procedi ad liquidatio-
12 nem, sed † num creditor contra procuratorem, qui procuratorio nomine se obligauit principaliter possit liquidare instrumentum, est videndus Afflict. in decis. 64. vbi ait, quod sententia potest ferri contra eum, nõ ta-
13 men fieri exequutio, & † num instrumentum possit liquidari, quando est facta solutio creditori per viam venditionis bonorum sequestratorum sub hasta venditorum, quoniam datur cautio à venditore de restituendo cui, quibus, & quando, & sic tanquam, ei non plenè satisfactum, num receperit pecuniam reuocabiliter, videndus est de Franch. in decis. 200. vbi refert pluries negatiuè decisum, fideiussione tamen eidem à debitore
14 præstanda, an † autem instrumẽtum dotis possit liquidari iuxta formam ritus negatiuè Viuius in decis. 39. vbi assignat rationem, quare non censetur liquidum, sed pactionatum, num
15 fideiussor, qui soluit possit cogere creditorem ad liquidandum instrumentum contra suum principalem, vide de Franch. in decis. 353. vbi refert decisum negatiuè in causa magnifici Ferdinandi Montaquila cum magnifico Ioanne Vincentio Bagnara anno Domini 1583. 11. Iulij penes Secre-
16 tarium, fat enim est, si ei cedantur actiones, & † an habilitatio à iuramẽto in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis impediat, quo minus instrumentum via ritus liquidari valeat, adeas eundem de Franch. in decis. 670. vbi refert iudicatum die 26. mensis Nouembris 1598. in causa Iulij Cæsaris de Anna cum Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Comensi penes Secretariũ, quod minimè impediat, sed operatur
17 ad effectum agendi tantum, & † an in

in liquidatione instrumenti contra clericum in Curia Archiepisc. Neap. seruetur iste ritus M.C. Vicariæ 166. affirmatiuè practicari refert Ric. decis. 155. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem in alieno territorio exercere est prohibitum, declara procedere in iurisdictione contentiosa, & non voluntaria, num. 2 & debere etiam iurisdictionis territorium esse limitatum, num. 3.*

4 *Habens iurisdictionem ab inferiore, quam à Principe, nec etiam voluntariam iurisdictionem quis poterit exercere.*

5 *Baro potest prohibere vasallis ne adeat regia Tribunalia, quando esset in præiudicium iurisdictionis.*

6 *Vasallus non potest prorogare iurisdictionem in alium, quam in suum Dominum in ipsius præiudicium.*

7 *Clericus prohibetur prorogare iurisdictionem sui superioris, quod ampliatur.*

6 *Litigans coram non suo iudice præsumitur errare, & iudex causarum criminalium ad eas deputatus non potest procedere in causis ciuilibus, & è contra.*

9 *Iurisdictio, siue sit data à lege, siue à Principe populo consuetudine, vel Vniuersitate, non extenditur de loco ad locum, nec de bancho ad banchum.*

10 *Acta facta per iudicem incompetētem nulla sunt, nec partium consensu conualidari possunt.*

11 *Error in exercitio iurisdictionis vitiat processum.*

12 *Iudex pro defensione suæ iurisdictionis, & suæ sententiæ exequutione potest arma mouere.*

COLLECTANEA 122.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Iurisdictionibus inuicem non turbandis.

Discordias inter Officiales, &c.

HIc cauetur, quod officiales demandatam iurisdictionem exerceant, & ad aliam non se intromittant.

1 Tu firma regulam, † esse prohibitum exercere iurisdictionem in alieno territorio arg. l. fin. ff. de iurisdict. omn iudic. Franc. Marc. decis. 80. 389. & 428. vol. 1. vbi dicit esse pœnam criminis læsæ maiestatis arg. l. 3. §. fin. ff. ad leg. Iul. maiest. qui in decis. 341. &
2 361. vol. 2. tradit † hoc procedere in iurisdictione contentiosa, & non in voluntaria, affirmans etiam in decis.
3 531. eod. volum. † debere tamen iurisdictionis territorium esse limitatum, vt etiam annuit Cabal. in resolut. 120. & declarando in decis. 361. citat. vol. 2. supradicta procedere ait, dū habet quis iurisdictionem à Principe, quia si habet ab inferiore, quam à
4 Principe, † nec etiam voluntariam iurisdictionem quis poterit exercere.
5 Ex qua firmata † regula meritò euenit posse Baronem prohibere vasallos, ne adeant Regia Tribunalia, quādo esset in præiudicium suæ iurisdictionis, puta quia haberet Baro primas causas, vel secundas, Boer. decis. 114. Cacher. decis. 78. quod nota pro limitatione decisionis, de qua per Annam in singul. 62. dum refert Baronē nō posse prohibere vasallos, ne adeat
6 Regia Tribunalia: Vasallus enim † non potest prorogare iurisdictionem in alium, quam in suum Dominum in illius præiudicium Guid. Pap. decis. 77. & 275. Capyc. decis. 9. Gratian. de-
7 cis. Rot. March. 78. vt etiam † clericus prohibetur prorogare iurisdictio-

nem

nem sui superioris Surd. decis. 26. Viuius decis. 125. vbi inquit procedere etiam si sui superioris ordinatio interueniret, Verall. decis. 146. parte 2. Carocc. decis. 52. Grammat. decis. 29. & 61.

8 Et † hinc litigans coram non suo iudice præsumitur errare Balb. decis. 162 & hinc iudex causarum criminalium, & ad eas deputatus non potest procedere in causis ciuilibus, & è contra Carocc. decis. 54. Gratian. decis. 78. Crescen. decis. 5. de iudicijs, & hûc etiam spectat, quod † iurisdictio, siue sit data à lege, siue à Principe, populo, consuetudine, vel vniuersitate nõ extenditur de loco ad locum, nec de bancho ad banchum, quia esset turbare aliorum iurisdictiones, quod fieri non debet argu. l. consulta diualia, C. de testam. Caualc. decis. 10.

10 Nota autem, quod † acta facta per iudicem incompetentis iurisdictionis nulla sunt, nec partium consensu conualidari possunt Triulan. decisio, 68. lib. 1. & vide Balb. in decis. 113. vbi quod partes litigantes coram vno ex pluribus delegatis, quando non adest clausula, in solidum, faciunt acta nul-

11 la, quia † est error in exercitio iurisdictionis, qui vitiat processum.

12 Item scias, quod † pro defensione suæ iurisdictionis, & suæ sententiæ exequutione potest iudex arma mouere Franc. Marc. decis. 534. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio homicidij commissi, ex veneno spectat ad iurisdictionem criminalem.*
2 *Falsitatis causa est criminalis.*
3 *Duelli causa dicitur criminalis, cum duelli pœna sit capitalis.*
4 *Incestus causa inter ascendentes, & descendentes est criminalis.*
5 *Causa Sodomiæ est criminalis cum pœna Sodomiæ sit mortis naturalis.*
6 *Causa osculi per vim illati in stratis est criminalis.*
7 *Causa stratariorum dicitur criminalis.*
8 *Causa lenonum dicitur criminalis.*
9 *Causa ictus Scopitæ ad nocendum etiã non sequuto affectu dicitur criminalis.*
10 *Causa testis falsi iterantis falsitatem dicitur criminalis.*
11 *Causa criminis assassinij dicitur criminalis.*
12 *Causa libelli famosi dicitur criminalis.*
13 *Causa criminis falsæ monetæ dicitur pariter criminalis.*
14 *Causa criminis falsi in criminalibus dicitur etiam criminalis.*

COLLECTANEA 123.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Iurisdiction inuicem non turbandis.

Illustri, &c.

Causæ, in quibus venit imponenda mortis naturalis, aut ciuilis, aut membri mutilationis sunt iurisdictionis criminalis, cæteræ verò ciuilis.

1 Infero ex dispositione huius pragmaticæ, quod † cognitio homicidij commissi ex veneno spectet ad iurisdictionem criminalem, cum talis homicidij commissi pœna sit condemnatio ad furcam, vt decisum testatur Muta in decis. Siciliæ 1.

2 Infero secundo, quod † causa falsitatis est criminalis, falsariorum enim pœna est ad mortem naturalem condemnatio, vt decisum per Senatum Dolanum refert nouissimè Griuel. decis. 101.

3 Infero tertio quod † duelli causa dicitur etiam criminalis cum duelli pena sit capitalis iuxta decisionem Rotæ Lucens. quæ est apud Ludouic. 11. & vide pragmaticam 1. suprà sub rub. de duello.

4 Infero quarto quod † causa ince-

stus

stus inter ascendentes, & descendentes est criminalis, cum pœna mortis puniatur incestus inter ascendentes, & descendẽtes ex dec. Senatus Burdegal. apud Boer. in decis. 318.

5 Infero quinto quod † causa sodomiæ dicitur pariter criminalis, cum pœna sodomiæ sit mortis naturalis cum combustione, vt in pragm. 1. sub rubr. de sodomia, & latè est videndus Thess. iun. in lib. 3. quæst. forens. decis. 17. & vide Mutam in decis. Siciliæ 86. & in materia Peguer. decis. 73. & 75.

6 Infero sexto quod † causa osculi per vim illati in stratis est etiam causa criminalis, cum osculans per vim in stratis puellam puniatur morte naturali, vt per prag. 1. sub rub. inf. de osculantibus mulieres, & vide Franch. in decis. 33. Mutam in decis. 62. & Viuium in decis. 117.

7 Infero septimo quod † causa stratariorum, & latronum derobãtium, & captiuantium in stratis publicis est pariter criminalis, nam pœnam mortis naturalis imponitur talibus personis, vt decisum, & exequutum in Regno Siciliæ tradit Muta in decis. 60.

8 Infero octauo quod † causa lenonum dicatur etiam criminalis, cum lenones vltimo supplicio tradãtur iuxta prag. 1. sub rub. de lenonibus, & vide Peguer. in decis. 15. Caball. resolut. criminal. 171. & Viuius in decis. 183.

9 Infero nono quod † causa ictus scoppittæ, vel balistæ ad nocendum, etiam non sequuto effectu, dicitur pariter criminalis, cum ob talem emissionem quis incurrat pœnam mortis naturalis iuxta dispositionem pragmaticæ primæ sub rubr. de ictu scoppittæ, vide Gram. in decis. Lusitaniæ 170. & Mastrill. in decis. 155.

11 Infero decimo quod † causa testis falsi iterantis falsitatem sit pariter criminalis, cum tales puniatur pœna mortis naturalis, iuxta prag. 3. sub rub. de falsis, & vide Franch. de notario loquentem in decis. 440.

Infero vndecimo quod † causa criminis assassinij dicitur pariter criminalis, nam dans, vel promittens pecuniam mandatario pro aliquo occidẽdo, si fuerit deuentum ad actum proximum, etiam si mors nõ sequatur, vltimo supplicio damnatur iuxta prag. 1. sub rubr. de assassinio, quã fuisse obseruatam refert Gram. vot. 9. vide pariter Cap. in decis. 166.

12 Infero duodecimo quod † causa libelli famosi dicitur criminalis, famosos enim libellos componens vltimo supplicio traditur l. 1. C. de famosis libellis, & vide Franc. in decis. 533.

13 Infero decimotertio, quod † causa criminis falsæ monete dicitur pariter criminalis, nam falsificantes monetã puniuntur pœna capitis ex constitutione Regni, adulterinam, vide Fran. in decis. 440. Caball. resolut. 27. Gram. decis. 74. Viuius dec. 487. imo rasores monetarum adhuc vltimo supplicio traduntur ex prag. 1. de monetis imò expendens falsam monetam scienter punitur pœna mortis, nisi ostendat Authorem, Franch. decis. 401. Faber decis. 5. C. de falsis monetis D. Ricc. in decis. 294. par. 2. & sic etiam facientes falsos cugnos monetæ Capp. Tholos. decis. 162.

15 Infero decimoquarto quod † causa criminis falsi facti in criminalibus dicitur pariter criminalis, cum testes falsum deponentes in criminalibus, siue illos instruentes, vltimo supplicio puniantur ex dispositione pragmaticæ 4. de falsis Ludouic. in decis. Lucens. 19. Guid. Pap. in decis. 44.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale dicitur locus pius.*
2 *Hospitale gaudet immunitate ecclesiæ.*
3 *Derelictis hospitali nõ detrahitur Falcidia.*
Hospitale habet restitutionem in integrum.
4 *Hospitale habet fori electionem.*
5 *Confraternitates dicuntur loca pia.*

6 *Lo-*

6 *Locus pius dicitur collegium erectum authoritate Episcopi.*
7 *Inter legata pia continetur etiam legatum factum ecclesiæ vt conficiantur organa.*
8 *Referuntur priuilegia legatorum piorum.*
9 *An legatum factum alicui sancto, cuius corpus, seu reliquiæ non conseruatur in propria ecclesia, quæ est in loco, sed in alia ecclesia, cui ecclesiæ erit applicandum, remissiuè.*

COLLECTANEA 124.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Legatis Pijs.

Per parte delli Gouernatori &c.

MAndatur, vt legata pijs locis facta iisdem denuncientur à Notarijs infra dies quindecim à die stipulationis.

1 Ibi locis pijs, nota † hospitale dici locum pium, vt per Valasch. in decis.
2 105. vnde † hospitale gaudet immunitate ecclesiæ, ita vt ad eam confugiẽtes sunt tuti, ac si ad ecclesiam confu
3 gissent de Ponte in decis. 35. & ideo † de relictis hospitali Falcidia nõ detrahitur, quemadmodum de ecclesiæ legatis Maynar. in dec. 29. lib. 2. & hinc restitutio in integrum competit hospitali Marta in decis. 169. licet hoc fallat vbi vellet adire hæreditatem repudiatam post aditionem Franc. decis. 282. & ideo quomadmodum obtinens ecclesiam in titulum, seu beneficium tenetur horas canonicas recitare, ita & obtinens hospitale Sayr. in
4 dec. 1. de religiosis domibus, & † ideo hospitale habet fori electionem, vt per Farinac. in decis. 868. & hinc euenit, quod sicuti alienatio rerum ecclesiæ absque solemnitatibus non valet Papon. Arresto 3. lib. 1. tit. 13. Ludou. decis. Perus. 93. Seraphin. in decis. 178. volum. 1. Franc. decis. 35. Magon. decis. Florent. 69. Cauuc. in decis. nouis. Roman. 160. Guid. Pap. decis. 149. Lancellott. decis. 18. volum. 1. ita pariter alienatio rerum hospitalis facta absq. solemnitatibus neq. valet Antonin. in decis. 14. lib 1.

5 † Confraternitates etiam dicitur loca pia teste Cabed. in decis. 51. cen. 1. vnde istæ confraternitates gaudent priuilegio fori ecclesiastici vide Mut. in decis. Sicil. 58. & subsunt Episcopo loci Antonin. in dec. 66. lib. 1. & ideo sicuti ecclesiæ competit restitutio in integrum Benintend. in decis. 85. Cappella Tholos. in decis. 54. ita pariter competit istis confraternitatibus, vt per Mastrill. in decis. Sicil. 100. vbi sic decisum per Consistorium Sacræ Regiæ conscientiæ Regni Siciliæ, refert.

6 Et locus pius † dicitur Collegium erectum authoritate episcopi, vel Papæ vt fuit decisum in vna Maceratẽ. hospitalis teste Antonino in dec. 6. lib. 1.

Seminarium pariter dicitur locus pius, quod apparet, nam sicuti pro ampliatione Ecclesiæ cogitur quis suam rem vendere, vt per Grammat. in decis. 21. Franc. decis. 223. Giurba decis. 86. D. Ricc. in decis. 138. & 147. par. 1. Thesaur. in quæst. Forens. siue decisio. 64. libr. 1. ita pariter pro erectione, vel ampliatione Seminarij Carocc. decis. 26. iuxta quam sententiam pluries Consultus respondi pluribus prælatis huius Regni.

7 Scias autem, quod † inter legata pia continetur etiam legatum factũ Ecclesiæ, vt conficiatur organa, vel picturæ Sanctorum in Ecclesia Iasfred. decis. 21. Sic etiam legatum pro incertis, & malè ablatis, vide Caroc. in decisio. 71. & legatum dotis puellæ in necessitate constitutę Boer. decis. 94. & sic pariter legatum factum pro anima consanguineo pauperi, vide Franc. in decis. 565.

8 Quorum † legatorum piorũ plurima sunt priuilegia, vnde nos aliqua decisa enumerabimus.

Primum igitur priuilegium est, vt

Z lega-

legatum ad pias causas sit fauorabilius legato dotis Faber in decisio.22. C.qui potior.

Secundum, quia legata pia debentur per donatarium omnium bonorum, post testamentum Carocc. in decis.86. Tertium quia executio relictorum ad pias causas non differtur durante tempore inuentarij per heredem conficiendi Balb. decisio.402. Mainard.in decis.51.lib.3.

Quartum priuilegiũ est, quia huiusmodi legatum ad pias causas põt capi propria authoritate Polidor. Ripa in obseru.322.

Quintum priuilegium est,quia reuocato testamento debentur legata pia Carocc. decis.85.

Sextum est quia ex testamẽto imperfecto, simili modo debentur legata pia.Boer.decis.93.

Septimum priuilegium est, quia rupto testamento ex causa posthumi simillter debentur legata pia Capella Tholos.in decis.344. Mainard.in decis.13.lib.5.

Octauum priuilegium, quia debentur hęreditate non adita iuxta decisionem eiusdem Capellę Tholos.89.

Nonum priuilegium est,quia in donatione facta ad pias causas nõ requiritur insinuatio Faber in decis.7.C.de sacros.eccles.

Decimum priuilegium, quia statutum de admittendo Consilium sapientis non habet locum in relictis ad pias causas Polidor. Ripa in obseruat.147.

Vndecimum priuilegium est,quia de relictis vniuersaliter ad pias causas non detrahitur Trebellianica Capel.Tholos.in decis.83.

Duodecimum priuilegiũ est, quia contra ista legata ad pias causas non admittitur compensatio Medic. in decis.22.

Tertiumdecimum, quia filiusfamilias etsi testari nequeat, tamen ad pias causas testamentũ condere non prohibetur Faber in decisi.40. C.de sacrosanct.eccles.

Quartumdecimum priuilegiũ est, quia in testamento ad pias causas subintelligitur clausula derogatoria Mainard.decis.21.lib.5.

Quintumdecimum priuilegium est,quia valet carta scripta,& subscripta à defuncto ad pias causas nullis adhibitis testibus Valasch.decisio.67. lib.1.

9 Sed quæro † an legatum factũ alicui Sancto cuius corpus, seu reliquiæ non conseruantur in propria ecclesia, quæ est in loco, sed in alia ecclesia,cui ecclesiæ erit applicandum,vide Afflict. in decis.244. vbi refert executum, & decisum, legatum deberi ecclesijs ipsorum, & deficiẽtibus ecclesijs eorum nomine dedicatis, deberi alijs ecclesijs.

SVMMARIVM.

1 *Lenocinium vnde dicatur, & à quibus committatur.num.3.& 6*

2 *Lenones filiarum qualiter puniantur.*

4 *Turpe est marito carnale commercium habere cum vxore adultera, quæ nõdum pœnituit*

5 *Lenones propriorum vxorum quomodo puniantur.*

7 *Minor ætas non excusat à crimine lenocinij, sed intellige, vt nu.9.*

8 *Lenocinium est crimen graue, horrendum,& detestabile.*

10 *Fautores,& complices lenocinij tenentur hac pœna pragmatica.*

11 *Lenocinium committens ob paupertatem excusatur.*

12 *Pœna nostra pragmaticæ non procedit, vbi effectus non fuit sequutus, sic etiã in illo, qui semel in hoc crimen incidit, nisi fuisset maritus.nu.14.*

13 *Affectus non punitur, nisi sequatur effectus.*

COL-

COLLECTANEA 125.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Lenonibus.

Desiderantes, &c.

Hic cauetur, quod lenones vltimo supplicio tradantur plectendi per solam magnam Curiam, non obstantibus priuilegijs Baronibus concessis.

1 Lenocinium † hoc ab alliciendo dictum, quod iuuenes ad stupra alliciat, pluribus varijsque modis cōmittitur, nam committitur à parētibus, qui aliquando adeò scelesti reperiuntur, vt non solùm omni vitiorum genere inquinari non erubescant, sed etiam propriarum filiarum lenones turpi questu eas prostituere audent. Ideò meritò huiusmodi monstra omnia iura seuerissimè puniri statuerūt, siquidem † de iure communi pa-
2 rentes, qui tale scelus cōmittunt non solum patriam potestatem, & vsum fructū, quem in bonis filiarum habebant amittunt, vt in leg. omnes, C. de Specul. lib. 11. & in l. si lenones, C. de episc. Aud. Sed etiam condemnantur ad publica metalla, vt in cit. l. lenones, in fin.

De iure verò Authēt. multò acrius puniuntur, nam contra omnes lenones statuta est pęna vltimi supplicij, vt in Authen. de lenon. §. præconizamus, col. 3. quare in facto legitur cōbustum fuisse suæ filiæ, & vxoris lenonem.

De iure verò huius nostri Regni mater, quæ turpi questu filiā stuprandam tradidit pena truncationis nasi punitur ex constit. lenas de lenon. & constit. matres de pena matris filiam publicè prostituentis.

3 Committitur insuper † lenocinium à marito, qui adulterio, vxoris cōsensit, l. 2. C. de adulter. l. 2. §. lenocinij, & l. mariti. ff. eod. tit. cui consentire videtur, vbi aliquid scienter ab adultero accipiat, vel si vxorem in adulterio deprehensam retinuerit, d. l. 2. §. lenocinij, l. auxilium, §. fin. ff de mi-
4 nor. † turpe enim est marito carnale cōmercium habere cum vxore adultera, quæ non dum pęnituit, ca. si vir de adulter. cap. 1. & cap. si quis, 32. q. 1.
5 quorum lenonum pęna est, † nam repelluntur de iure ciuili ab accusando vxoris adulterium, l. cum mulier. ff. solut. matrim. vt etiam cauetur de iure municipali Hispan. ex l. 7. tit. 17. par. 7. & l. 2. tit. 19. lib. 8. Recōpil. & ex l. 4. titul. 6. par. 4. incurrunt infamiam tales lenones, & denique pęna mortis imposita est in l. 2. tit. 22. p. 8. In statu verò ecclesiastico viget Constitutio Pauli IV. & alia Sixti V. super temeraria thori separatione, ac publicis adulterijs, stupris, & lenocinijs, qua cauetur, quod pater, vel mater, vel maritus, qui suæ filiæ virginis pudorem, aut propriam vxorem alterius libidini tradiderit, aut induxerit, aut stupra, adulteria, questus, aut alia quauis causa palam exerceat pœna vltimi supplicij puniatur.

6 Pariter † committitur lenociniū, ab homine, vel fęmina cum muliere intercedēte, vt cum alio fornicetur, qui vulgari sermone propriè (Ruffiani, appellantur, l. palam, §. lenociniū. ff de rit. nupt. l. mariti, §. plectitur. ff. de adulter. & per hæc breuiter sit impositus finis huic præludio pro ornatu nostræ pragmaticæ.

Deueniendo tamen ad textū pragmaticæ pro ornatu videas Regner. in decis. 15. Cabal resolut. 17. Viu. in deci. 183. & amplia † procedere dispo-
7 sitionem talis pragmaticæ, etiam in minoribus, cum in hoc crimine lenocinij minor ætas non excuset, vt expressè cautum est in l. auxilium, §. fi. ff. de minor. cuius authoritate sic in facto requisitus de voto determinaui, est enim crimen graue, horrendū,
8 detestabile pestiferū, † & magnopere legibus odiosum, quare ob crimi-

Z 2 nis

nis immanitatem potius est dicendum, minorem incurrere pęnam ordinariam, prout in casu patricidij testatur decisum Franc. in decisio. 230.
9 quod volo, vt † intelligas, si minor fit doli capax, & ideo in hoc maximè debet versari iudicis arbitrium, quod extendi posse vsque ad mortem inclusiuè in minore doli capace testatur Ludouic. in decis. Lucens. 17.

10 Amplia † secundo etiam ad fautores, & complices lenocinij, nã tenentur hac pęna pragmaticę ex eo, quod complices, & fautores lenocinij eadem pęna plectuntur Cabal. resolut. 171. vnde qui opem præstat adulterio, ex quo arte, & fallacijs maritum extra domum producit, & retinet ad hoc, vt socius commodè possit adulterium committere eadem pœna puniendus est, sicuti principalis.

11 Limita primo, † in matre, quę propter paupertatem fecit lenocinium ipsi filiæ, & ite dico in alijs, qui ex vi paupertatis moti hoc crimen committunt, nam non debent puniri de lenocinio, vt iudicatum in Regia Audientia refert Vinius in decis. 454.

12 Limita secundo, † hac pœna non teneri lenonem, si effectus non fuit sequutus, vt puta, quia tentauit mulierem, quæ noluit consentire, nam in tali casu mitius iudicis arbitrio punitur, vt practicatum audio in facti contingentia ex generali consuetudine totius Italiæ, qua non punitur
13 affectus, † nisi sequatur effectus, iuxta latè adducta per D. Ricc. in decis. 70. par. 1.

14 Limita tertio, † in illo, qui semel hoc crimen lenocinij commisit, nam non est puniendus hac ordinaria pœna pragmaticæ, cum per vnicum actum non incurratur pœna lenocinij, requiritur enim, quod ad minus per duas vices in hoc crimine deliquerit, vt per Magnam Curiam Vicariæ, & nostrum Sacrum Consilium decisum fuisse testis est mihi Franch. in decis. 68. qui hoc dicit non procedere in marito, qui committendo vxoris lenocinium ex vnico actu punitur ex l. mariti, §. qui quæstum, ff. ad leg. Iul. de adulter. sequitur Cabal. resolut. 171.

Sed lena de lenocinio inquisita nulla mercede pro eo recepta existente cognitione causarum penes iudicem meretricum, & lenarum, an sit eidem iudici remittenda, si fuerit capta à M.C.V. negatiuè decisum habes apud Franc. in decis. 68. & vide Cabal. in resolut. 123.

SVMMARIVM.

1 *Pro literis cambij competit via executiua contra acceptantem.*
2 *Acceptans literas cambij, & soluere promittens, nisi tempore congruo non soluat obligatur ad interesse.*
3 *Etiam si quis acceptet literas cambij factas à debitore alterius pro soluenda quantitate tertio in diem, & tertius acceptationem habeat ratam non propterea liberatur primus debitor.*
4 *Literis cambij amissis est locus repetitioni.*
5 *Acceptans literas cambij cum protesta, & postea soluens simpliciter censetur soluisse iuxta formam literarum cambij.*
6 *Aduersus exequutionem literarum cãbij non potest opponi exceptio.*
7 *Non nominatus in literis cambij non potest iure exequutiuo exigere pecunias datas cambio.*
8 *Literæ cambij, quamuis non fuerint acceptatæ scribens remanet obligatus, vt principalis, si fuerint acceptatæ, sed non completæ ob fauorem liberi commercij exequutionem habeat contra scribentem*
9 *Recipiens literas cambij, & mandatum de soluendo, potest non obseruato ordine soluere summam honore literarũ super protesta, & retinere obligatum scribentem, à quo exigere potest nulla facta notitia de ordine non acceptata.*

Ad-

10 Aduersus literas cambij est dandus terminus.
11 Scribens literas cambij non solutas, sed protestatas tenetur soluere pecunias in literis constitutas creditori.
12 Litera cambij scripta alicui probāt contra scribentem ad fauorem tertij, cui soluendum erat cambium.
13 Soluens cambium non habet obligatum illum, cui soluit, sed eum, de cuius mādato soluit, & recipiens obligatur contra mandantem.
14 Partis citatio non exigitur in recognitione manus literarum cambij.
15 Cambia debētur ab eo, qui ordinem dedit, si sint realia.
16 Literæ mercatorum habent vim publicorum documentorum.
17 Literæ cambij inducūt delegationem, & liberationem.
18 Literæ cambij præsumuntur facta in tēpore ad euitandum caducitatem, & delictum.
19 Acceptans literas cambij tenetur soluere, etiam si illas non retinuerit, atque scribens decoctus euasisset.
20 Debitor literis cambij in diem acceptatis est liberatus.
21 Acceptans literas sine protestatione tenetur soluere, licet scribens factus sit non soluendo.
22 Acceptans epistolam de soluendo alicui, licet non sint literæ cambij, tamē tenetur soluere.
23 Nemo tenetur soluere vigore literarū, quæ dicuntur de auuisi.
24 Non exigens remissas intra tempus a statuto dispositum remanet obligatus insolidum.
25 Soluens sub protesta tractam sibi factam non intelligitur soluisse in vim mandati.
26 Literæ signari possunt etiam alieno sigillo, dummodo expresse hoc attestetur, alias in falsi pœnam incurreret.
27 Cambia, & recambia, vt debeātur mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum, quæ requirantur remissiuè.
28 Cambia, quando debentur remissiuè.
29 Mercator non tenetur soluere literas cambij sibi directas, si eas non acceptauerit, & quando, & quomodo hæc acceptatio probetur remissiuè.
30 Literæ cambij, an, & quando contra scribentem, vel acceptantem habeāt exequutionem paratam, & quid ratione interesse, vel stante decoctione, & fallimento alterius ex ipsis.

COLLECTANEA 126.

Super pragmat. I. & II. sub Rubr. de Literis cambij.

Nuper, &c.

IN his pragmaticis datur certa forma ad instantiam mercatorū pro acceptatione, & executione literarum cambij, Tu tamen pro ornatu materiæ nota plures casus decisos.

1 Et primo nota, quod † pro literis cambij competit via exequutiua cōtra acceptantem Mastril in decis. Sicil. 9. vol. 1.

2 Secundo, quod † acceptans literas cambij, & soluere promittens, nisi tempore congruo non soluat, obligatur ad interesse Marlian. in decis. Rotæ Genuæ 4.

3 Tertio, quod † etiam si quis acceptet literas cambij, seu tractam factā a debitore alterius pro soluenda quantitate tertio in diem, & tertius acceptationem habeat ratam, non propterea liberatur primus debitor, si effectus non sequitur, vel si ante diem acceptans sit non soluendo, Rota Genuæ in decis. 2.

4 Quarto, quod † si literæ cambij ante pecuniarum exactionem amittantur, est locus repetitioni a priori nūmulario, vt conclusum, & obseruatū vidisse Genuæ inter mercatores refert Benintend. in decis. Bonon. 58. & vide Franch. decis. 498.

5 Quinto, quod † acceptans literas cambii cum protesta, & postea soluens simpliciter censetur soluisse iux

rum sub hasta venditorum.
14 *Instrumentum dotis an possit liquidari iuxta formam ritus.*
15 *Fideiussor, qui soluit an possit cogere creditorem ad liquidandum instrumentum contra suum principalem.*
16 *An habilitatio à Iurisconsulto in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis impediat, quo minus instrumentum via ritus liquidari valeat.*
17 *An in liquidatione instrumenti contra clericum in Curia Archiepisc. seruetur iste ritus M.C.V.*

COLLECTANEA 121.

Super pragmatica IV. sub Rubrica de Instrumentorum liquidatione.

Cum nuper, &c.

STatuitur hic, quod ad impediendam liquidationem instrumentorum non recipiatur deposita, aut scripturæ, in aula Sacri Consilij, sed tantum in Magna Curia tempore vltimæ contumaciæ, seu insistentiæ Curia pro Tribunali sedente.

Aduerte quod quemadmodum hęc pragmatica non admittit debitorem ad præsentandum scripturas in aula
1 Sacri Cõsilij, similiter nec † ipse creditor admittitur ad præsentandum scripturas, seu alia instrumenta necessaria pro faciendo instrumentum præsentatum liquidum, quod aliàs de per se esset illiquidum, vel pro excludendo scripturas forsitan per debitorem præsentatas Curia pro tribunali sedente, vt per Franc. in decis. 420.

Sed quatenus vigore huius pragmaticæ prohibeantur recipi scripturæ, & deposita in Sacro Consilio ad ornatum, & intellectum, atque declarationem nõ desinas videre decisionem Aragoniæ apud sess. in decis. 92. vbi nõnulla habes vtilia, & hic conducibilia.

Sed quia sumus in materia liquidationis instrumentorum non inutile visum est hic tibi congerere multas dubitationes decisas pro dilucidatione ipsius materiæ.

2 Quare quæritur primo, † num instrumentum capitulorum contra socerum possit liquidari vigore ritus, affirmatiuè decisum refert de Franc. in decis. 366. latè Battaglin. in addit. ad Cyn. in l. qui in potestate, C. de ius vocando, vbi tradit vidisse dubitare de ista decis. at cum M.C.V. decreuisset, vt socer faceret depositum, fuit ipso referente confirmatum per S.R.
3 C. Secundo an † instrumentum possit liquidari via ritus contra emptorem, cui venditor habuerit fidem de pretio, in quo aderat pactum, quod nec etiam venditor teneretur ad pretij restitutionem, quamuis res vendita euicta fuerit per M.C.V. fuit pro
4 cessum ad liquidationem, † & quid si pretium non fuerit solutum, sed promissum infra certum tempus solui, & tempore euictionis non erat adhuc solutum, quia venditor fidem habuerat de pretio, & emptor exceperat de retentione, vide Franch. in de-
5 cis. 239. item an † instrumentum locationis, in quo facta est promissio certæ summæ, & reseruata mensura maiori, vel minori sit liquidum, vt via ritus liquidari possit, negatiuè decisum refert de Franch. in decis. 292. vbi in addit. refert in consimili casu fuisse decisum pro creditore, insuper instrumentum, an possit præsentari, & liquidari iuxta formam ritus, si cantet promissio ad centum, saluo meliori calculo, quo ad dictam quantitatẽ tantum, vt contingere solet in instrumentis societatis, in quibus datur certa summa pro capitali saluo lucro, vel damno affirmatiuè decis. refert Vrsil. in addit. ad Afflict. in decis.
6 205. num. 7. & † an possit via ritus præsentari instrumentum, in quo aliquis promisit ratificari facere aliquod instrumentum in aliquo loco vide Vrsill.

fill. in addit. ad Afflict. in decis. 316. sub num. 4. vbi refert fuisse decisum negatiuè, sed via ordinaria agi posse, † nisi
7 actor doceret per publica instrumenta se illa die fuisse præstò in loco ad reicipiẽdam ratificationem, & num
8 † instrumẽtum locationis possit præsentari via ritus per locantem contra conductorem negatiuè decisum refert Freccia de præsent. instrumẽt. par. 7. quæst. 9. & an instrumentũ possit via ritus liquidari cõtra matrem, vide de Franch. decis. 366. vbi in fi. refert. vnum ex Consiliarijs dixisse se vidisse liquidari, licet contrarium asserat in hoc decisum Battaglin. in addit. ad Cyn. in l. qui in potestate, C. de
9 in ius vocando, & † num instrumentum possit liquidari via ritus contra filiumfamilias obligatum simul cum patre, & renunciantem beneficio, l. quod cum eo, mortuo patre abstinentem ab ipsius hæreditate, vide Molfes. in cons. 4. in præs. post. comment. ad consuetud. Neapol. nu. 47. vbi refert in M. C. V. decretum fuisse via ordinaria esse procedendum, & interposita appellatione ad S. C. licet fuisset contra decretum d. M. C. decisum esse procedendum via exequutiua in reclamatione tandem inquit fuisse con
10 firmatum decretum M C. V. & † instrumentum, an possit liquidari via ritus, nam iuxta constit. Regni requiritur inscriptio duorum testium in instrumento continenti libram auri, tamen respectu terriarum decursarũ maiorem summam continebat, vide Tapiam in constitut. Regni instrumẽtorum, num. 3. vbi refert in S. C. decisum ad relationem M. C. Vicariæ in causa Petri Romani, quod possit liquidari, quia fuit habitum pro vero constitut. instrumentorum robur. re-
11 spicere tempus contractus, † & instrumentum præsentatum per hæredes creditores in magna Curia Vicariæ, an possit liquidari via ritus, si in Curia pro Tribunali sedente fuerit in promptu opposita exceptio litis pendentię in S. C. ex quo per prius per eosdem hæredes lis fuerat intentata in S. C. petentes condemnari debitores ipsos, ac assistentiam præstari, vide Marant. consil. 39. vbi refert decisum non posse procedi ad liquidatio-
12 nem, sed † num creditor contra procuratorem, qui procuratorio nomine se obligauit principaliter possit liquidare instrumentum, est videndus Afflict. in decis. 64. vbi ait, quod sententia potest ferri contra eum, nõ ta-
13 men fieri exequutio, & † num instrumentum possit liquidari, quando est facta solutio creditori per viam venditionis bonorum sequestratorum sub hasta venditorum, quoniam datur cautio à venditore de restituendo ei, quibus, & quando, & sic tanquam, ei non plenè satisfactum, num receperit pecuniam reuocabiliter, videndus est de Franch. in decis. 200. vbi refert pluries negatiuè decisum, fideiussione tamen eidem à debitore
14 præstanda, an † autem instrumẽtum dotis possit liquidari iuxta formam ritus negatiuè Viuius in decis. 39. vbi assignat rationem, quare non censetur liquidum, sed pactionatum, num
15 fideiussor, qui soluit possit cogere creditorem ad liquidandum instrumentum contra suum principalem, vide de Franch. in decis. 353. vbi refert decisum negatiuè in causa magnifici Ferdinandi Montaquila cum magnifico Ioanne Vincentio Bagnara anno Domini 1583. 11. Iulij penes Secre-
16 tarium, sat enim est, si ei cedantur actiones, & † an habilitatio à iuramẽto in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis impediat, quo minus instrumentum via ritus liquidari valeat, adeas eundem de Franch. in decis. 670. vbi refert iudicatum die 26. mensis Nouembris 1598. in causa Iulij Cæsaris de Anna cum Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Comensi penes Secretariũ, quod minimè impediat, sed operatur
17 ad effectum agendi tantum, & † an in

in liquidatione instrumenti contra clericum in Curia Archiepisc. Neap. seruetur iste ritus M.C. Vicariæ 166. affirmatiuè practicari refert Ric. decis. 155. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem in alieno territorio exercere est prohibitum, declara procedere in iurisdictione contentiosa, & non voluntaria, num. 2 & debere etiam iurisdictionis territorium esse limitatum, num. 3.*

4 *Habens iurisdictionem ab inferiore, quam à Principe, nec etiam voluntariam iurisdictionem quis poterit exercere.*

5 *Baro potest prohibere vasallis ne adeat regia Tribunalia, quando esset in praeiudicium iurisdictionis.*

6 *Vasallus non potest prorogare iurisdictionem in alium, quam in suum Dominum in ipsius praeiudicium.*

7 *Clericus prohibetur prorogare iurisdictionem sui superioris, quod ampliatur.*

8 *Litigans coram non suo iudice praesumitur errare, & iudex causarum criminalium ad eas deputatus non potest procedere in causis ciuilibus, & è contra.*

9 *Iurisdictio, siue sit data à lege, siue à Principe populo consuetudine, vel Vniuersitate, non extenditur de loco ad locum, nec de bancho ad banchum.*

10 *Acta facta per iudicem incompetentem nulla sunt, nec partium consensu conualidari possunt.*

11 *Error in exercitio iurisdictionis vitiat processum.*

12 *Iudex pro defensione suae iurisdictionis, & sua sententia exequutione potest arma mouere.*

COLLECTANEA 122.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Iurisdictionibus inuicem non turbandis.

Discordias inter Officiales, &c.

HIc cauetur, quod officiales demandatam iurisdictionem exerceant, & ad aliam non se intromittant.

1 Tu firma regulam, † esse prohibitum exercere iurisdictionem in alieno territorio arg. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. Franc. Marc. decis. 80. 389. & 428. vol. 1. vbi dicit esse pœnam criminis læsæ maiestatis arg. l. 3. §. fin. ff. ad leg. Iul. maiest. qui in decis. 341. &
2 361. vol. 2. tradit † hoc procedere in iurisdictione contentiosa, & non in voluntaria, affirmans etiam in decis.
3 541. eod. volum. † debere tamen iurisdictionis territorium esse limitatum, vt etiam annuit Cabal. in resolut. 120. & declarando in decis. 361. citat. vol. 2. supradicta procedere ait, dum habet quis iurisdictionem à Principe, quia si habet ab inferiore, quam à
4 Principe, † nec etiam voluntariam iurisdictionem quis poterit exercere.

5 Ex qua firmata † regula meritò euenit posse Baronem prohibere vasallos, ne adeant Regia Tribunalia, quādo esset in præiudicium suæ iurisdictionis, puta quia haberet Baro primas causas, vel secundas, Boer. decis. 114. Cacher. decis. 78. quod nota pro limitatione decisionis, de qua per Annam in singul. 62. dum refert Baronē nō posse prohibere vasallos, ne adeāt
6 Regia Tribunalia: Vasallus enim † non potest prorogare iurisdictionem in alium, quam in suum Dominum in illius præiudicium Guid. Pap. decis. 77. & 275. Capyc. decis. 9. Gratian. de-
7 cis. Rot. March. 78. vt etiam † clericus prohibetur prorogare iurisdictionem

neni sui superioris Surd. decis.26. Viuius decis. 125. vbi inquit procedere etiam si sui superioris ordinatio interueniret, Verall.decis.146. parte 2. Carocc.decis.52. Grammat.decis.29. & 61.

8 Et † hinc litigans coram non suo iudice præsumitur errare Balb.decis. 162 & hinc iudex causarum criminalium, & ad eas deputatus non potest procedere in causis ciuilibus,& e contra Carocc.decis.54. Gratian. decis. 78.Crescen.decis.5.de iudicijs,& hinc
9 etiam spectat,quod † iurisdictio, siue sit data à lege,siue à Principe, populo, consuetudine, vel vniuersitate nō extenditur de loco ad locum, nec de bancho ad banchum,quia esset turbare aliorum iurisdictiones, quod fieri non debet argu.l.consulta diualia. C. de testam.Caualc.decis.10.

10 Nota autem, quod † acta facta per iudicem incompetentis iurisdictionis nulla sunt, nec partium consensu conualidari possunt Triuulan.decisio. 68.lib.1.& vide Balb.in decis.113. vbi quod partes litigantes coram vno ex pluribus delegatis, quando non adest clausula, in solidum,faciunt acta nul-
11 la,quia † est error in exercitio iurisdictionis,qui vitiat processum.

12 Item scias, quod † pro defensione suæ iurisdictionis, & suæ sententiæ exequutione potest iudex arma mouere Franc.Marc.decis.534.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio homicidij commissi, ex veneno spectat ad iurisdictionem criminalem.*
2 *Falsitatis causa est criminalis.*
3 *Duelli causa dicitur criminalis, cum duelli pœna sit capitalis.*
4 *Incestus causa inter ascendentes,& descendentes est criminalis.*
5 *Causa Sodomiæ est criminalis cum pœna Sodomiæ sit mortis naturalis.*
6 *Causa osculi per vim illati in stratis est criminalis.*
7 *Causa stratariorum dicitur criminalis.*
8 *Causa lenonum dicitur criminalis.*
9 *Causa ictus Scopittæ ad nocendum etiā non sequuto affectu dicitur criminalis.*
10 *Causa testis falsi iterantis falsitatem dicitur criminalis.*
11 *Causa criminis assassinij dicitur criminalis.*
12 *Causa libelli famosi dicitur criminalis.*
13 *Causa criminis falsæ monetæ dicitur pariter criminalis.*
14 *Causa criminis falsi in criminalibus dicitur etiam criminalis.*

COLLECTANEA 123.

Super pragmatica II.sub Rubr. de Iurisdiction. inuicem non turbandis.

Illustri,&c.

Causæ, in quibus venit imponenda mortis naturalis, aut ciuilis, aut membri mutilationis sunt iurisdictionis criminalis, cæteræ verò ciuilis.

Infero ex dispositione huius prag-
1 maticæ, quod † cognitio homicidij commissi ex veneno spectet ad iurisdictionem criminalem,cum talis homicidij commissi pœna sit condemnatio ad furcam, vt decisum restatur Muta in decis.Siciliæ 1.

2 Infero secundo,quod † causa falsitatis est criminalis, falsariorum enim pœna est ad mortem naturalem condemnatio, vt decisum per Senatum Dolanum refert nouissimè Grinel. decis.101.

3 Infero tertio quod † duelli causa dicitur etiam criminalis cum duelli pœna sit capitalis iuxta decisionem Rotæ Lucensis quæ est apud Ludouic.11.& vide pragmaticam 1.suprá sub rub. de duello.

4 Infero quarto quod † causa incestus

stus inter ascendentes, & descendentes est criminalis, cum pœna mortis puniatur incestus inter ascendentes, & descendētes ex dec. Senatus Burdegal. apud Boer. in decis. 318.

5 Infero quinto quod † causa sodomiæ dicitur pariter criminalis, cum pœna sodomiæ sit mortis naturalis cum combustione, vt in pragm. 1. sub rubr. de sodomia, & latè est videndus Thess. iun. in lib. 3. quæst. forens. decis. 17. & vide Mutam in decis. Sicilæ 86. & in materia Peguer. decis. 73. & 75.

6 Infero sexto quod † causa osculi per vim illati in stratis est etiam causa criminalis, cum osculans per vim in stratis puellam puniatur morte naturali, vt per prag. 1. sub rub. inf. de osculantibus mulieres, & vide Franch. in decis. 33. Mutam in decis. 62. & Viuium in decis. 117.

7 Infero septimo quod † causa stratariorum, & latronum derobātium, & captiuantium in stratis publicis est pariter criminalis, nam pœnam mortis naturalis imponitur talibus personis, vt decisum, & exequutum in Regno Siciliæ tradit Muta in decis. 60.

8 Infero octauo quod † causa lenonum dicatur etiam criminalis, cum lenones vltimo supplicio tradātur iuxta prag. 1. sub rub. de lenonibus, & vide Peguer. in decis. 15. Caball. resolut. criminal. 171. & Viuius in decis. 183.

9 Infero nono quod † causa ictus scoppittæ, vel balistæ ad nocendum, etiam non sequuto effectu, dicitur pariter criminalis, cum ob talem emissionem quis incurrat pœnam mortis naturalis iuxta dispositionem pragmaticæ primæ sub rubr. de ictu scoppittæ, vide Gram. in decis. Lusitaniæ 170. & Mastrill. in decis. 155.

11 Infero decimo quod † causa testis falsi iterantis falsitatem sit pariter criminalis, cum tales puniatur pœna mortis naturalis, iuxta prag. 3. sub rub. de falsis, & vide Franch. de notario loquentem in decis. 440.

Infero vndecimo quod † causa criminis assassinij dicitur pariter criminalis, nam dans, vel promittens pecuniam mandatario pro aliquo occidēdo, si fuerit deuentum ad actum proximum, etiam si mors nō sequatur, vltimo supplicio damnatur iuxta prag. 1. sub rubr. de assassinio, quā fuisse obseruatam refert Gram. vot. 9. vide pariter Cap. in decis. 166.

12 Infero duodecimo quod † causa libelli famosi dicitur criminalis, famosos enim libellos componens vltimo supplicio traditur l. 1. C. de famosis libellis, & vide Franc. in decis. 533.

13 Infero decimotertio, quod † causa criminis falsæ monetæ dicitur pariter criminalis, nam falsificantes monetā puniuntur pœna capitis ex constitutione Regni, adulterinam, vide Fran. in decis. 440. Caball. resolut. 27. Gram. decis. 74. Viuius dec. 487. imo rasores monetarum adhuc vltimo supplicio traduntur ex prag. 1. de monetis imò expendens falsam monetam scienter punitur pœna mortis, nisi ostendat Authorem, Franch. decis. 401. Faber decis. 5. C. de falsis monetis D. Ricc. in decis. 294. par. 2. & sic etiam facientes falsos cugnos monetæ Capp. Tholos. decis. 162.

15 Infero decimoquarto quod † causa criminis falsi facti in criminalibus dicitur pariter criminalis, cum testes falsum deponentes in criminalibus, siue illos instruentes, vltimo supplicio puniantur ex dispositione pragmaticæ 4. de falsis Ludouic. in decis. Lucens. 19. Guid. Pap. in decis. 44.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale dicitur locus pius.*
2 *Hospitale gaudet immunitate ecclesiæ.*
3 *De relictis hospitali nō detrahitur Falcidia.*
Hospitale habet restitutionem in integrum.
4 *Hospitale habet fori electionem.*
5 *Confraternitates dicuntur loca pia.*
6 Lo-

6 *Locus pius dicitur collegium erectum authoritate Episcopi.*
7 *Inter legata pia continetur etiam legatum factum ecclesiæ vt conficiantur organa.*
8 *Referuntur priuilegia legatorum piorum.*
9 *An legatum factum alicui sancto, cuius corpus, seu reliquia non conseruatur in propria ecclesia, quæ est in loco, sed in alia ecclesia, cui ecclesiæ erit applicandum, remissiuè.*

COLLECTANEA 124.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Legatis Pijs.

Per parte delli Gouernatori &c.

MAndatur, vt legata pijs locis facta ijsdem denuncientur à Notarijs infra dies quindecim à die stipulationis.

1 Ibi locis pijs, nota † hospitale dici locum pium, vt per Valasch. in decis.
2 105. vnde † hospitale gaudet immunitate ecclesiæ, ita vt ad eam confugiẽtes sunt tuti, ac si ad ecclesiam confu
3 gissent de Ponte in decis. 35. & ideo † de relictis hospitali Falcidia nõ detrahitur, quemadmodum de ecclesiæ legatis Maynar. in dec. 29. lib. 2. & hinc restitutio in integrum competit hospitali Marta in decis. 169. licet hoc fallat vbi vellet adire hæreditatem repudiatam post aditionem Franc. decis. 282. & ideo quomadmodum obtinens ecclesiam in titulum, seu beneficium tenetur horas canonicas recitare, ita & obtinens hospitale Sayr in
4 dec. 1. de religiosis domibus, & † ideo hospitale habet fori electionem, vt per Farinac. in decis. 868. & hinc euenit, quod sicuti alienatio rerum ecclesiæ absque solemnitatibus non valet Papon. Arresto 3. lib. 1. tit. 13. Ludou. decis. Perus. 93. Seraphin. in decis. 178. volum. 1. Franc. decis. 35. Magon. decis. Florent. 69. Cantuc. in decis. nouis. Roman. 160. Guid. Pap. decis. 149. Lancellott. decis. 18. volum. 1. ita pariter alienatio rerum hospitalis facta absq. solemnitatibus neq. valet Antonin. in decis. 14. lib 1.

5 † Confraternitates etiam dicũtur loca pia teste Cabed. in decis. 51. cen. 1. vnde istæ confraternitates gaudent priuilegio fori ecclesiastici vide Mut. in decis. Sicil. 58. & subsunt Episcopo loci Antonin. in dec. 66. lib. 1. & ideo sicuti ecclesiæ competit restitutio in integrum Benintend. in decis. 85. Capella Tholos. in decis. 54. ita pariter competit istis confraternitatibus, vt per Mastrill. in decis. Sicil. 100. vbi sic decisum per Consistorium Sacræ Regiæ conscientiæ Regni Siciliæ, refert.

6 Et locus pius † dicitur Collegium erectum authoritate episcopi, vel Papæ vt fuit decisum in vna Maceratẽ. hospitalis teste Antonino in dec. 6. lib. 1.

Seminarium pariter dicitur locus pius, quod apparet, nam sicuti pro ampliatione Ecclesiæ cogitur quis suam rem vendere, vt per Grammat. in decis. 21. Franc. decis. 223. Giurba decis. 86. D. Ricc. in decis. 138. & 147. par. 1. Thesaur. in quæst. Forens. siue decisio. 64. libr. 1. ita pariter pro erectione, vel ampliatione Seminarij Caroc. decis. 26. iuxta quam sententiam pluries Consultus respondi pluribus prælatis huius Regni.

7 Scias autem, quod † inter legata pia continetur etiam legatum factũ Ecclesiæ, vt conficiatur organa, vel picturæ Sanctorum in Ecclesia Iasfred. decis. 21. Sic etiam legatum pro incertis, & malè ablatis, vide Caroc. in decisio. 71. & legatum dotis puellæ in necessitate constitutę Boer. decis. 94. & sic pariter legatum factum pro anima consanguineo pauperi, vide Franc. in decis. 565.

8 Quorum † legatorum piorũ plurima sunt priuilegia, vnde nos aliqua decisa enumerabimus.

Primum igitur priuilegium est, vt

Z lega-

Digitized by Google

legatum ad pias causas sit fauorabilius legato dotis Faber in decisio. 22. C. qui potior.

Secundum, quia legata pia debentur per donatarium omnium bonorum, post testamentum Caroce. in decis. 86. Tertium quia executio relictorum ad pias causas non differtur durante tempore inuentarij per heredem conficiendi Balb. decisio. 402. Mainard. in decis. 51. lib. 3.

Quartum priuilegiũ est, quia huiusmodi legatum ad pias causas pòt capi propria authoritate Polidor. Ripa in obseru. 322.

Quintum priuilegium est, quia reuocato testamento debentur legata pia Carocc. decis. 85.

Sextum est quia ex testamẽto imperfecto, simili modo debentur legata pia. Boer. decis. 93.

Septimum priuilegium est, quia rupto testamento ex causa posthumi similiter debentur legata pia Capella Tholos. in decis. 344. Mainard. in decis. 13. lib. 5.

Octauum priuilegium, quia debentur hereditate non adita iuxta decisionem eiusdem Capellę Tholos. 89.

Nonum priuilegium est, quia in donatione facta ad pias causas nõ requiritur insinuatio Faber in decis. 7. C. de sacros. eccles.

Decimum priuilegium, quia statutum de admittendo Consilium sapientis non habet locum in relictis ad pias causas Polidor. Ripa in obseruat. 147.

Vndecimum priuilegium est, quia de relictis vniuersaliter ad pias causas non detrahitur Trebellianica Capel. Tholos. in decis. 83.

Duodecimum priuilegiũ est, quia contra ista legata ad pias causas non admittitur compensatio Medic. in decis. 22.

Tertiumdecimum, quia filiusfamilias etsi testari nequeat, tamen ad pias causas testamentũ condere non prohibetur Faber in decisi. 40. C. de sacrosanct. eccles.

Quartumdecimum priuilegiũ est, quia in testamento ad pias causas subintelligitur clausula derogatoria Mainard. decis. 21. lib. 5.

Quintumdecimum priuilegium est, quia valet carta scripta, & subscripta à defuncto ad pias causas nullis adhibitis testibus Valasch. decisio. 67. lib. 1.

9 Sed quæro † an legatum factũ alicui Sancto cuius corpus, seu reliquiæ non conseruantur in propria ecclesia, quæ est in loco, sed in alia ecclesia, cui ecclesiæ erit applicandum, vide Afflict. in decis. 244. vbi refert executum, & decisum, legatum deberi ecclesijs ipsorum, & deficiẽtibus ecclesijs eorum nomine dedicatis, deberi alijs ecclesijs.

SVMMARIVM.

1 *Lenocinium vnde dicatur, & à quibus committatur. num. 3. & 6*

2 *Lenones filiarum qualiter puniantur.*

4 *Turpe est marito carnale commercium habere cum vxore adultera, quã nõdum pœnituit.*

5 *Lenones propriorum vxorum quomodo puniantur.*

7 *Minor ætas non excusat à crimine lenocinij, sed intellige, vt nu. 9.*

8 *Lenocinium est crimen graue, horrendum, & detestabile.*

10 *Fautores, & complices lenocinij tenentur hac pœna pragmatica.*

11 *Lenocinium committens ob paupertatem excusatur.*

12 *Pœna nostra pragmatica non procedit, vbi effectus non fuit sequutus, sic etiã in illo, qui semel in hoc crimen incidit, nisi fuisset maritus. nu. 14.*

13 *Affectus non punitur, nisi sequatur effectus.*

COL-

COLLECTANEA 125.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Lenonibus.

Desiderantes, &c.

HIc cauetur, quod lenones, vltimo supplicio tradantur plectendi per solam magnam Curiam, non obstantibus priuilegijs Baronibus concessis.

1 Lenocinium † hoc ab alliciendo dictum, quod iuuenes ad stupra alliciat, pluribus varijsque modis cõmittitur, nam committitur à parẽtibus, qui aliquando adeò scelesti reperiuntur, vt non solùm omni vitiorum genere inquinari non erubescant, sed etiam propriarum filiarum lenones turpi quæstu eas prostituere audent. Ideò meritò huiusmodi monstra omnia iura seuerissimè puniri statuerũt, siquidem † de iure communi parentes, qui tale scelus cõmittunt non solùm patriam potestatem, & vsum fructũ, quem in bonis filiarum habebant amittunt, vt in leg. omnes, C. de Specul. lib. 11. & in l. si lenones, C. de episc. Aud. Sed etiam condemnantur ad publica metalla, vt in cit. l. lenones, in fin.

2

De iure verò Authẽt. multò acrius puniuntur, nam contra omnes lenones statuta est pęna vltimi supplicij, vt in Authen. de lenon. §. præconizamus, col. 3. quare in facto legitur cõbustum fuisse suæ filiæ, & vxoris lenonem.

De iure verò huius nostri Regni mater, quæ turpi quæstu filiã stuprandam tradidit pęna truncationis nasi punitur ex constit. lenas de lenon. & constit. matres de pęna matris filiam publicè prostituentis.

3 Committitur insuper † lenociniũ à marito, qui adulterio, vxoris cõsensit, l. 2. C. de adulter. l. 2. §. lenocinij, & l. mariti. ff. eod. tit. cui consentire videtur, vbi aliquid scienter ab adultero accipiat, vel si vxorem in adulterio deprehensam retinuerit, d. l. 2. §. lenocinij, l. auxilium, §. fin. ff de mi-

4 nor. † turpe enim est marito carnale cõmercium habere cum vxore adultera, quæ non dum pęnituit, ca. si vir de adulter. cap. 1. & cap. si quis, 32. q. 1.

5 quorum lenonum pęna est, † nam repelluntur de iure ciuili ab accusando vxoris adulterium, l. cum mulier. ff. solut. matrim. vt etiam cauetur de iure municipali Hispan. ex l. 7. tit. 17. par. 7. & l. 2. tit. 19. lib. 8. Recõpil. & ex l. 4. titul. 6. par. 4. incurrunt infamiam tales lenones, & denique pęna mortis imposita est in l. 2. tit. 22. p. 8. In statu verò ecclesiastico viget Constitutio Pauli IV. & alia Sixti V. super temeraria thori separatione, ac publicis adulterijs, stupris, & lenocinijs, qua cauetur, quod pater, vel mater, vel maritus, qui suæ filiæ virginis pudorem, aut propriam vxorem alterius libidini tradiderit, aut induxerit, aut stupra, adulteria, quæstus, aut alia qua uis causa palam exerceat pœna vltimi supplicij puniatur.

6 Pariter † committitur lenociniũ, ab homine, vel fęmina cum muliere intercedẽte, vt cum alio fornicetur, qui vulgari sermone propriè (Ruffiani, appellantur. l. palam, §. lenociniũ. ff de rit. nupt. l. mariti, §. plectitur. ff. de adulter. & per hæc breuiter fit impositus finis huic præludio pro ornatu nostræ pragmaticæ.

Deueniendo tamen ad textũ pragmaticæ pro ornatu videas Peguer. in decis. 15. Cabal resolut. 17. Vin. in de-

7 cis. 183. & amplia † procedere dispositionem talis pragmaticæ, etiam in minoribus, cum in hoc crimine lenocinij minor ætas non excuset, vt expressè cautum est in l. auxilium, §. fi. ff. de minor. cuius authoritate sic in facto requisitus de voto determinaui, est enim crimen graue, horrendũ,

8 detestabile pestiferũ, † & magnopere legibus odiosum, quare ob crimi-

nis immanitatem potius est dicendum, minorem incurrere pęnam ordinariam, prout in casu patricidij testatur decisum Franc. in decisio. 230.
9 quod volo, vt † intelligas, si minor sit doli capax, & ideo in hoc maximè debet versari iudicis arbitrium, quod extendi posse vsque ad mortem inclusiuè in minore doli capace testatur Ludouic. in decis. Lucens. 17.
10 Amplia † secundo etiam ad fautores, & complices lenocinij, nā tenentur hac pęna pragmaticę ex eo, quod complices, & fautores lenocinij eadem pęna plectuntur Cabal. resolut. 171. vnde qui opem præstat adulterio, ex quo arte, & fallacijs maritum extra domum producit, & retinet ad hoc, vt socius commodè possit adulterium committere eadem pœna puniendus est, sicuti principalis.
11 Limita primo, † in matre, quę propter paupertatem fecit lenocinium ipsi filiæ, & sic dico in alijs, qui ex vi paupertatis moti hoc crimen committunt, nam non debent puniri de lenocinio, vt iudicatum in Regia Audientia refert Vinius in decis. 454.
12 Limita secundo, † hac pœna non teneri lenonem, si effectus non fuit sequutus, vt puta, quia tentauit mulierem, quæ noluit consentire, nam in tali casu mitius iudicis arbitrio punitur, vt practicatum audio in facti contingentia ex generali consuetudine totius Italiæ, qua non punitur
13 affectus, † nisi sequatur effectus, iuxta latè adducta per D. Ricc. in decis. 70. par. 1.
14 Limita tertio, † in illo, qui semel hoc crimen lenocinij commisit, nam non est puniendus hac ordinaria pœna pragmaticæ, cum per vnicum actum non incurratur pœna lenocinij, requiritur enim, quod ad minus per duas vices in hoc crimine deliquerit, vt per Magnam Curiam Vicariæ, & nostrum Sacrum Consilium decisum fuisse testis est mihi Franch. in decis. 68. qui hoc dicit non procedere in marito, qui committendo vxoris lenocinium ex vnico actu punitur ex l. mariti, §. qui quæstum, ff. ad leg. Iul. de adulter. sequitur Cabal. resolut. 171.

Sed lena de lenocinio inquisita nulla mercede pro eo recepta existente cognitione causarum penes iudicem meretricum, & lenarum, an sit eidem iudici remittenda, si fuerit capta à M.C.V. negatiuè decisum habes apud Franc. in decis. 68. & vide Cabal. in resolut. 123.

SVMMARIVM.

1 *Pro literis cambij competit via executiua contra acceptantem.*
2 *Acceptans literas cambij, & soluere promittens, nisi tempore congruo non soluat obligatur ad interesse.*
3 *Etiam si quis acceptet literas cambij factas à debitore alterius pro soluenda quantitate tertio in diem, & tertius acceptationem habeat ratam non propterea liberatur primus debitor.*
4 *Literis cambij amissis est locus repetitioni.*
5 *Acceptans literas cambij cum protesta, & postea soluens simpliciter censetur soluisse iuxta formam literarum cambij.*
6 *Aduersus exequutionem literarum cābij non potest opponi exceptio.*
7 *Non nominatus in literis cambij non potest iure exequutiuo exigere pecunias datas cambio.*
8 *Literæ cambij, quamuis non fuerint acceptatæ scribens remanet obligatus, vt principalis, si fuerint acceptatæ, sed non completæ ob fauorem liberi commercij exequutionem habeāt contra scribentem*
9 *Recipiens literas cambij, & mandatum de soluendo, potest non obseruato ordine soluere summam honore literarū super protesta, & retinere obligatum scribentem, à quo exigere potest nulla facta notitia de ordine non acceptato.*

Ad-

10 Aduersus literas cambij est dandus terminus.
11 Scribens literas cambij non solutas, sed protestatas tenetur soluere pecunias in literis constitutas creditori.
12 Litera cambij scripta alicui probat contra scribentem ad fauorem tertij, cui solvendum erat cambium.
13 Soluens cambium non habet obligatum illum, cui soluit, sed eum de cuius mandato soluit, & recipiens obligatur contra mandantem.
14 Partis citatio non exigitur in recognitione manus literarum cambij.
15 Cambia debētur ab eo, qui ordinem dedit, si sint realia.
16 Litera mercatorum habent vim publicorum documentorum.
17 Litera cambij inducūt delegationem, & liberationem.
18 Litera cambij præsumuntur facta in tẽpore ad euitandum caducitatem, & delictum.
19 Acceptans literas cambij tenetur soluere, etiam si illas non retinuerit, atque scribens decoctus euasisset.
20 Debitor literis cambij in diem acceptatis est liberatus.
21 Acceptans literas sine protestatione tenetur soluere, licet scribens factus sit non soluendo.
22 Acceptans epistolam de soluendo alicui, licet non sint litera cambij, tamẽ tenetur soluere.
23 Nemo tenetur soluere vigore literarū, qua dicuntur de auuisi.
24 Non exigens remissas intra tempus à statuto dispositum remanet obligatus in solidum.
25 Soluens sub protesta tractam sibi factam non intelligitur soluisse in vim mandati.
26 Litera signari possunt etiam alieno sigillo, dummodo expresse hoc attestetur, aliàs in falsi pœnam incurreret.
27 Cambia, & recambia, vt debeātur mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum, quæ requirantur remissiuè.
28 Cambia, quando debentur remissiuè.
29 Mercator non tenetur soluere literas cambij sibi directas, si eas non acceptauerit, & quando, & quomodo hæc acceptatio probetur remissiuè.
30 Litera cambij, an, & quando contra scribentem, vel acceptantem habeāt exequutionem paratam, & quid ratione interesse, vel stante decoctione, & fallimento alterius ex ipsis.

COLLECTANEA 126.

Super pragmat. I. & II. sub Rubr. de Literis cambij.

Nuper, &c.

IN his pragmaticis datur certa forma ad instantiam mercatorū pro acceptatione, & executione literarum cambij, Tu tamen pro ornatu materiæ nota plures casus decisos.

1 Et primo nota, quod † pro literis cambij competit via exequutiua cōtra acceptantem Mastril in decis. Sicil. 9. vol. 1.

2 Secundo, quod † acceptans literas cambij, & soluere promittens, nisi tempore congruo non soluat, obligatur ad interesse Marlian. in decis. Rotæ Genuæ 44.

3 Tertio, quod † etiam si quis acceptet literas cambij, seu tractam factā à debitore alterius pro soluenda quantitate tertio in diem, & tertius acceptationem habeat ratam, non propterea liberatur primus debitor, si effectus non sequitur, vel si ante diem acceptans fit non soluendo, Rota Genuæ in decis. 2.

4 Quarto, quod † si literæ cambij ante pecuniarum exactionem amittantur, est locus repetitioni à priori nūmulario, vt conclusum, & obseruatū vidisse Genuæ inter mercatores refert Benintend. in decis. Bonon. 58. & vide Franch. decis. 498.

5 Quinto, quod † acceptans literas cambij cum protesta, & postea soluens simpliciter censetur soluisse iuxta

ta formam literarum fine protesta Rot.Genuæ in decif.6.

6 Se to,quod † aduerfus exequutionem literarum cambij opponi minimè poteft exceptio,vt fuiffe decifum in cafu occurrenti per Curiam Archiepifcopalem Neapolitanam refert D. Riccius in decifione 55. libro primo.

7 Septimo,'quod † non nominatus in literis, aut contractu cambij non poteft iure exequutiuo exigere pecunias datas cambio, licet prætenderet illas effe fuas,Rota Genuç in decifione 10.

8 Octauo,quod † literæ cambij,quãuis non fuerint acceptatæ, fcribens remanet obligatus, vt principalis, fi fuerint acceptatæ,fed non completæ ob fauorem liberi commercii exequutionem paratam habeant contra fcribentem, ita vt non cenfeatur ratus., vt fuiffe decifum refert Rouit.in hac pragmat.num.4.

9 Nono,quod † recipiens literas cãbii,& mandatum de foluendo,poteft non obferuato ordine foluere fummam honore literarum fuper protefta,& retinere obligatum fcribẽtem, à quo exigere poteft nulla facta notitia de ordine non acceptato Rota Genu.in decif.23.

10 Decimo, quod † aduerfus literas cambij eft dandus terminus, vt decifum per Curiam Archiepifcopalem Neapolitanam teftatur Ricc. in decif.166.lib.1.

11 Vndecimo, quod † fcribens literas cambij non folutas, fed proteftatas tenetur foluere pecunias in literis conftitutas creditori Rot. Genuæ in decif.50.

12 Duodecimo, quod † literæ cambij fcriptæ alicui probant contra fcribẽtem ad fauorem tertij, cui foluẽdum erat cambium, Rota Genuæ in decif. 146.

13 Tertiodecimo, quod † foluens cãbium,non habet obligatum illum cui foluit,fed eum,de cuius mandato foluit,& recipiens obligatur erga mandantem, & non erga foluentem, ead. Rota Genuæ in decif.168.

14 Decimoquarto,quod † in recognitione manus literarum cambij non exigitur partis citatio,vide negatiuè decifum per Curiam Archiepifcopalem Neapolit.penes Ricc.in decifione 64.

15 Decimoquinto,quod † cambia debentur ab eo, qui ordinem dedit, fi fint realia, vt fuit decifum in vna Romana, feu Florentina pecuniariæ die Lunæ 9. Iunij 1614. coram R. P. Dunozetto.

16 Decimofexto, quod † literæ mercatorum habent vim publicorum documentorum Rot.Gen.decif.142.

17 Decimofeptimo,quod † literæ cãbij inducunt delegationem,& liberationem Put.decif. Rotæ Roman.124. par.3.

18 Decimooctauo, quod † literæ cambij præfumuntur factæ in tempore ad euitãdum caducitatem, & delictum. id.Put.decif.122.par.3.

19 Decimonono,quod † acceptans literas cambij tenetur foluere, etiam fi illas non retinuerit, atque fcribens decoctus euafiffet Vincent.de Franc. decif.303.

20 Vigefimo,quod † literis cambij etiam in diem acceptatis debitor liberatus eft Put.decifio.Rot.Rom.126. par.3.

21 Vigefimoprimo,quod † acceptans literas fine proteftatione tenetur foluere, licet fcribens factus fit non foluendo Rot.Rom. diuerf.decifio. 811. par.1.in nouiff.

22 Vigefimofecundo, quod † acceptans Epiftolam de foluendo alicui, licet non fint literæ cambij, tamen tenetur foluere. Rot. Genuæ decifione 70.

23 Vigefimotertio,quod † nemo compellitur foluere vigore literarum, quæ dicuntur,de attnifi.Gamm.decif. Lufitaniæ 336.

24 Vigefimoquarto, quod † qui non exi-

exigit remissas intra tempus à statuto dispositū remanet obligatus in solidum Rot. Genuæ decis. 93.

25 Vigesimoquintò, quod † soluēs sub protesta tractam sibi factam non intelligitur soluisse in vim mandati eadem Rot. Genuæ decis. 19. & an mandatum diuidi possit, vide eadem decisio.

26 Vigesimosexto, quod † alieno etiā sigillo literas quis signare potest, dūmodo expressè hoc attestetur alias in falsi pœnam incideret Frāc. Marc. decis. Delphin. 992. par. 1. Et quæ requirantur, vt quis obligetur per literas cambij, vide Put. decis. Rot. Rom. 121. par. 3.

27 Et † cambia, & recambia, vt debeātur mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarū, quæ requirantur, fuit in Rota Rom. decisum in vna Mediolanensis pecuniaria Mercurij 27. Martij 1601. coram Litta.

28 Et † quando debeantur cambia est pariter decisio Rotæ in vna Romana Cambiorum 28. Februar. 1600. coram Iusto, vbi refertur Rot. Genuæ decis. 134. num. 3. & alia Romana de Ruspolis 26. Octobris 1601. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto.

Et quod literæ cambij etiam acceptatæ, nisi fuerint solutę non liberant debitorem, fuit pariter resolutum in vna Romana literarum cambij die Lunæ 1. Iunij 1615. coram Reuerendo P. D. Remboldo, vbi multas decisiones ibi allegatas videre poteris.

29 Et quod † mercator non teneatur soluere literas cambij sibi directas, si eas non acceptauerit. Et quando, & quomodo hæc acceptatio probetur fuit similiter decisum in vna Romana literarum cambij Lunæ 1. Nouembris 1614. coram Reuerendissimo P. D. Damasceno.

30 Et † literæ cambij an, & quando contra scribentem, vel acceptantem habeant exequutionem paratam, & quid ratione interesse, vel stante decoctione, & fallimento alterius ex ipsis nouissimè declarat Mastrill. in decis. Sicil. 221. par. 3.

SVMMARIVM.

1 *Quotiescunque sine mercede suscepto officio mandati, siue depositi contrahitur negotium, in illis interueniente mercede intelligitur locatio, & conductio, licet fallat, nu. 2.*

3 *Reconductio ex quibus probetur ad effectum designandi bona.*

4 *Relocatio aduersus nouum conductorem probatur per scripturam.*

5 *Pro tacita relocatione non potest agi via exequutiua.*

6 *Renouatio locationis facienda est hæredibus vltimi possessoris.*

7 *Pro receptione pecuniæ pro affectu inducitur locatio tacita.*

8 *Locatio potest fieri venditori eiusdem rei.*

9 *Locatio perfecta non rescinditur per pœnitentiam.*

10 *Conductor vetus non debet præferri cōtra nouum in illo tempore.*

11 *Locator an possit expellere conductorem si pensionem non soluat remissiuè.*

COLLECTANEA 127.

Super pragmatica I. sub Rubric. de Locat. & conduct.

Essendosi visto per esperienza, &c.

TEmpus locandi domos in Ciuitate Neapolis transferri ad primā diem mensis Maii à medietate mensis Augusti hic statuitur.

Materia locationis hic cadit, quam nos ex his, quæ à nostris decisionarijs tacita sunt succinctè exornabimus; 1 quare notandum est, † quod in casibus, in quibus sine mercede suscepto officio mandati, siue depositi contrahitur negotium, in illis interueniente

te mercede locatio, & conductio intelligitur, §.vlt. instit. mand. l.nam si certa merces in princip.ff. locat. & conduct.

2 Verum potest dici, † quod interdum, etiam si non appareat certam mercedem esse constitutam locatio intelligitur, si hoc tacitè actum sit, vt ea merces præstetur, quæ dari consueuit, l.licet. C.locat. & ita fuit decisum in Rot.Rom.coram Lancellot. die 9. Iunij 1578. vbi testatur de communi Cantucc.in decisio. eiusdem Rot.88. par.2.in nouissimis. Sed contractus locationis, ex quibus iudicetur vide Seraphin.decis.64.par.1.in nouiss.& Aldobrand.in decis.703.ead.par.1.

3 †.Reconductio autem ex quibus probetur ad effectum designandi bona habes penes Blanchett. in decisio. 494.in nouiss. parte 1. & de reconductione tacita ex pluribus causis inducta, vide Mart decis.Pisan.35 reloca-

4 tio † verò aduersus nouum conductorem probatur per scripturam de Franch.decis.778. licet contrarium fuerit iudicatum in Curia Archiepiscopali Neapol.quam decisionem libenter sequor, & ita aliàs iudicauit Sacrum Consilium in causa illorum de mari, & reconductio tacita, ex quo tempore inducta dicatur, & an pro ea detur via exequtiua, vide Magonium decis. Lucens.47. Sed aduer-

5 te, quod † pro tacita relocatione nō potest agi via exequtiua Barz.decis. Bonon.60. & renouatio locationis, quando facta censeatur, & an sit idem in emptione fructuum, & quid si promiserit vacuam rem restituere Gra-

6 tian.decis.March.119 & † renouatio locationis facienda est hæredibus vltimi possessoris de Franch. decis.123.

7 Item nota, quod † ex receptione pecuniæ pro affictu inducitur tacita locatio Puteus decis.184.lib.1.

Ad materiam nota etiam, quod

8 † locatio potest fieri venditori eiusdem rei Gam.decis.Lusitan.39.&

9 † locatio perfecta non rescinditur per pœnitentiam Blanchet. decision. Rot.Rom.730.part.4.in nouiss. Item

10 conductor vetus non debet præferri contra nouum in illo tempore Franch.decis.406. Boer. decis.107. Chartar.decis.97.Minsynger. obseruat.23. centur.4.

11 Sed † locator, an possit expellere Conductorem, si pensionem non soluerit, vel exigere fructus rei locatæ, vide nouissimè Mastrill. in decis. 229. parte 3. vbi latè articulum examinat.

SVMMARIVM.

1 *Aperiens literas alienas qualiter punitur,*

2 *Aperiens literas casualiter non est puniendus.*

3 *Effringens literas Curiæ qualiter puniatur remissiuè.*

4 *Subtrahens libros publici mercatoris est puniendus tanquam falsarius.*

COLLECTANEA 128.

Super pragmatica I.sub Rubr.de Memorialia subtrahentibus.

Per diuerse persone &c.

AGit, quod subtrahentes aliena memorialia pronisa in Regia Cancellaria puniantur nobiles pœna deportationis, ignobiles verò perpetuæ remigationis, si procedatur ad partis querelam, quod si ex officio, puniantur pœna statuta de iure communi, & alia arbitrio proregis.

1 Quæ sit † pœna aperientis literas, & scripturas alienas vide Viuium in decis.62. vbi quod aperiēs literas alijs destinatas punitur per superiorem &

2 peccat etiam mortaliter, † sed non est excommunicatus licet quoties casu, & absque dolo, nisi eam literarum quis fregisset, neque illas etiam aliter vidisset, tunc non esset puniendus, vt fuit decisum in Sacra Regia Audiētia Ba-

Digitized by Google

Barensi die 15. Martij 1590. & in materia videte Colerum in decis. Germaniæ 179. & videte Guid. Pap. in decis. 233. vbi discutit † de pœna effringentium literas Curiæ.

4 Et † de pœna subtrahentis libros publici Mercatoris vide nouiter Mastrill. in decis. Sicil. 225. part. 3. vbi refert decisum taliter delinquentem esse puniendum tanquam falsarium.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes propriè dicuntur hi, qui se gerunt quasi non habere artem, cum habeant, & fingunt se debiles cũ sint fortes, & hi condemnantur ad triremes per quinquenium cum fustigatione, nisi sint minores, quia minori pœna puniuntur, num. 2.*

3 *Qui sint vagabundi errones Birbones Ganeones, Nebulones, cingani, & mẽdicantes, & qua pœna puniri solent, remissiuè.*

COLLECTANEA 129.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Mendicantibus

Essendosi &c.

HIc cauetur, quod mendicantes non inualidi remigent per quinquennium, femine verò fustigatę exulent per quinquennium, & meritò, ne prætextu elemosinæ otiosorum hominum foneatur inertia, & ne panis à validis mendicantibus veris debilibus, & infirmis auferatur, nam vtilius ijs exurientibus panis tollitur, si de cibo securi iustitiam negligant, quam exurientibus frangatur cap. non omnis 5. quæst. 5. & potius expediret negatis alimentis hos delinquẽtes inertia, fame perire, quam in delicto fauere l. bona fides ff. de positi, sic interminis nostris Peguera in decis. 4. vbi

1 quod † validi mendicantes propriè dicuntur, qui se gerunt quasi non habere artem, cum habeant; qui se fingunt debiles, cum sint fortes, quia nolunt laborare, sed mendicando sine labore viuere ex textu in l. 1. & ibi glos in verb. inertibus C. de mendicant va. lid. lib. 11. vnde meritò in pluribus regnis sunt particulares constitutiones contra istas personas, vt specialiter in prouincia Chataloniæ prohibitum est, ne vtentibus prospera valetudine, quibusque ob corporis integritatẽ labor conuenit, liceat hostiatim mẽdicare sub pœna, quod, si publico preconio moniti, non abstineant banniatur à prouincia, vel per loca solita fustigentur, sicque fatetur Peguera vbi supra vidisse plures fuisse punitos, &

2 etiam ad sui relationem † pœna fustigationis, & seruiendi in regijs triremibus ad quinquennium licet in minoribus quinquennium in regijs triremibus dicat esse solitum temperari ad triennium, sicque pluries conclusum, & iudicatum testatur.

3 Et † de vagabundis, Erronibus, Birbonib. Gãeonibus, Nebulonibus, Cinganis mendicantibus validis, & alijs similibus otiosis, & vitiosis hominib. reprobatione eorum, & pęnis quibus subijciuntur vide Caball in resolut. crim. 178. & nouissimè nonnulla cumulat D. Ricc. in decis. cur. Archiep. Neap. 285. par. 2. vbi in fine testatur in illa Curia puniri eos, qui cum habitu religioso, cum tamen reuera nõ sint, mendicant per ciuitatem absq. licentia dictæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Officiales prohibentur exercere mercaturam de iure Regni, at secus de iure communi.*

2 *Author assignat rationem huius bonæ prouisionis, & ampliat pragmaticam.*

3 *Officialis emens aliquid ob proprium vsum, si deinde ex aliqua causa vendat non dicitur negotiator.*

4 *Clericus non potest mercaturam exercere.*

5 *Mercator dicitur, qui plures mercaturæ actus fecit, aliàs non.*
6 *Officialis, & clericus possunt vendere fructus perceptos ex proprijs fundis.*

COLLECTANEA 130.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Mercatura officialibus prohibita.

Neque possint &c.

1 Mercaturæ † prohibentur officialibus hic, vt in pragmatica sequenti contra dispositionem tex. in l. præsidis ff. si cert. petatur, vbi quod licitum est officialibus perpetuis secundum ius commune, palam, & bona fide emere, & vendere, ac etiam negotiari, pro vt cæteri non officiales, & videte text. in l. licet ff. de contrahend. empt.

2 Rationabiliter fuit his prohibita negotiatio, nam vltra reliquas rationes, quas prætermitto, illa non cessat, quoniã ratione negotiationis, & corpore, & mente essent impediti officiales procurando proprium comodum, & non possent vacare negotijs aliorum, quibus ex officio deputati sunt, & pro quibus à Regia Curia stipendium, & salarium obtinent.

Quæ prohibitio extenditur etiam ad secretarium Regni, scribas mandatorum, & ad magistros actorum, vt in pragmatica 2. de officialibus, & quæ ijs prohibentur, & in omnibus officialibus, tàm maioribus, quam minoribus, etiam pecuniarijs, & eorum executoribus, fuit hoc statutũ prius per Regiam Catholicam Maiestatẽ, vt habetur in cap. 38. inter capitula, & priuilegia Neapol.

3 Aduerte † tamen in pœnam officialis negotiatoris nõ incidere ementem aliqua ob proprium vsum, & postea aliqua superueniente causa alienante, nam talis nõ dicitur negotiator, quia voluntas vendendi superuenies, nõ facit eum censeri negotiatorem, & ita scio obseruatum, in illo in facto in personam cuiusdã officialis, quem ex causa non nomino, vnde in alia facti contingentia excusaui in tali casu quendam clericum diœcesis Literensis, qui fuerat apud Curiam Episcopalem eiusdem ciuitatis accusatus de negotiatione, dicebam enim

4 Reuerendissimo Episcopo, † quod & si clericis sit interdicta negotiatio, & mercatura cap. fin. de vita, & honest. cleric. capit. 1. & cap. prædicator 16. quæst. 1. cap. 1. 14. quæst. 4. cap. negotiator. 88. distinctio. Sacrum Concil. Trident. in cap. 1. sess. 22. de reformat. Graff. in decis. Aur. par. 2. lib. 5. cap. 2. qui recenset pœnas clerici negotiatoris, tamen si clericus emeret rem causa proprij vsus, & postea aliqua emergente causa, vel ratione, eandem rem vendiderit nunquam posset dici negotiator, nec incidit in pœnam clerici negotiatoris, etiam si rem ipsam carius vendat, quam prius emerat, vt quia pretium est mutatum secũdum diuersitatem temporis, vel loci.

Et aliàs in Curia Illustrissimi Nuncij huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis excusaui alium clericum Diœcesis Nolanæ, qui fuerat ibi denunciatus, tanquam negotiator, verũ quia con-

5 uincebatur † semel negotiationem exercuisse, ego tanquam aduocatus ex plurium DD. sententia dicebam illum clericum non posse ex illo vnico actu vocari mercatorem, & consequenter non debere puniri, pluralitas enim negotiorum facit mercatorem, & qui plures actus mercaturæ non fecit, non potest haberi pro mercatore.

6 Et in facto aliàs respondi † clericum, & officialem etiam habentes propria animalia, vel vineas, oliuetum, vel aliud simile, ex quibus colligerentur fructus, posse ad illorum libitum vendere absque eo, quod incidant in pœnam negotiationis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Meretrices nequeunt commorari in locis honestis, sic etiam studentes, nu. 2. sed vide nu. 3. & amplia, nu. 4.*
5 *Meretrix quæ dicatur.*
3 *Coitus cum meretrice nupta, an sit punibilis.*
7 *Mulier habens vnum virum in amasiũ dicitur turpis persona, & dicitur meretrix, nu. 8 sed vide nu 9.*

COLLECTANEA 131.

Super pragmatica IV. sub Rubr. de Meretricibus.

Essendo stati informati.

1 HAbemus hic quod † meretrices à Platea Rua Catalanæ, & eius locis extractent quod procedit in omnibus alijs locis, in quibus habitant personæ honestæ, nedum in hac ciuitate Neapolis ex priuilegio ei cõcesso per Regem Catholicum in anno 1505. vt in cap. 59. inter capitula, & priuilegia Neapol. sed etiam in toto Regno per constitutionem Regni, quæ passim viget, & vbique locorum ex dispositione iuris communis, vt pulchrè comprobant Peguer. in decisio. Cathalon. 12. Cabal. resolut. crim. 184. de Franch. in decis. 316. vbi dicit, quod † hæc est communis ad scholares, & exteros, qui habitant Neapoli absq; mulieribus, vt ex capitulo Re-
3 gis Catholici nu. 66 † licet non procedatur contra studentes Neapolitanos, & per consequens, nec Casalium ciuitatis, l. qui ex vico. ff. ad municip. & etiam Casalium ciuitatis Neapolis diuisorum, quoad iurisdictionem à Ciuitate.
4 Amplia, vt † meretrices possint expelli à locis honestis etiam à propria domo Gaspar Thesaur. in libro quæst. Forens. decis. 33.

Ad materiam vide etiam Barz. in decis. Bonon. 19. vbi scribit, quod meretrix, vicina à reclamante expelli potest, presertim ex domibus sub proprietate Ecclesiæ existentibus.

5 Meretrix † autem, quæ dicatur, vide de Franch. in decis. 68. & Caball. in resolution. crimin. 123. vbi agit etiã,
6 an † coitus cum meretrice nupta sit punibilis, vel non, tam respectu viri cognoscentis, quã mulieris cognitæ.
7 Sed, † an mulier habens vnum virũ in Amasium dicatur turpis persona, dic quod sic, Carocc. in decis. 124. sed
8 an dicatur † meretrix ad effectum, vt non comprehendantur in dispositione, l. vnicæ, C. de rapt. virg. affirmatiuè Triuis. in decisione 35. parte 2. &
9 an mulier, † quæ accepta pecunia duobus se immiscuit dicatur meretrix, vt in ipsam iudex meretricum iurisdictionem habeat, nec ne, habetur per de Franch. in decis. 68. versic. quid autem.

Scias tamen, quod Doctor, aut clericus cum scholaribus non possunt expelli à contubernio honesto, vt fuisse decisum tradit Anna in singul. 338.

SVMMARIVM.

1 *Vnicum actum admittens non potest inhonesta persona, & meretrix nuncupari.*
2 *Mulier quæ passa est semel osculari, & quandoquidem conuersata est cum lenamon dicitur turpis persona.*
3 *Grassator, qui semel in strata publica, vel in sylua furatus fuit, & aufugit in Ecclesiã gaudet immunitate Ecclesiæ.*

COLLECTANEA 132.

Super pragmat. VI. sub Rubrica de Meretricibus.

Essendo peruenuto à nostra notitia, &c.

DVm in § item si declara, mandetur, quod sub iurisdictione iudi-

 cis

cis meretricum comprehendantur meretricātes nīmis publicis, & quotidie venit omnino dicendum nō includi illas quæ secretè, vel aliquādo, aut semel hoc committant, Franch. decis.68. cum illa, quæ vnicum actum turpem admisit non potest inhonesta persona, & meretrix nuncupari Ricc. decis.63. par.1. vnde meritò in Curia Archiepiscopali Neapolitana in facti contingentia de hoc anno
2 1621. de mēse Martij fuit dictū † mulierem quæ passa est semel osculari, & quandoquidem conuersata est cū lena non dici turpē personam, cum de iure parcendum sit ei, qui semel crimen commisit, quibus suffragatur decis. Peguerae 30. vbi grassator, qui
3 semel in strata publica, † vel in sylua furatus fuit, & aufugit in Ecclesiam, gaudet immunitate Ecclesiæ, quamuis regulariter grassator viarum non gaudeat immunitate Ecclesiæ iuxta bullam Gregorij XIV.

SVMMARIVM.

1 *Miles in nostro Regno conueniuntur apud auditorem generalem exercitus.*
2 *Vigiles gaudent priuilegijs militum.*
4 *Milites vero qui dicantur.*
3 *Nominatus à militibus, quando priuilegijs militia gaudeat.*
6 *Miles captus cum sclopo carico potest puniri non obstante, quod sit miles noua militia.*
7 *Milites sunt priuilegiati.*
8 *Testes duo sufficiunt in testamento militis.*
Milites habent priuilegium circa litis expensas, gaudent exceptione hostica, & excusantur à pœna non conficientis inuentarium, & à tutela.
9 *Falcidia detrahitur de testamento militis.*

COLLECTANEA 133.

Super pragmatica V. sub Rubrica de Militibus.

Per quanto, &c.

1 Hic mandatur, quod † causæ omnes tam ciuiles, quam criminales nedū Hispaniæ militiæ huius Regni, sed omnium, qui sunt stipendiarij Regiæ Curiæ occasione retroactæ militiæ, etiam pendentes cognoscantur per auditorem generalem exercitus, vulgò, lo auditor del campo.
2 Ampla † dispositionē huius pragmaticæ procedere etiā in vigilibus, qui pariter gaudent priuilegijs militum respectu fori ex decisione Viuij 254. vbi dicit pariter decisū per Regiam Audientiam, & sic etiā exequutum, quod miles in ciuitate enormiter delinquens punitur à Preside præueniente, de quo etiam vide decisio. Franc.88. vbi habes aliqua pariter in materia.
1 Amplia etiam † in trattenutis, nā trattenuti gaudent priuilegijs militum, illisque competit immunitas à gabellis, etiā pro eorum familia iuxta decisionem Tribunalis Consistorij Sacræ Regiæ Conscientiæ Regni Siciliæ apud Castill. in decisi.105. qui alia adducit ad materiam militū spectantia.
4 Sed † qui dicantur veri milites, ad effectum, vt restituantur super competentibus de iure communi contra vniuersitatem, habes apud Mastrill. in decisio.173. & nominatus à milite quando gaudeat priuilegijs declarat Puteus in decis.47. par.2. vbi quod vt nominatus à milite priuilegijs militiæ gaudeat opere pretium est, quod vacationis tempore miles esse non desierit, aliàs eiusdem officij ratione nominator, emptorque nouus illis gauderent.

Vide pariter in materia Cabal. in reso-

resolut.147. vbi latè agit, si capitula militaria de sententijs in causis criminalibus militum proferendis cum voto iudicis, vel Auditoris militiæ, procedant in delictis commissis à nō milite, postea ante sententiam effecto milite, & an dictus delinquens in condemnatione tractandus sit vti non miles secundum tempus delicti, vel tanquam miles secundum tēpus sententiæ, & quid in modo proceden di, & in beneficijs post cōdemnationem competētibus, quidve in eo, qui tempore delicti erat miles postea autem desijt esse miles.

6 Sed † miles captus cum sclopo carico an possit iuxta pragmaticā detineri, & puniri non obstante quod sit miles nouæ militiæ stāte Regia pragmatica generali id prohibente, vide Capiblanc. in pragmatic.3.de Baron. num.25.& 26. qui refert in Regia Audientia fuisse contra militem decretum ex generalitate verborum, & appellata causa de indebita captura fuit remissa, licet ipse contrariū iudicatum scribit.

7 Scias autem † milites esse priuilegiatos, vt in l.neque enim, ff.de testamēt.milit.ad cuius ornatum nota decisionem Tholosanam apud Maynar. in decis.93.lib.5. vbi quod duo testes sufficiant in testamento militis, &
8 † habent milites priuilegium circa litis expensas Surd.decis.274.gaudētque exceptione Hostica Capic. decisio.72.& excusantur à pena non conficientis inuentarium Amneus Robert. in decis.90. & excusantur à tu-
9 tela Mastril.in decis.76.licet † in eorum testamento detrahatur Falcidia ad text.in l.in testamēt. C.ad l.Falcid. vide Vin.in decis.291.

SVMMARIVM.

1 *Pauper quis dicatur arbitrio iudicis remittitur.*
2 *Paupertas in dubio præsumitur.*
3 *Allegans paupertatem debet illā probare.*
4 *Paupertas probatur per duos testes.*

COLLECTANEA 134.

Super Pragmatica X. sub Rubrica de Militibus.

Hauendosi do hechas, &c.

IN hac pragmatica datur militiæ equestris institutio, vnde cum in §.*primeramente*, ordinatur vt milites equestres sint diuites, nec pauperes in albo scribantur, ideò quero quis di-
1 catur † pauper, & dico hoc relinqui arbitrio iudicis, qui iuxta personarū qualitatem iudicet diuitem, & pauperem, vide Verall.in decis.293.parte 2. vbi quod tamen Rota Romana ser uat paupertatem bonorum probari ex communi reputatione, vt fuit dictum in vna Portugalen pecuniaria 18.Martij 1553.coram Cantuccio.
2 Et aduerte, quod licet † in dubio potius præsumatur paupertas, quàm diuitiæ, cum illæ sint naturales, hæ autem aduentitiæ, vt per Ludouicum in
3 decis. Lucens.33. nihilominus † eam allegans in iudicio tenetur ipsā probare, paupertas enim, vel diuitię vbicunque sunt intentionis agentis, tenetur eas agens probare, & sic fundās se in paupertate ipsa, seu diuitijs obnoxius est illas verificare Afflict. decis.377.
4 Et † paupertas ipsa sufficiēter probatur per duos testes, vt per Rot.Roman.271. quæ quidem decisio Rotæ de plano, & absque scrupulo aliquo procederet, meo quidē iudicio, vbicunque paupertas probaretur per testes verisimiliter de ea informatos, vnde tunc ipsi duo testes deberent super præsenti re instructi recipi, & admitti.

SVMMARIVM.

1 *An minores possint puniri pœna ordinaria, vel mitiori remissiuè.*
2 *Quæ fuit causa edendi infrascriptam pragmaticam*
3 *Quot modis priuilegiantur minores.*
4 *Quot modis conceditur restitutio.*

COLLECTANEA 135.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Minoribus.

Et si verum sit, &c.

Delicta minorum puniuntur vigore huius pragmaticæ ordinaria, vel extraordinaria pœna arbitrio iudicis.

1 Sedata † est in effectu illa Doctorũ differentia per hanc pragmaticam, an scilicet minores possint in delictis puniri pœna ordinaria, vel mitiori, de qua quæstione sunt videndi Ludouic. in decis. Lucens. 1. Thesaur. decis. 161. & Seff. in decis. Arag. 97.

2 Sed † quæ fuerit causa edendi hãc pragmaticam, vide Franch. in decis. 230.

3 Priuilegiantur autem † minores pluribus priuilegijs, quorum primũ est, quia minor non potest for iudicari Mastrill. decis. 161.

Secundum, quia mater minor non priuatur successione filii ob id, quod tutorem infra annum non petiit Gratian decis. 177.

Tertium, quia confessus in iudicio delictum per ipsum commissum fine curatore sibi non præiudicat Afflict. in decis. 208.

Quartum, quia non soluens Canonem non cadit à iure suo Gram. decis. 52. quod nota ad limitationem L fin. C. de iure emphyt.

Quintum, quia sententia lata contra eum indefensum est ipso iure nulla Viu. decis. 86.

Sextum, quia ipsius fauore mora contrahitur re ipsa, & fit irregularis de Franch. in decis. 16. quam not. ad text. in l. in minorum, C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. limita in minore succedente maiori Martian. decis. 24. & Afflict decis. 211.

Septimum priuilegium est circa Bullam Pij Quarti de minore 14. annis Carroc. decis. 39.

Octauum, quia processus non debet declarari nullus ad instãtiam partis contradicente minore Viu. decis. 536.

Nonum, quia minor vigintiquinque ann. potest dari tutor. in testamẽto idem Viu. in decis. 486.

Decimum priuilegium est, quia minori conceditur restitutio in integrum, quam nos Regnicolæ appellamus primum, & secundum beneficiũ, & hoc vigore Constitut. Regni minorum iura, ad cuius Constitutionis ornatum, quæ tam in iudicijs, quam in contractibus restitutionem in integrum minoribus genericè tribuit, notandi sunt infrascripti casus decisi, quibus illa competit, vel non.

4 Conceditur † igitur ista restitutio, primo aduersus omissam allegationẽ suspicionis, vide decis. Franch. 431.

Secundo aduersus appellationem minus prosequutam à tutore, idem de Franch. in decis. 473.

Tertio aduersus defensiones omissas Cappell. Tholos. in decis 54. Minsyng. cent. 3. obseru. 84.

Quarto aduersus suam confessionẽ delicti, idem Minsynger. dict. cent. 3. obseru. 81.

Quinto aduersus propriam libertatem Anton. Fab. in decis. 1. si aduer. liberta.

Sexto aduersus conclusionem factam Intrigliol. in decis. Sicil. 25.

Septimo etiam aduersus alium minorem Mastrill. in decis. 44. Item conceditur etiam postea effecto maiori in causa cepta tempore minoritatis, si modò dolo, fraudeve aduersarij vs-

que

Digitized by Google

que ad illud tempus lis pertractata sit, ita Afflict. in decis. 110. Item etiã existenti hæredi maioris, idem Afflic. in decis. 212. Item amplia, vt concedatur etiam maiori litis consorti minoris in causa indiuidua, idem in decis. 213.

Modò autem oportet limitare prędict. Constit. & primo, vt restitutio in integrum non detur minori aduersus temporis lapsum, vel quod perdiderat ius ad beneficiũ Achil. de Graff. in decis. 10. tit. de restit. in integ. sicut nec aduersus obiectiones omissas Capell. Tholos. in decis. 13.

Secũdo, nec aduersus omissam declinatoriam fori de Franch. in decis. 439.

Tertio, non datur minori iuranti non venire contra processum eadem Cappell. in decis. 45.

Quarto succedenti maiori, cum quo appellatio fuerat deserta de Amat. in decis. 95.

Quinto & vltimo, nõ datur minori Doctori propter præsumptam peritiam Iaffred. in decis. 369. Maiori autem ne ex noua quidem causa datur restitutio in integrum elapso quadriennio Achil. de Graff. in decis. 8. dicto tit. de in integr. restit. sed benè cõceditur existenti hæredi minoris Afflict. in decis. 211.

Restat videre cum restitutio minoris prosit fideiussori etiã dicas, quod sic, si simpliciter, quod in dubio præsumitur, fideiusserit, si verò fideiussit propriè contemplatione minoris ætatis, quia alias non fuisset contracturus creditor propter imbecillem ætatem, tunc secus ita distinguit Anton. Faber. in decis. vnic. de fideiussor. mino.

SVMMARIVM.

1 *Rasores monetarum vltimo supplicio traduntur limità prout, nu. 2.*

3 *Quando quatuor in moneta principaliter exiguntur, scilicet quantitas, pondus, materia, & forma publica, vbi deest debita quantitas dicitur commissum falsum.*

4 *Expensa cudendi monetam de publico fieri debent.*

5 *Falsans monetam alterius Principis, sed non perficiens non est puniendus pœna mortis naturalis, sed pœna triremium.*

6 *Falsantes monetam non appellant, falsificat in expendente ampliatur in tondente, & abradente.*

7 *Statutum contra monetarios falsos habet locum etiam si non perfectè egerint.*

8 *Decisio Peguer. 46. loquens de pœna falsa moneta, ad quos extendatur.*

9 *Expendentes falsam monetam scienter puniuntur pœna mortis, nisi ostendat authorem.*

10 *Accommodans domum pro facienda falsa moneta punitur, eadem pœna, qua facientes.*

11 *Ex indicijs etiam indubitatis contra falsos monetarios prius deueniẽdum est ad torturam, & deinde adcõdemnationem.*

12 *Repertus cum instrumentis aptis ad falsificandum monetam, est indiciatus ad torturam.*

13 *Expendens falsam monetam, ita demũ tenetur, si sciuerit.*

14 *Mulier, quæ sciret falsam monetam à marito, & alys cudi, & non reuelauerit punitur extraordinaria pœna.*

15 *Indicans falsò criminis falsæ monetæ veniam meretur.*

16 *Excudere falsam monetam, non dicitur crimen læsæ maiestatis in primo capite.*

COLLECTANEA 136.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Monetis.

Licet, &c.

1 Dispositio huius pragmaticæ est, quod † rasores monetarum vltimo

mo supplicio tradantur.

2 Limita 1. † in tondente monetã par ui momenti, aut eam non expendente, sed mittente ad Regiam Siclam, vide sic resolutum apud Bertazzol. in cons. crimin. 552. vol. 2.

Limita secundo, in tondente monetam alterius Principis, vide Franch. in decis. 440. & Cabal. resolut. crimin. 27. & sic etiam in moneta, quæ in hoc Regno non expenderetur Peguer. in decis. 46. qui in decis. 86. dicit, nec procedere in tondente monetam in pauca quantitate, vide in materia Cabal. in resolut. crimin. 91. Limita pariter in casu Decisionis Garziæ 70. vbi quod si quis pecuniam reprobam conflauerit, vel abraserit in pœnam statuti punientis falsantes, vel abradentes pecunias non incidit.

Ad materiam tamen falsæ monetæ cumulo tibi has decisiones casuum ad modum notabilium, vnde nota primo Decisionem Francisci Marc. 261.

3 par. 2. vbi † quando quatuor in moneta principaliter exiguntur, scilicet quantitas, pondus, materia, & forma publica, vbi deest debita quantitas falsitas committi dicitur. Item vbi bonitas intrinseca, non interuenit nimirum debita liga, in forma publica tantam vtilitatem dare debet, quan-

4 tam in massa. & è contra, quia † expēsæ cudendi monetam de publico fieri debent tamet si ad onus eorum priuationum detrahitur, qui credere faciunt, quādo Principis Cuneus non est verus, falsitas in forma publica fieri dicitur, nimirum si præter illius authoritatem, moneta cuditur ita læsæ maiestatis crimen committitur, si quis prohibere potuit ex sola scientia tenetur, Domus vbi cuditur publicatur, siue eius Dominus sciuerit, siue ignorauerit.

5 Nota secundo, quod † falsans monetam alterius Principis, sed nō perficiens non est puniendus pœna mortis naturalis, sed pœna triremium, vt ex decisione Sacri Nostri Consilij apud Franch. in decis. 440. vide Caball. in resolut. crimin. 27.

6 Nota tertio, quod † falsantes monetam non appellant, licet secus sit in expendente, vide decis. Sacri nostri Consilii Neapolitani apud eundem Franc. in decis. 351. & scias, quod non solum falsantes, sed etiam tondētes, & abradentes monetam non appellat, vt decisum in Rota Cathaloniæ dicit Peguer. in decis. 85.

7 Nota quarto, quod † hoc statutum contra monetarios falsos habet locū, etiam si nō perfectè egerint, vt decisum in l. C. dicit Grammat. in decis. 74. vide Viu. in decis. 487. Caball. resolut. crimin. 27.

8 Nota quinto, † Decisionem Rotæ Cathaloniæ apud Peguer. in decis. 46. vbi habes pœnam falsæ monetæ, ad quos extendatur.

9 Nota sexto, quod † expendentes falsam monetam scienter puniuntur pœna mortis, nisi ostendant Authorem, vt per Franch. in decisio. 401. Faber. in decis. 5. C. de falsis monetis, vide Riccium in decis. 294. part. 2. & sic etiam facientes falsos Cuneos monetæ Cappell. Tholos. in decis. 162.

10 Nota septimo, quod † accommodans domum pro facienda falsa moneta, punitur eadem pœna, quam facientes, vt nouissimè in Curia Archiepiscopali Neapolitana decisum audio ex vi tex. in l. 1. §. qui puero. ff. de extraordinar. crimin. & l. & si amicis, ff. de adulter.

11 Nota octauo, quod † ex indiciis etiam indubitatis contra falsos monetarios prius deueniendum est ad torturam, deinde ad condemnationem irrogata pœna, non quidem ordinaria, sed extraordinaria Faber. in decis. 1. C. de falsa moneta.

12 Nota nono, quod † repertus cum instrumentis aptis ad falsificandum monetam est indiciatus ad torturā D. Ricc. in decis. Curiæ Archiepisc. Neap. 43. par. 2.

13 Nota decimo, quod † expendens fal-

falsam monetam, ita demũ tenetur, si sciuerit, sed mitius, ille qui prius eãdem monetam accepit pro bona, ille grauius, qui falsam monetam vilius emit, vt carius venderet, idem Faber in decis. 2. C. de falsa moneta.

14 Nota vndecimo, quod † extraordinaria pœna infligenda est mulieri, quæ sciuit falsam monetam à marito, & aliis cudi, nec reuelauerit, idem Faber. in decis. 3. C. eod. tit.

15 Nota duodecimo, q † qui falsò reũ criminis falsæ monetæ indicauit veniam meretur, quam ei iudex quilibet promittere potest, & excusare apud Principem debent, idem Faber. in decis. 4. C. eod. tit.

16 Nota decimotertio, quod † excudere falsam monetam non dicitur crimen læsæ maiestatis in primo capite, & consequenter mitius est agendum cum conscijs huius criminis, idem Faber. in decis. 6. C. eod. titu. de falsa moneta.

SVMMARIVM.

1 *Alloquentes moniales etiam exemptas, absque licentia sunt excommunicati.*

2 *Concessio alicui facta de accedendo ad monasterium monialium intelligitur de prima vice.*

3 *Personæ sæculares non possunt ingredi claustra monialium.*

COLLECTANEA 137.

Super Pragmatica I. sub Rubr. de Monialibus.

Essendomi informati pienamente, &c.

Hic sancitum reperitur, quod nemo accedat ad Monasteria Monialium absque licentia Ordinariorum, concordat Constitutio Synodalis huius Ciuitatis Neapolis, vt apparet in Constitut. Synodal. 7. qua † ex-

1 communicantur alloquentes moniales etiam exemptas absque licentia, & ratio, quare possint, & in effectu sint excommunicati alloquentes cũ monialibus exemptis, patet, quia locus exemptus dicitur esse in diœcesi Rot diuers. in decis. 207. par. 2.

2 Sed quæro, † an concessio alicui facta de accedendo ad monasterium monialium intelligatur de prima vice, adeo quod, si semel vigore istius facultatis ingressus fuerit, amplius introire nõ posset, dicas intelligi de prima vice, vt decisum tradit Garzias in decis. 97. secundum quam refert iudicatum D. Ricc. in praxi resolu 545. vol. 1. iuxta quorum sententiã quandoque requisitus respondi.

3 Nota autem in materia, quod † in claustra monialium non possunt ingredi personæ sæculares, vt est Motus proprius Gregorij XIII. & est Bulla Pij V. & idem Franc. Marc. in decisio. 954. par. 1. vbi etiam firmat, quod nullus ingredi potest monasteria monialium.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus potest cogi ad extollendum parietem, ne habeatur aspectus in monasterium.*

2 *Parietes non possunt extolli in præiudicium monasteriorum,*

3 *Pragmatica hac non habet locum quoad monasteria de nouo constructa prope domos priuatas antiquiores.*

4 *Fenestra monialium non debent correspondere fenestris priuatorum.*

5 *Vendere quis cogitur pro ampliatione monasteriorum, etiam quod Domus non sit contigua Ecclesiæ, sed adsit via intermedia, & possunt cogi Domini ad vendendum agros, vel domos pro noua constructione Ecclesiarum, num 6.*

7 *Ecclesia non potest cogere alteram Ecclesiam, ut ei aliquid vendat pro ampliatione facienda, licet contrarium referatur, num. 10.*

8 *Priuilegiatus non vtitur suo priuilegio aduersus alium priuilegiatum.*

9 *Pia causa hæres instituta non detrahit falcidiam ab alia pia causa.*

COLLECTANEA 138.

Super pragmatica III. sub Rubr. de Monialibus.

Hauendo inteso, &c.

SAncitum est per hanc pragmaticam, quod fenestræ, siue pauiméta superiorum habentia aspectum ad monasteria monialium claudantur, & tegulis cooperiantur, etiam via; publica intermedia existéte, & vlterius non fiant.

Pro ornatu vide Franc. in dec. 223.
1 vbi quod † vicinus potest cogi ad extollendum parietem, ne habeatur aspectus ad monasterium; existéte via publica intermedia, & aliàs fuit decisum inter moniales S. Andreæ cũ Barone Galeota, & vide Caualc. in dec.
2 8. part. 5. quod † autem parietes nequeant extolli in præiudicium Monasteriorum, nouissimè vide Mutam in decis. Sicil. 8.

3 Limita tamen non † procedere dispositionem huius pragmaticæ quoties monasteria de nouo ædificarentur, & construerentur iuxta antiqua ædificia priuatorum, ex quibus apparere potest aspectus ad dicta monasteria, nam tali casu minimè claudi deberent, vt in facto iudicauit Sacrũ Regium Consilium nostrum contra monasterium Sanctæ Mariæ Egiptiacha.

Sed nota, quod extat quædam Bulla, † quæ prohibet monialibus fene-
4 stras habere correspondentes ad fenestras vicinorum, quod euenit in facto in Sacro Collaterali Consilio circa fenestras Anelli longi cum monasterio Sancti Ligorij prope S. Blasium huius ciuitatis Neapolis, petéte claudi fenestras prædicti A. longi correspõdentes fenestris chori monialium prędicti monasterij.

5 Et † obiter aduertas, quod pro ampliatione monasteriorum, & ecclesiarum, quis inuitus cogitur rem suã vendere, vt diximus supra in pragm. 1. de Baronibus, etiam si domus non sit contigua ecclesiæ, sed adsit via intermedia, vt fuit decisum in Rota Romana in vna Romana prætensæ demolitionis domus veneris 29. Februarij 1608. teste Farinac. in decis.
6 213. part. 2. tom. 1. imò † possunt cogi domini ad vendendas Domos, vel Agros, licet inuiti pro noua constructione ecclesiarum, vt accidit in monasterio monialium Sanctissimè Trinitatis, in cuius fauorem fuit indica-
7 tũ, & decisum, vt patet, licet † vna ecclesia, nequeat cogere alteram ecclesiam, vt vendat aliquid suum pro ampliatione ipsius, vt fuit indicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana in causa monasterij S. Ligorij, & Sancti Marcellini huius inclitæ Ciuitatis Neapolis, quæ decisio fulcitur
8 ex illo iuris axiomate, vt † priuilegiatus contra alium priuilegiatum suo priuilegio vti nequeat l. sed & milites ff. de excus. tutor. l. verum § Item quæritur ff. de minor. cap. causam de præbend. late Giurb. in decis. 82. ex quo
9 euenit † piam causam hæredem institutam non detrahere falcidiam contra ecclesiam, vt decisum est apud Magon. in decis. 130. verum in puncto principali totum contrarium decisum refert Mastrill. nouissimè in dec.
10 280. part. 3. nam † firmat ecclesiam posse cogi vendere partem precij pro construenda, vel amplianda alia ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, nihil potest percipere pro labore impenso in capienda informatione, & alijs actis dispensationis amplia prout nu. 2. & 3.*

Officia-

4 *Officiales non prohibentur capere ex testamento, nec prohibentur recipere munera ex causa remunerationis.*
5 *Clericus concubinæ pro seruitijs præstitis in remunerationem donare potest.*
6 *Priuilegium per non vsum amittitur, fallit, quando esset concessum in remunerationem.*
7 *Donatio in remunerationem non reuocatur ingratitudine.*
8 *Legatum factum vxori pro remuneratione seruitiorum non subiacet dispositioni l. fœmine C. de secund. nupt.*
9 *Donatio pro seruitijs præstitis non eget insinuatione.*
10 *Priuilegium in remunerationem seruitiorum concessum non eget confirmatione, sicuti cætera priuilegia.*
11 *Iudex, seu habens aliquam iurisdictionem non potest aliqua dona accipere, nisi exculenta, & poculenta, quæ consumi possunt per tres dies.*
12 *Crimen corruptionis est difficilis probationis, & probari potest etiam per testes singulares ad minus tres, qui sint bonæ famæ.*
13 *Gubernatores prouinciarum accipere non valent etiam à sponte offerentib. per se, uel per aliam interpositam personam donatiua aliqua, aut exculenta, aut poculenta.*
14 *Si quis oblata sponte recipiat, quia non debuit propter suspicionem, tunc accceptum nullatenus restituere tenetur, etiam in foro conscientiæ.*
15 *Non dicitur quis iudicem corrumpere solo conatu.*

COLLECTANEA. 139.

Super pragmat. I. & III. sub Rubr. de Mulieribus officialium.

Cum Multa sint &c.

HIc prohibentur officiales nihil recipere, nec per se ipsos, nec per vxorem, filios, aut aliàs interpositas personas.

Ad ornatum harum pragmaticarũ non desinas videre D. Ricc. in decis. 260. part. 2. vbi meminit de his pragmaticis, & multa dicit in materia, vt refert decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, quod † delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis nihil possit percipere pro labore impenso in capienda informatione, & alijs actis dispensationis, neque pro studendo processui, neq; pro accessu ad examinandum testes commorantes in alijs locis, licet dicat quod † si delegatus sit pauper ratione interesse, quod pateretur in accessu prædicto pro vecturis equorũ posset aliquid accipere, & ita aliquando dicit seruatum in curia Archiepiscopali.

3 Amplia, vt † neque à sponte dantib. possint aliquid recipere Minsynger. in obseruat. 74. cent. 2.

4 Non † tamen prohibentur officiales capere ex testamento, vide Franc. in decis. 493. prout etiam nec prohibentur recipere munera ex causa remuneratoria, idem in decis. 428. ad quod facit decisio Afflict. 202. vbi
5 quod † licet sit prohibitum clerico donare concubinæ hoc fallit, vbi donaret pro seruitijs præstitis in remunerationem, quod est vnum priuilegium remunerationis, siue seruitiorum præstitorum, cui adde alia, & pri
6 mo, quod † licet priuilegium per non vsum amittatur, tamen secus est quãdo esset concessum in remunerationem Mastrill. in decis. 96. Item quia
7 † donatio in remunerationem nõ reuocatur ingratitudine Boer. in decis.
8 27. insuper † legatum factum vxori pro remuneratione seruitiorum non subiacet dispositioni l. feminæ C. de secund. nupt. Franc. decis. 428. & dona
9 tio † pro seruitijs præstitis non eget insinnatione Minsynger obseruat. 75.
10 cent. 4. & † priuilegium in remunerationem seruitiorum concessum nõ eget confirmatione sicuti cætera priuilegia Viu. in decis. 206.

Pro Choronyde etiam poteris videre

dere Vinium in decis. 113. vbi quod
11 † iudex, seu habens aliquam iurisdictionem nō potest accipere dona aliqua, nisi esculenta, & poculenta, quæ consumi possunt per tres dies l. Plebiscito, ff. de offic. præsid. l. solent §. fi. de offic. proconf. & legat. & meminit de his nostris pragmaticis, imo dicit
12 quod cum hoc † crimen corruptionis sit difficilis probationis, probari posset etiam per testes singulares ad minus tres, qui essent bonæ famæ, & opinionis, & dicit etiam, quod, nec
13 denique † Gubernatores prouinciarum accipere valent etiam à sponte offerentibus per se, vel per aliam interpositam personam donatiua aliqua, aut esculenta, vel poculenta, nec aliquem compellere possunt ad sibi conducendum frumentum, ligna, paleas, aut aliquid aliud pro eorum monitionibus vigore pragmaticæ tertiæ incip. Gubernatores sub hac eadem
14 rubrica, sed in foro conscientiæ † si quis etiā oblata sponte recipiat, quia non debuit propter suspicionem tūc acceptum nullatenus restituere tenetur.
15 Aduerte autem quod † non dicitur quis iudicem corrumpere solo conatu l. 1. §. qui iudicem ff. de falsis Verall. decis. 214.

SVMMARIVM.

1 *Barones Regni, & deputati tempore donatiui non possunt procurare à vasallis Regni aliquid pro muneribus dandis proregi.*

2 *Etiam si vasalli aliquid vellent sponte dare ipsis Baronibus.*

COLLECTANEA 140.

Super pragmatica VI. sub Rub. de Mulieribus officialium.

Porquanto el Rey mi Senor &c.

1 MAndatur hic † Baronibus Regni & deputatis tempore donatiui non procurent à vasallis Regni aliquid pro muneribus erogandis Illustrissimo, & Excellentissimo proregi.
2 Amplia dispositionem talis pragmaticæ procedere, etiam si vasalli spōte vellent aliquid Baronibus præstare, nam prohibitus petere, prohibetur etiam accipere à sponte dantib. vide D. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neap. 260. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus rei vendicatione si neget se possidere, & postea conuincatur de mendacio perdit possessionem, quæ transfertur in actorem.*

2 *Negans esse socium perdit beneficium excussionis.*

3 *Negans scripturam manu propria confectum perdit causam.*

4 *Limitatur dispositio infrascriptæ pragmaticæ non procedere quoties apparet mēdaciū, siue debiti negationem fuisse factam ex iusta causa ignorantiæ.*

5 *Ad quid tenetur petens plus debito remissiuè.*

6 *Actore plus rei in qualitate petente, non licet reo negare totum.*

7 *Actor, qui egit assistentia petitis plus debito illa sententia dicitur nulla.*

8 *Actor, si post negatum mutuum probauerit mutuum per testes, qui tantum deponunt de incerta quantitate mutuata, an hac dicetur legitima probatio.*

COLLECTANEA 141.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Negantibus mutuum.

Constitutionem, &c.

MAndatur hic puniri pęna Constitutionis Regni Regię maiestatis negantes mutuum.

Occasione huius pragmaticæ cumulabo tibi plures decisiones in materia negantis aliquid, & primò, quod con-

1 conuentus † rei vendicatione, si neget se possidere, & postea conuincatur de mendacio perdit possessionẽ, quæ transfertur in actorem, l. fin. ff. de rei vendicat. vide Afflict. in decisi. 18. vbi loquitur de eo, qui conuentus in iudicio, negauit se nomine proprio possidere verum alieno, & postea fuit conuictus de mendacio, & vide Ludouic. in decis. Lucens. 50.

2 Secundo nota, quod † negans esse socium perdit beneficium excussionis Thesaur. decis. 50.

Tertio negans debitum absque iusta causa perdit beneficium cessionis bonorum Afflict. decis. 379.

3 Quarto † negans scripturam manu propria confectam perdit causam Marlian. in decis. 35.

4 Limita tamen † dispositionem nostræ pragmaticæ nõ procedere quotiescunque apparet mendacium siue debiti negationem fuisse factã ex iusta ignorantiæ causa, nam negare nõ dicitur, qui iustam causæ ignorantiã habuit Veral. in decis. 241. par. 2.

5 Sed † ad quod teneatur petẽs plus debito, vide Viuium in decisi. 340. &

6 † actore plus re in qualitate petente, an liceat reo negare totum negatiuè Thesaur. in decis. 291. Sed pone

7 quod † actor, qui egit assistentia petijt plus debito, an illa sententia dicatur nulla negatiuè Capic. in decisione 51.

Sed dum hęc pragmatica disponit, vt probatio contraria fiat per proba-

8 tiones legitimas, † si post negatum mutuum actor probauerit mutuum per testes, qui tantum deponant de incerta quantitate mutuata, an hæc dicetur legitima probatio, vide Bellon. in decis. 106. vbi quod in hoc casu de quantitate debet stari iuramento actoris.

SVMMARIVM.

1 *Loca publica dicũtur illa, quæ sunt destinata ad communem vsum populi, & eorum appellatione continentur etiam insulæ. nu. 2.*

3 *Vbi nocet via publicæ, quis prohibetur facere scalam, siue gradum, etiam in muro suo.*

4 *Aedificare regulariter quis potest vsque ad cœlum.*

COLLECTANEA 142.

Super pragmatica III. sub Rubrica Ne quid in loco publico fiat.

Li anni passati, &c.

Mandatur hic, quod occupantes loca publica, siue venditores, siue redemptores sint rerum commestibilium, seu suppellectiliũ, vel etiã incantatores, mulctentur pœna hic statuto applicanda magistro portulano, ac etiam electis huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis in rebus concernentibus contrauentionẽ ipsorũ bannorum.

1 Nota quod † loca publica dicũtur illa destinata ad communem vsum populi, prout sunt viæ publicę, litora, & huiusmodi, quæ non dicuntur esse in patrimonio principis, sed tantum ad ipsius protectionem, & defensionem spectant, ne ab alijs occupari permittat, ita vt princeps nõ debet in eis se intromittere, nec de eis aliquid concedere absque consensu po-

2 puli, & † appellatione locorum publicorum continentur similiter insulæ agri, areæ, & cætera, de quibus in l. 2. ff. ne quid in loco publico.

3 Aduerte etiam, quod † prohibetur quis facere scalam, aut gradum etiam in proprio muro, quoties nocet viæ publicæ, vt est videre penes Franch. Marc. in decisi. 595. volum. 1. & nedũ quando actualiter nocet, sed si posset

4 in futurum nocere, quamuis † regulariter possit in re sua quilibet ædificare vsque ad cęlum, & à vicino prohiberi non potest ne ædificet ex eo, quod lumen aufertur, l. altius, & lege si in

si in ædib. C. de seruit. & aqua Valasc. decis. 82. Gail. obseru. 69. libro secundo, & fuit practicatum per M.C.V. in causa vertente inter quendam de patigno conuentum ex vna, & aliã cognomine Casanoua ma actricem ex altera in Banca Buccerij, nunc canalis in M.C.V. & confirmatum per Sacrũ Regium Consilium.

SVMMARIVM.

1 *Matricula hodie non est in vsu.*
2 *Exercens officium Notarij absque priuilegio, & communiter tanquam talis reputatus tanquam Notarius, si conficiat instrumentum valet.*
3 *Communis error facit ius.*
4 *Notarius communiter pro Notario habitus, si plura confecerit instrumenta, punitur pœna, qua veri Notarij.*
5 *Notarius non potest conficere instrumẽtum extra iurisdictionem illius, qui eum creauit etiam cum cõsensu partium, secus tamen est in Notarijs ab Imperatore creatis.*
6 *Notario asserenti de sollemnitatibus requisitis in alienatione terminorum, vel Ecclesia non creditur.*
7 *Notarius omittens debitas solemnitates iuris in instrumento ab ipso celebrato tenetur ad interesse.*
8 *Notarius nequit facere fidem, nisi de ijs, quæ coram ipso in actu de quo rogatur, agatur, at in alijs, si non deponat vti testis parte citata, & præstito iuramento, nulla ei adhibetur fides declara nu. 9.*
10 *An Notarius instrumentum semel reassumptum possit iterum reassumere absque decreto iudicis remissiuè.*
11 *Notarius conficiens instrumentum de actu reprobato qua pœna puniatur remissiuè.*
12 *An qualitas notariatus præsumatur vel debeat probari remissiue.*
13 *Quis eerat Notarius.*
14 *Notarius quando possit fratri sorori, aut matri ascribere & error Notarij quomodo probetur ad effectum corrigendi remissiuè.*
15 *Notarij Apostolici non possunt excludi per statutum Ciuitatis subditæ Sedi Apostolicæ, ne instrumenta in loco conficiant.*
16 *Notarius Imperialis, vel Apostolicus in Francia non recipiunt instrumenta.*
17 *Notarius habet nudum ministerium, quod non est prorogabile.*
18 *Notarius excusatur à pœna falsi, si scribit pecuniam numeratam esse, quæ in sacculo ostensa est.*
19 *Notarij qualitas post conclusionem in causa probari nequit.*
20 *Notarij solo iuramento suspectus recusatur.*
21 *Notarius rogatus præsumitur.*
22 *Notarius rogatus de instrumento simoniaco non potest illo iuuari.*
23 *Duo Notarij rogati in solidum censentur.*
24 *Notarius principalis potest signare instrumentum, de quo rogatus est substitutus.*
25 *Notarius data copia nihil in substantialibus extendere potest.*
26 *Notarius potest delegare scripturã instrumenti, dummodo se subscribat.*
27 *Notarius nequit pro se scribere procuratoria.*
28 *Notarius cogi potest quilibet edere instrumentum, & potest vti testis adhiberi, sed quam fidem faciat tanquam Notarius, vel tanquam testis remissiue.*
29 *Notarius non tenetur contrahentes cognoscere.*
30 *Notarius contra infamiam restitutus non censetur ad officium.*
31 *Clerici nequeunt esse Notarij.*
32 *Notarius aliquando pro suo substituto tenetur.*
33 *Notarius vti rebellis in contumaciam condemnatus, alibi instrumenta facere nequit.*
34 *Notarius de furto condemnatus non est priuatus officio.*
35 *Notariatus ex confessione partis probatur.*

COL-

COLLECTANEA 143.

Super pragmat. I. sub Rubrica de Notarijs matriculandis.

Officium Notariatus, &c.

HAbes in hac pragmatica, quod Notarij matriculentur, & non matriculati non exerceant. Tu scias,
1 quod † hæc matricula hodie non est in vsu, sed benè tenentur expediri facere priuilegium sigillatum, & registratum in forma Regiæ Cācellariæ, de quo teneant fides Authenticas in valuis ipsorum curiarum, vt cauetur in pragmat. 5. & 6. sub hac eadem Rubrica, licet quoad fides affixas in valuis vigeat in contrarium obseruantia
2 † si quis tamen absque priuilegio exerceat officium Notarij, & communiter talis reputatus tanquam Notarius conficiat instrumentum, erit validum non obstante defectu priuilegij, vt fuit decisum in Rota in vna Auximana instrumēti anno 1589. coram Cantuccio, quia † communis er
3 ror facit ius, vnde meritò videmus quod Notarius communiter pro No
4 tario habitus, si plura † confecerit instrumenta falsa punitur pœna, qua veri Notarij puniuntur, vt decisum refert Franc. in decis. 444. Cabal. resolut. 89.

Ad materiam autem est notandū,
5 quod † Notarius non potest cōficere instrumentum extra iurisdictionē illius, qui eum creauit, vt pluries fuit decisum in Rota Romana, vt per Bellamet. in decis. 21. & per Rotā in nouiss. in decis. 201. quod procedit etiā de consensu partium Mainard. in decis. Tholos. 29. par. 2. licet secus sit in Notarijs creatis ab Imperatore, vide Boer. in decis. 242. & si aliqui sint in opinione hoc procedere de consensu partium, & non aliàs.

6 Item nota, quod † Notario asserēti de solemnitatibus requisitis in alienatione rerum minorum, & Ecclesię, non creditur, Benintend. decisio. 2. & sic etiam vbi asserit Regium interuenisse assensum Garzia decis. 27. quod
7 † si Notarius omittat debitas solemnitates iuris in instrumento ab ipso celebrato tenetur ad interesse partis Ludouic. in decis. Lucens. 13. vbi etiā habes, quæ sint in indicia sufficientia ad puniendum Notarium de falso.

8 Insuper aduerte, quod † Notarius nequit facere fidem, nisi de ijs, quæ coram ipso in actu, de quo rogatur, agatur, at in alijs, si non disponat vti testis parte citata, & præstito iuramento nulla ei adhibetur fides, vide Valasc. in decis. 89. vbi latè agit, quam fidem faciat Notarius vti Notarius,
9 & quam, vti testis, sed † si in apoca priuata à testib. subscripta Notarius etiam se subscribat, faciet fidem vti Notarius, vide Gratian. in decis. 104.
10 An autem † Notarius instrumentum semel reassumptum possit, iterū reassumere absque Decreto iudicis,
11 vide Sess. in decis. Aragon. 83. & † de Notario conficiente instrumentum de actu, reprobato, quā pœna puniatur, agit Guid. Pap. in decis. 433. & an
12 † qualitas Notariatus præsumatur, vel debeat probari, vide Ludouic. in decis. Perus. 115. Gratian. in decisione
13 238. Pegner. decision. 144. Sed † quis creet Notarios vide Franc. Marc. in decis. 488. part. 1. vbi quod ad Papam, Imperatorem, vel Reges supremum Imperium habentes pertinet authoritas creandi Notarios, sed quando
14 † Notarius possit fratri sorori, aut matri ascribere, vide Magon. in decis. Florent. 53. & error Notarij, quomodo probetur ad effectum corrigendi Gratian. decis. 163.

Nota etiam in materia Notariorum plures alias decisiones sequen-
15 tes, quod † Notarij Apostolici non possunt excludi per statutum Ciuitatis subditæ Sedi Apostolicæ, ne instrumenta in loco conficiant, Rota diuersor. in decis. 103. par. 2. in nouissimis.

Secun-

16 Secundo, quod † Notarius Imperialis, vel Apostolicus non recipit instrumenta in Francia Boer. decisione 242. & de Apostolico est intelligendum quantum ad negotia temporalia, non autem spiritualia.

17 Tertio, quod † Notarius habet nudum ministerium, quod non est prorogabile Valasch. decis. 9.

18 Quarto, quod † Notarius excusatur à pœna falsi, si scripsit pecuniam numeratam esse, quæ in sacculo ostensa est Cabal. resolut. 130.

19 Quinto, quod † Notarij qualitas post conclusionem in causa probari nequit Gratianus in decis. 198.

20 Sexto, quod † Notarius solo iuramento suspectus recusatur Veral. decis. 246. par. 2.

21 Septimo, quod † Notarius rogatus præsumitur Fastol. in decis. 2. Cappella Tholos. in decis. 143. sed quando rogatus præsumatur, vide Boer. in decisione 35. & à quo rogatus præsumatur Rota diuersor. in decis. 248. 250. & 253. in nouissimis.

22 Octauo, quod † Notarius rogatus de instrumento simoniaco non potest illud innari Mohedan. in decis. 2. de simonia Puteus decis. 330. part. 2. Rota diuers. in decis. 80. part. 3. in nouissimis.

23 Nono, quod † Notarij duo rogati in solidum censentur Puteus decisio. 6. par. 1. vide Thesaur. in decis. 145.

24 Decimo, quod † Notarius principalis potest signare instrumentum, de quo rogatus est substitutus Mohedan. in decis. 6. de fide instrum.

25 Vndecimo, quod † Notarius data copia nihil in substantialibus extendere potest Franc. Marc. in decisione 289. & 743. par. 1. Veral. decision. 247. parte 2.

26 Duodecimo, quod † Notarius potest delegare scripturam instrumenti, dummodo se subscribat Cacherau. decis. 36.

27 Tertiodecimo, quod † Notarius nequit pro se scribere procuratoria Guid. Pap. decis. 319.

28 Quartodecimo, quod † Notarius cogi potest cuilibet edere instrumentum Veral. decis. 243. par. 2.

Quintodecimo, quod Notarius potest, vt testis adhiberi Franc. Marc. in decis. 144. Sed Notarius, quam fidē faciat, tanquam Notarius, vel tanquam testis Valasch. decis. 89.

29 Sextodecimo, quod † Notarius cōtrahentes cognoscere non tenetur Franc. decis. 262. & vide decisionem Rotæ Romanæ 454. par. 1. in nouissimis Rubei.

30 Decimoseptimo, quod † Notarius contra infamiam restitutus, non censetur ad officium Franc. Marc. in decis. 116. & 300. par. 2.

31 Decimooctauo, quod † clerici nequeunt esse Notarij, idem in decisio. 194. par. 1.

32 Decimonono, quod † aliquando Notarius pro suo substituto tenetur, ex decisione Rotæ Romanæ 379. parte 4. in nouissimis.

33 Vigesimo, quod † Notarius vti rebellis in contumaciam condemnatus alibi instrumenta facere nequit vide Cabal. in resolut. 66.

34 Vigesimoprimo, quod † Notarius de furto condemnatus non est priuatus officio Franc. Marc. in decisione 416.

35 Vigesimosecundo nota, quod † Notariatus ex confessione partis probatur, vt decisum in quadam facti contingentia audiui mensibus elapsis.

SVMMARIVM.

1 *Liber à quolibet Notario conficiendus communiter appellatur Prothocollum.*

2 *Validitas, vel falsitas instrumenti regulatur à validitate, vel falsitate Prothocolli.*

3 *Prothocolla Notarij defuncti, à quo exēplari debeant remissiue.*

4 *Notarius reassumens instrumentum ex prothocollo Notarij præmortui nō potest*

test extẽdere abbreuiaturas, sed quando essent extendendæ, quomodo esset faciendum, num. 5. remissiuè.

6 *Omissio indictionis, an vitiet instrumentum, & quid si Notarius reliquerit spatium pro apponenda indictione remissiuè.*

7 *An potius sit standum protocollo, vel notulæ, seu matrici cum discordant.*

8 *Notarius non possit ad instantiam partis lacerare testamentum extensum in protocollo, & delere saltem verba iniuriosa.*

9 *Instrumentum, quando possit reassumi per alium Notarium, quam qui illud confecit.*

COLLECTANEA 144.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Notarijs matriculandis.

Singuli &c.

STatuitur, quod Notarij in principio prothocolli diem annum, & indictionem cũ Rubrica apponant. Tu
1 scias, quod † liber à quolibet Notario conficiendus communiter appellatur Prothocollum, de quo vide Decisionem Aragoniæ apud Seff. in decis.
2 72. vbi, quod † validitas, vel falsitas instrumenti regulatur à validitate, vel falsitate prothocolli.
3 Sed † quæro prothocolla Notarij defuncti, à quo exemplari debeant, vide Guid. Pap. in decis. 2. & in decis.
4 118. & an † Notarius reassumens instrumentum ex prothocollo Notarij præmortui possit extendere abbreuiaturas, dic negatiuè, sed tãtum debet transcribere, vt fuit decisum in vna Pampilonen. Reassumptionis instrumenti coram Coccino, sed quan-
5 do † essent extendendæ, qualiter sit facienda extensio, vide Franc. in decis. 567.
6 Sed an † omissio iurisdictionis vitiet instrumentum, vide Ludouic. in decis. 13. vbi etiam habes, quod si Notarius reliquerit spatium pro apponẽda indictione, vel scripsit tantum hæc verba, videlicet indictione, &c.
7 Et num † potius prothocollo sit stãdum, an verò notulæ, seu matrici cũ discordant, dicas Senatum Pedemontanum iudicasse potius esse standum notulæ, ac imbreuiaturæ, vide Gaspar. Thesaur. in quæst. forens. 87. libr. 3. qui in quæstione, siue decis. 67. eod.
8 lib. 3. tractat, † si Notarius possit ad instantiam partis lacerare testamentum extensum in prothocollo, & delere saltem verba iniuriosa, & refert fuisse dictum per Senatum, quod teneretur Notarius deferre matricem, & prothocollum coram Senatore, in cuius præsentia fieret cãcellatio verborum, de quibus conquerebatur testatrix, sed instrumentum in prothocollo remaneret, & hoc de anno 1614. 14. Iunij.
9 Nota etiam, quod † instrumẽtum potest reassumi ab alio Notario, si principalis Notarius rogatus esset absens, & in posse hostium detentus, Afflict. decis. 6. Faber. decis. 28. de fide instrumentorum, & quando instrumentum possit reassumi per alium Notarium, quam per eum, qui illud confecit, vide Franc. in decis. 300.

S V M M A R I V M.

1 *An, & quando licitum sit officialibus aliquod munus, siue dignitatem appetere remissiuè.*

2 *Distributiones honorum, dignitatum, officiorum, & lecturarum, & electionis, confirmationis, collationes à dominis, à Principibus qualiter, & quãdo sit facienda, & quibus circunstantiarum, & boni publici, quomodo sit habenda ratio remissiuè.*

3 *Duobus concurrentibus ad idem officiũ, quorum alter sit dignus, alter verò dignior, an sit licitum omittere digniorem.*

4 *Episcopus peccat mortaliter conferendo be-*

Digitized by Google

beneficium digno omisso digniori,
non tamen tenetur ad restitutionem.

COLLECTANEA 145.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Officialibus, & quæ ijs prohibeantur.

Decet, &c.

STatuitur, quod officia Regia per
interpositas personas non petan
tur, & ita Maring. in decis. 5. vbi alle-
gat text. in l. fin. C. ad leg. Iul. repet. &
§. hæc autem omnia Authent. vt iu-
dic. sine quoquo suffrag. pro generali
1 tamen cognitione † an, & quando li-
citum sit officialibus aliquod munus,
siue dignitatem appetere, vide Graff.
in decis. casuum conscientiæ libro 2.
cap. 15.
2 Sed † distributiones honorum, di-
gnitatum, officiorum, & lecturarum,
& electiones, confirmationes, colla-
tiones à Dominis, à Principibus,
qualiter, & quando sint fiendæ, & qui-
bus, circumstantiarum, & boni publi-
ci quomodo sit habenda ratio, habes
3 apud Raudens. in decis. Pisan. 40. † &
concurrentibus duobus ad idem offi-
cium, quorum alter sit dignus, alter
verò dignior, an sit licitum omittere
digniorem, latè discutit idem Rau-
dens. in decis. Pisan. 33. & vide Gratia-
num in decis. Rot. Marchiæ 97. vbi, qđ
4 † Episcopus peccat mortaliter confe
rendo beneficium digno, omisso di-
gniori, non tamen tenetur ad restitu
tionem, licet dicat hoc fallere, quan-
do beneficium debetur digniori ex
aliquo statuto, vel lege reperto in cō
cursu, tunc enim si minus digno con-
ferat peccat, & tenetur ad restitutio-
nem.

S V M M A R I V M.

1 *Qui dant pecuniam, vt habeant officium malum animum habere præsumūtur.*
2 *Electio officialium facienda est gratis & liberè de personis bonæ qualitatis.*
3 *Officium, vbi est datum alicui etiam voluntariè, & gratis minimè debet auferri absque causa.*
4 *Priuatus sola voluntate Principis sine crimine gaudet ijsdem priuilegijs, quibus gaudet in ipsa dignitate officij.*

COLLECTANEA 146.

Super pragmat. II. sub Rubrica de Officialibus, & quæ ijs prohibeantur.

Mandamus etiam, &c.

VVlt hæc nostra pragmatica,
1 quod † officia non sint venalia.
& meritò hoc prohibetur, nam qui
dant pecuniam, vt habeant officium,
malum, & iniquum animum habere
præsumuntur, nam eo ipso, quod quis
emit paratior est ad vendendum, &
carius, cap quibusdam 1. q. 1. & ita Ma
ring. in decis. 19. vbi quod non solum
officia non debent vendi pecunia me
diante; & interueniente, sed neque
prece superiorum magistratuum de-
2 bent concedi, nam † electio officia-
lium facienda est gratis, & liberè de
personis bonæ qualitatis, scientiæ, &
bonæ vitæ.
3 Scias tamen, quod † vbi officium
alicui est datum etiam voluntariè, &
gratis minimè debet auferri, & tolli
absque causa, alias inferretur ignomi
nia, vt apud Gammam in decis. Lusita
4 niæ 353. legi potest, quod † si quis so-
la voluntate Principis esset priuatus
sine crimine, tunc gaudebit ijsdem
priuilegijs, quibus gaudent in ipsa di
gnitate officij cōstituti, vt per Guid.
Pap. in decis. 377.

S V M M A R I V M.

1 *Officiales coguntur iurare eiusdem loci pri-*

Digitized by Google

priuilegia, statuta, & consuetudines obseruare.

2 *Officiales si tale iuramentum in die feriato præstassent non dicuntur periuri.*

3 *Officiales debent in primis præsentare eorum literas officij aliter non creditur, & ita pariter procedit in delegato.*

4 *Iurisdictio non acquiritur, nisi præsentatis literis suæ delegationis.*

5 *Delegatus debet esse certus de sua iurisdictione, non quidem per exemplum.*

6 *Delegatus tenetur mittere tenorem delegationis in citatione.*

7 *Citatus à delegato ante exhibitionem literarum, nisi venerit non efficitur contumax.*

8 *Remotus ab officio, & postea restitutus iurare, iterum debet.*

COLLECTANEA 147.

Super pragmat. IV. sub Rubric. de Officialibus & quæ ijs prohibeantur.

Et quia sæpè numero, &c.

Dicit hæc pragmatica, quod promoti ad officia præstent iuramentum. Et ita pariter seruatur Messanæ, & in alijs locis Regni Siciliæ, vbi co-
1 guntur officiales † iurare eiusdem loci priuilegia, statuta, & consuetudines obseruare, ita quod tale iuramentum remitti non potest, vt apud Minsynger. in obseruat. 76. cent. 2. Non ta-
2 men † dicerentur periuri officiales, si tale iuramentum in die feriato præstassent, vide Caualcan. in decis. 9. parte 1. & de talis iuramenti forma loquitur Papon. lib. 4. tit. 8. Arrest. 1. qui dicit decisum in lib. 6. tit. 2. Arrest. 26. idem procedere in assessoribus, & vide Franc. Marc. in decis. 682. referentem, quod quilibet iudex debet iurare publicè suum officium bona fide gesturum sine fraude.

3 Nota tamen pro ornatu, quod † officiales debent in primis præsentare eorum literas officii, aliter non creditur, vt per Maring. in decis. 4. sicuti pariter à simili delegato non creditur, nisi præsentatis literis suæ delegationis ad textum in cap. cum in iure
4 peritus de officio delegati, † cui iurisdictio non acquiritur, nisi præsentatis literis, Rota in Antiquis in decis. 242. & 487. Rota in nouis in decis. 793. & ante illorum præsentationem nullam habet iurisdictionem Guid. Pap. in decis. 285. ex quo euenit, quod
5 † delegatus debet esse certus de sua iurisdictione, non quidem per exemplum, Rota in Antiquis in decis. 459.
6 & hinc † delegatus tenetur mittere tenorem delegationis in citatione Minsynger. in obseruat. 1. centur. 3. &
7 hinc † citatus à delegato ante exhibitionem literarum, nisi venerit non efficitur contumax Anna in allegat. 147.
8 Sed † remotus ab officio, & postea restitutus, an iurare iterum debeat affirmatiuè Guglielm. in decisione Rotæ Spirensis 201. parte tertia.

SVMMARIVM.

1 *Signum demonstrat signatum*

2 *Marca facit præsumi rem esse illius, cuius est marca.*

3 *Signa, seu epitaphia inscripta in aliqua cappella probant ius patronatus in eadem cappella.*

4 *Officialis, qui non dum priuatus est officio, sed inquisitus tantum, an interim pendente inquisitione poterit togam gestare, vel potius ea exuta debet inquisitioni respondere.*

5 *Officialis accusatus de delicto, quando pendente accusatione possit ab administratione suspendi.*

COLLECTANEA 148.

Super pragmat. XIII. sub Rubric. de Officialibus.

Dalla Maestà del R. &c.

Statuitur hic, quod Officiales incedant togati, & hoc in signum eorum dignitatis, quam toga ipsa de-
1 monstrat, quia † signum demonstrat signatum, vt per bellon. in decis. Ge-
2 nuæ 2 1. vbi, quod † Marca facit præsumptionem eius illius, cuius est Marca, vt secundum Boer. in decis. 109. ad signû cognoscendum Balla Cacher. dec. 40. Anni allegat. 110. ita quod Polidor. Rip. in obseruat. 66. & D. Ricc. in
3 decis.... part. 2. dicunt, quod † signa, seu epitaphia inscripta in aliqua Cappella probant ius patronatus in eadem Cappella.
4 Quid autem in officiali, qui nondum sit priuatus officio, sed inquisitus tantum, an interim pendente inquisitione poterit eandem togam gestare, vel potius ea exuta, debet inquisitioni respondere, vide Maring. in decis. 16. vbi quod non, in officialibus perpetuis, asserit etiam pendente suspensione eis indicta ab officio, respectu verò officialium temporalium dicit, quod quando suspenduntur ab officio non debent retinere togam, & quando retinent officium, sed administratio eis fuerit interdicta tûc possint togam retinere.
5 Sed † officialis accusatus de delicto quãdo pendente accusatione possit ab administratione suspendi vide Franc. in decis. 8. Cappel. Tholos. in decis. 370. & Franc. Marc. in dec. 562. part. 1. qui firmant debere officialem suspendi, licet contrarium fuerit iudicatum in Senatu Dolano, vt nouissimè habetur per Grinel. in decis. 60. quam ego sequor tãquam veriorem, & æquiorem.

SVMMARIVM.

1 *Fida, & diffida integra exigitur ab exteris præterquam in animalibus errãtibus, pro quibus non debet exigi pœna vltra damnum.*

2 *Pœna baiulis non potest apponi vltra augustale.*

3 *Baiuli habent cognitionem ad damnum priuatiuè ad Capuaneum regionis, quod est peculiare suum ad capitaneos solum, quando damnum esset dolosum cum iniuria, vel territorium esset bannitum.*

4 *Baiuli non possunt damnum dantes fidare de non intercipiendo, quomodocunque damnum dederint soluta certa conuenta pecunia*

5 *Baiulorum dicta, seu scritpa non probant.*

6 *An damnum datum infrumento debeat æstimari habito respectu ad herbam, an verò quando erit maturum.*

7 *Statutum disponens esse standum iuramentum damnum passi, non intelligitur contra tertium, qui tenetur temen dare damnum, neque circa qualitatẽ iurisdictionis.*

8 *Vnus testis etiam sufficit in possessorio summario, in quo vnus testis plenè probat.*

9 *Testi aduersus suum commodum testificanti plenè creditur.*

10 *In crimine læsæ maiestatis sufficit vnus testis quantum ad faciendum indiciũ ad torturam, & si etiam vnus testis contra producentem plenè probat.*

11 *Vnicus testis excusat querelantem ab expensis*

12 *Vnicus testis qui deponit de facto, quod ipse tractauerit tanquam mediator plenè probat.*

13 *Dictum vnus testis sufficit in causis parui præiudicij, & breuibus, vel vbi adest voluntas partium.*

COL-

Digitized by Google

COLLECTANEA 149.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Officio Baiuli.

Statuimus quod in Damnis &c.

MAndatur, quod pœna Baiulorũ non excedat vnum augustale, & constito de damno saltem per testem, & iuramentum inuentoris, & circa contumacias seruentur ritus M.C.V. tu ad materiam videas decisionem Capyc.45. & nota hoc procedere respectu ciuium tantum, non au
1 tem respectu exterorum, † à quibus exigitur integra fida, & diffida preterquam in animalibus, errantibus, pro quibus non debet exigi pœna vltra damnum, vt fuit iudicatum per Sacrum Consilium ad relationem M.C.V. die 13. Februarij Anno 1597. in causa vniuersitatis terræ Ruthani cũ Barone Castri Turris paludum penes
2 Tramontanum M.C. actuarium, & † pœna à Baiulis non possit apponi vltra Augustale, sic fuit iudicatum in Sacro Consilio inter Marchionem Lauri, & vniuersitatem actuario Cioffo.
3 † Baiuli autem habent cognitionem ad damnum priuatiuè ad Capitaneum Regionis, quod est peculiare suum ad Capitaneos solum, quando damnum esset dolosum cum iniuria, vel territorium esset bannitum, per Capitaneum, vt fuit in Sacro Consilio iudicatum inter vniuersitatem
4 Orioli cum Marchione. Sed an † Baiuli possint damnum dantes fidare de non intercipiendo quomodocunquè damnum dederint, soluta certa conuenta pecunia, negatiuè fuit decisum in Sacro Cõsilio inter vniuersitatem Theani, cum Principe Hostiliani penes Felicem actuarium, & an † Baiu
5 lorum dicta, seu scripta probent negatiuè fuit decisum per Sacrum Consilium inter vniuersitatem Pisticij cũ Barone.
6 Sed quæro † an damnum datum in frumento debeat æstimari habito respectu ad herbam, an verò quãdo erit maturum, vide Gratian. in decis. Marchiæ 57. vbi dicit decisum esse attendendum tempus damni dati, & in ea
7 dem decisione refert, quod † statutũ disponens esse standum iuramento dãnum passi, non intelligitur contra tertium, qui tenetur emendare damnũ, prout neque circa qualitatem iurisdictionis, sed solum restringitur ad ipsum damnum.
8 Ibi *saltem per testem* nota quod † vnus testis etiam sufficit in possessorio summario, in quo vnus testis plenè probat Gratian. in dec. Marchiæ 192.
9 & sic pariter quando † vnus testis aduersus suum comodũ testificaretur, quia plenè creditur iuxta decisionem Fabri 42. C. de testibus, qui in decis. 20.
10 C. eodem titulo recenset pariter † sufficere vnum testem quantum ad faciẽdum indicium ad torturam in crimine læsæ Maiestatis, vt etiam vnicus testis plenè probat contra producentem, Viuius decis. 172. & sic etiam
11 quantum ad hoc † vt excuset querelantem ab expensis Carocc. in decis.
12 67. vt pariter dicimus † de vnico teste, qui deponit de facto, quod ipse tractauit tanquam mediator, quia plenè probat Veral. in decis. 167. part. 3. qui in decis. 288. eadem parte 3. dicit idem procedere quoties cum vno teste esset fama, vel si adessent alia adminicula, de quibus per eundem in decis. 271.
13 & 296. ead. par. 3. & tanto magis † si ageretur de causis parui præiudicij, & breuibus, adhuc dictum vnius testis sufficeret iuxta decisionẽ Fran. Marci 456. part. 2. & sic etiam vbi adest voluntas partium Minsyn. obseruat. 26. Cent. 5.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Delinquens in officio, in quo quis existit priuatur illo officio, amplia vt procedat etiam in salario officij, & eius bona illi confiscentur nu. 2.*

3 *Officialis tentans carnaliter cognoscere mulierem intuitu officij priuatur officio.*

4 *Delinquere in officio quis dicitur, vbi quis fauore calore, colore, & authoritate, prætextu, vel contemplatione officij deliquit.*

5 *Pœna priuationis officij non incurritur ipso iure, sed mediante sententia.*

6 *Iudex propalans votum recusari potest, imò ipso iure efficitur suspectus num. 7. etiam si animi sui motum tantum detegisset ibid.*

8 *Propalatio voti officialis potest probari testibus.*

COLLECTANEA 150.

Super pragmatica VI. sub Rubr. de officio iudicum, & aliorum officialium.

Cum verò ex propalatione eorum &c.

PRopalantes vota vigore huius pragmaticæ ex priuatione officij
1 puniuntur, & meritò quia † delinques in officio, dignitate, seu munere, in quo quis existit, priuatur illo officio, munere, vel dignitate, in quibus deliquit. l. si aliquod C. de suscept. libr. 10. Capyc. decis. 121. Franc. Marc. decis. 390. & 654. Cappella Tholos. dec. 370.
2 & non solum † delinquens in officio priuatur officio, sed etiam salario officij & eius bona illi officio confiscantur l. ordinariorum C. de cohortal. lib. 12. Franc. Marc. decis. 646. D. Ricc. in decis. Curiæ Archiepisc. Neap. 282.
3 part. 2. vbi dicit etiam decisum † officialem tentātem carnaliter cognoscere mulierem intuitu officij, fuisse officio priuatum, asserendo pariter talem officialem delinquentem intuitu officij, amplius non esse admittendum ad illud, nec per rescriptum Principis, nisi expressè, & specialiter derogetur iuribus prohibitorijs Fran. Marc. decis. 390. & 346.
4 Et in proposito scias, quod † delinquere in officio quis dicitur vbicunque quis fauore, calore, colore, authoritate prætextu, vel contemplatione officij deliquit, vt fuit decisum in Rota Romana in vna Romana Notariatus die 14. Decembris 1583. corā Cantuccio.
5 Sed an hæc † pęna priuationis officij incurratur ipso iure, vel mediante sententia. Respondeo fuisse decisum in eadem Rota in facti contingentia in alia Romana notariatus die 27. Ianuarij 1584. coram eodem Cātuccio, non incurri ipso iure sed mediāte sententia.
6 Nota autem, quod † iudex potest tanquam suspectus recusari, si animi sui votum ante sententiam aperuit, l. eos, C. de appellat. Rota in antiq. in decisio. 38. de concessione præbendæ.
7 imò ipso iure † efficitur suspectus Vinii. decis. 36. & in decis. 363. etiā si non expressè declarasset, sed indicium aliquod adhibuisset, quo animi sui motus detegeretur ad text. in l. obseruādum, ff. de offic. præsid. ibi. cuius animi motum, & facit decis. Giurb. 54.
8 Et aduerte, quod † præfata propalatio voti potest testibus probari, quibus credendum est, quo ad effectum recusationis, vt in facto fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana de anno 1607. sicque ego pluribus quippè vicibus requisitus de voto, respondi, & firmaui.

SVMMARIVM.

1 *Index non debet interuenire in illa causa, in qua coniunctus Doctor, est Aduocatus vsque ad quartum gradum secundum ius ciuile, sed non prohibetur*

tur quando Doctor est in quarto gradu affinitatis. nu. 2.

3 *Iudex ordinarius prohibetur esse arbiter, tamen si compromissum est factũ in iudicem ordinarium, isque in causa procedat, dicetur procedere tanquã iudex ordinarius, & non tanquã compromissarius, nu. 4 Sed limita, nume. 5. & 6.*

7 *Compromissum, si est factum in Regios Consiliarios tanquam arbitratores, et amicabiles compositores, eadem sententia exequetur tanquam prolata per S.C.*

8 *Compromissum si fuerit factũ vni Regio Consiliario, isque iudicium dederit ab eo, si illi non acquieuerint, partes seruabunt ordinem S.C. vt causa committatur à Præsidente eiusdẽ supremi tribunalis.*

9 *Compromissum si fuerit factum vni ex aula Consiliarijs, quid erit faciendum.*

10 *Compromissum, si fit in Consiliarios, requiritur licentia Regia, & quomodo collaterale Consilium in hoc Regno seruat.*

COLLECTANEA 151.

Super Pragmatica IX. sub Rubrica de Offic. iudic. & alior. official.

Nihil magis Christianis, &c.

DVm in § item statuimus il 1. mã
datur, quod officiales non inter
sint in causis propinquorũ, vide Ãn-
nam in singul. 397. vbi dicit hanc prag
1 maticam prohibentem, quod † iudex
non interueniat in illa causa, in qua
coniunctus Doctor est aduocatus vs-
que ad quartum gradum, intelligi de
gradu secundum ius ciuile subdens et
suo tempore fuisse declaratum non
2 procedere in affine, nam si † Doctor
est in quarto gradu affinitatis nõ pro-
hibetur iudex, & ita dicit decisum bis
in facti contingentia, licet afferat, qd
in secundo gradu affinitatis in alia
causa per eum ibi relata fuisset deci-
sum, quod non interueniret. & videte
Viuiũ in decis. 319 & Mastril. in deci-
sio. 151. Nouiterque fuit decisum iun
ctis Tribunalibus Sacri Regij Consi-
lij, & Regiæ Cameræ Summariæ in
Collaterali Consilio pro Comite Sa-
ponariæ, quod præsidens Morinilis,
qui erat affinis Marchionis Vallis Si-
culæ in secundo gradu affinitatis nõ
interueniat, & nouissime fuit confir-
matum, ne detur suspicio vltra secun
dum gradum consanguinitatis, & af-
finitatis in pragmat. XI. §. *ordinamo di più, che quando* de susp. offic. vers. *Item statuimus quod nulla officialis, &c.*

Officiales vigore huius §. pragma-
ticæ nostræ prohibentur esse arbitri,
& ita cauetur in l. sed & si §. si quis iu-
3 dex, ff. de arbitr. vbi iudex † ordina-
rius prohibetur esse arbiter, & vide
Grammat. in decisio. 9. & Guid. Pap.
decis. 370. & de hac pragmatica men
tionem facit Viuius in decis. 144.

4 Verum, † si factum est compromis-
sum in iudicem ordinarium, isque in
causa procedat, dicetur procedere
tanquam iudex ordinarius, & nõ tan-
quam compromissarius Hartaman.
obseru. 5. de iudicib. lib 5.

5 Limita tamen primo † posse com-
promitti in officialem tanquam in ar
bitratorem Bald. decis. 411. Faber de-
cis. 2. de arbitris ex l. si de meis, §. rece
pisse. ff. de arbitris, Guid. Pap. decisio.
99. Franc. Marc. decis. 665. p. 1.

6 Limita secundo, † existente stylo,
seu ritu in contrarium alicuius tribu
nalis; quoniam tali casu bene posset
in iudicem ordinarium compromit-
ti, cum stylus curiarum seruandus v-
bique sit, Viuius decis. 297. Guid. Pap.
decis. 192. referens potius esse standũ
stylo, quam consuetudini Capel. Tho
los. decis. 155. Afflict. decisio. 29. Ca-
cher. decis. 22. Veral. decis. 88. & 331.
lib. 3. Caualc. decis. 6. & 11. par. 1. Bel-
lon. decis. 706. Rayden. decis. 6.

7 Scias autem, quod † facto cõpro-

missio

misso in Consiliarios Regios tanquã arbitratores, & amicabiles compositores eadem sententia exequitur, tanquam prolata per Sacrum Consiliũ, vt ex multis dicit prouisum fuisse in eodem Sacro Consilio Grammat. decis. 9. procedit enim eadem authoritate iudicium ratione iurisdictionis, & facultatis sibi ipsis augmẽtatæ per partes, quemadmodum est prima sua authoritas.

8 Vnde tu Regnicola nota, quod † si vni Regio Consiliario compromissũ factum sit, isque iudicium dederit ab eo, si illi non acquieuerint partes seruabunt ordinem Sacri Cõsilij, vt causa committatur à præsidente eiusdẽ

9 supremi Tribunalis; Sin autẽ † vnius aulæ cõsiliarijs fuerit causa compromissa, tunc tanquã Sacri Consilij sñia executioni demandatur, & per reclamationem, siue supplicationem ei, qui impugnat succurritur per reclamationem præstita cautione de restituendo in casu retractationis, vt de obseruantia Sacri Regij Consilij loquitur Afflict. in decis. 231. sicque seruatur in Parlamento Delphinali, vt per Guid. Pap. in decis. 50. & 189.

10 Requiritur tamen † licentia Regiã, quando in Consiliarios fit cõpromissum, vnde in hoc nostro Regno Collaterale Consilium seruat etiam in causis quæ compromittuntur in personas priuatas, quod sententiam arbitralem non proferant, nisi prius de illius tenore idem Consiliũ informet, vel aliquem ex Regentibus.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus vigore huius pragmaticæ potest dicere de nullitate sententiæ ampliatur, vt procedat in curia coadiutore, num. 2.*

3 *Fiscus in criminalibus causis non appellat in absolutorys.*

4 *Dispositio nostræ pragmaticæ limitatur non procedere in causis incohandis coram auditoribus extra audientiam incedentibus per prouinciam aliqua de causa.*

5 *Sententia lata in fauorem minoris tutore, vel curatore carentis, vel absentis valet.*

6 *Alienatio rei Ecclesiasticæ quando in euidentem Ecclesiæ vtilitatem est facta non requiritur beneplacitum Apostolicum.*

COLLECTANEA 152.

Super pragmatica VI. sub Rubr. de Officio iustitiarij.

Pro bona administratione iustitiæ, &c.

DVm in §. 23. incip. Item quod gubernator, & auditores, prohibetur auditoribus, & gubernatoribus pronunciarum sententias tam diffinitiuas, quam interlocutorias in causis criminalibus Regium fiscum tangentibus nec alias prouisiones, eundem tãgentes expedire inaudito aduocato & procuratore fisci, alias sententiæ, & prouisiones aliter latæ, & factæ sint nullæ.

1 Aduerte pro ornatu, quod † vigore huius pragmaticæ potest fiscus dicere de nullitate sententię, quia cum sit nulla, quæritur ei nullitatis exceptio ad text. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Franc. decis. 148. & ante eum

2 Grammat. in decis. 14. quod † etiam similiter habet locum in Curiæ coadiutore, vt videre poteris apud Viu. in decis. 378.

3 Quamuis † in Regno fiscus in causis criminalibus non appellet à sentẽtijs absolutorijs iuxta rit. M.C.V. 258. Capyc. decis. 114. & Franc. in d. decis. 148. & si de iure communi fiscus appellet Affred. decis. 29. Thoming. in decis. 21. & nouissimè Riccius in decisio. Curiæ Archiep. Neap 81. par. 2.

4 Limita † tamen dispositionem nostræ pragmaticæ non procedere in causis inchoãdis coram auditoribus

extra

Digitized by Google

extra audientiam incedentibus per prouinciam aliqua de causa, in tali enim casu absque fisci aduocato, & procuratore posset super eis exposita querela informationem capere, & citationem expedire ad informandū inquisitum, vt pluries obseruatum in Regia Audientia Apuleæ fatetur Viuius omnino vidēdus pro ornatu huius pragmaticæ, de qua mentionem facit in decis. 37. qui etiam asserit nō habere locum hanc dispositionē pragmaticæ in sententijs interlocutorijs factis per auditores in fauorem fisci, nam tali casu secundum eum valet sententia, & si non fuerint obseruata ea omnia, quæ hic mādantur, cui opi-
5 nioni suffragatur, quod † valet sententia lata in fauorem minoris tutore, vel curatore carentis, vel absentis ad text. in l. 1. de ætate, ff. de minoribus, l. si quis ex aliena, ff. de iudic. Viui. in decisio. 51. qui sic decisum in audientia Apuleæ recenset, vide Crescent. in decis. 8. & 9. de sentent. & re iudic. & Veral. in decis. 147. par. 3. alienā enim cōditionem possumus facere meliorem, non autem deteriorem, l. soluendo, ff. de negotijs gestis, vnde meritò decidēdo voluit post plures, quos al-
6 legat, quod † alienatio rei ecclesiæ quando in euidentem Ecclesiæ vtilitatem facta est, non requirit beneplacitum Apostolicum, & si in hoc articulo sint alij plures contrarium tenentes.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo semper debet attendi, & seruari.*
2 *Consuetudo, quod finita locatione rei Ecclesiæ fiat relocatio proximioribus primi conductoris obseruari debet.*
3 *Consuetudo mala excusat etiam si sit irrationabilis.*
4 *Consuetudo in loco vincit legem.*
5 *Consuetudo tribuit iurisdictionem homini priuato.*
6 *Consuetudo existens in Ecclesiastica quod ad canonicatum ascendatur per gradus, ex tribus ordinibus maiore, medio, & inferiore, qui impetrauit à Papa debet acceptare inferiorem, & seruare consuetudinem.*
7 *Consuetudo, quod in causis arduis Episcopus procedat cum adiuncto aliquo in iurisdictionalibus ex parte capituli obseruari debet etiam si esset decennalis.*
8 *Consuetudo faciendi inuentarium sine citatione creditorum debet obseruari, quamuis fuerit decennalis.*
9 *Consuetudo immemorabilis, vim habet priuilegij, & concessionis.*
10 *Carceratus si nequit fideiussores reperire debet admitti ad iuratoriam cautionem.*
11 *Impotentia dandi fideiussorem probatur iuramento.*
12 *Carceratus debet iurare de obseruando omnia, ad qua tenetur, aliàs perdet priuilegium iuratoriæ cautionis.*
13 *In causis reuisionum talis cautio elargitur, & ita etiam procedit, in extraneo aduena, & forensi, numero 14.*
15 *In criminalibus talis cautio nō admittitur.*
16 *Debitor suspectus de fuga non admittitur ad hanc cautionē, & quando quis vult ab aliquo consequi nec admittitur prædicta cautio.*
17 *Vsufructuarius petendo vsumfructum non admittitur præstita hac cautione iuratoria.*
18 *Cautio iuratoria non admittitur quando cautio fideiussoria non potest præstari propter malos, & corruptos mores eius, qui ad eam præstandam tenetur, etiam quod obligationem iuratoriam fecerit, nu. 19.*
20 *Iuramentum suppletorium non est dandum aliàs periuro.*

Dd COL-

COLLECTANEA 153.

Super pragmatica II. sub Rubrica de Officio magistri iustitiarij.

Magnifici Regente, & Giudici, &c.

MAndat præsens pragmatica seruari consuetudinem, quod car
cerati de mense Iulij excarcerentur
præstita cautione de soluendo debitum, vel de redeundo ad carceres, &
merito quia regulariter † consuetu-
1 dò semper debet attendi, & seruari,
vnde quo ad successiones consuetu-
do loci seruanda est, in quo quis defunctus est Franc. Marc. decisio. 316.
vol. 1 Coler. decis. 204 & loci, vbi res,
de qua agitur, sita est, consuetudo inspicitur Bellamer. decisi. 2. sic etiam
in prælationibus consuetudo attenditur. Seraphin. in decis. nouiss. Rom.
615. par. 1. nam optima legum interpres est consuetudo Afflict. decisione
166. & 173. & est interpretatiua contractum, l. quod si nolit, §. qui assidua,
ff. de ędilit. edict Magon. decisio. Florent 56. & in decis. Lucens. 7. Lancellot. in decis. nouiss. Rom. 615. parte 1.
& hinc † consuetudo, quod finita lo-
2 catione rei ecclesiasticæ fiat relocati o proximioribus primi conductoris
obseruari debet Veral. decis. 230. libro
1. vnde † consuetudo etiā mala excu
3 sat cap. cum venerabilis, de consuet.
Franch. Marc. decis. 61. vol. 1. Magon.
decis. Lucens. 27 Carocc. decision. 13.
etiam si sit irrationabilis Grammat.
dec. 50. magna enim cōsuetudinis vis
est, ita vt pro lege eam seruādam canetur in l. de quibus, & in l. diuturna,
l. cum de consuetudine, l. sed ea quæ l.
imò magnæ, ff. de legibus, adeò quod
4 Puteus in decis. 176. lib. 3. dixit † consuetudinem in loco legem vincere,
quare videmus consuetudinem facere posse, quod potest pactum Afflict.
5 decisio. 91. & 258. & † iurisdictionem
tribuit consuetudo homini priuato
Balb. decisione 120. Franch. Marc. decisione 426. volumine primo, qua
6 de causa † consuetudo existens in Ecclesia quod ad Canonicatum ascēdatur per gradus ex tribus ordinibus
maiore medio, & inferiore, qui impetrauit à Papa debet acceptare inferiorem, & seruare consuetudinem Bisignett. decis. 4. de consuetud. Rota in
7 antiquis in decis. 838. & † consuetudo, quod in causis arduis Episcopus
procedat cum adiuncto aliquo in iurisdictionalibus ex parte Capituli obseruari debet, etiam si esset decennalis Puteus decis. 12. lib. 3. Lancellott.
8 decis. nouis. Rom. 615. par. 1. & † consuetudo faciendi inuentarium sine citatione creditorum debet obseruari
etiam si fuerit decennalis Vicecomes in decis. nouis. Rom. 629. part. 1.
Guid. Pap. decis. 330. vnde meritò Curia Archiepiscopalis Neapolis iudicauit inuentarium confectum iuxta
mores ipsius Ciuitatis Neapolis absque tamen iuris solemnitatibus suffragari, vt testatur D. Ricc. in decis.
67. parte 1. qui multa cumulat circa
9 vim consuetudinis, & † immemorabilis consuetudo vim habet priuilegij, & concessionis, l. hoc iure, §. ductus, ff. de aqua quotid. & æstiu. Guid.
Pap. decis. 549. Veral. decis. 227. libr. 1.
& decis. 56. lib. 3. Puteus decis. 466. libro 2. Claper. in decis. caus. fiscal. cau.
27. q. 3. ex quibus omnibus meritò passim in Regia Camera Summariæ expediuntur prouisiones, mandantes
obseruandum esse solitum, & consuetum.

Sed dum mandatur hic esse facien
dam excarcerationem præstita cautione de soluendo, vel de redeundo
10 ad carceres, nota quod † si carceratus nequit fideiussores reperire, debet admitti ad iuratoriam cautionē,
qui enim aliter non potest satisdare,
eo quia non reperit fideiussorem iurata prius per eum impotentia admit-

mittitur ad iuratoriam cautionem, cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor cap. fin. de senten. excomm in 6. Authent. cui relictum, C. de indict. vidnit. tollend. latè Surd. decis. 141. qui
11 dicit † fideiussoris dandi potentiam in proposito probari iuramento, nã secundum eum satis est, quod quis iuret se credere non posse de facili fideiussorem inuenire, subdens, quod postquam erit declaratum locum esse iuratoriæ cautioni, tunc etiam iu-
12 randum † per istum est de obseruando omnia ad quæ tenetur, aliàs perdit priuilegium iuratoriæ cautionis, vide in materia Cappell. Tholos. in decis. 138. & Cacher. in decis. 70. Ludou. in decis. Perus. 63. & Guid. Pap. in decis. 189. vbi inquit, quod etiam in materia Auth. quæ supplicatio, C. de precibus Imper. offerend. conceditur huiusmodi cautionis iuratoriæ auxiliũ,
13 vt † etiam in causis reuisionum, talis cautio elargitur, ne alias iustitiæ via pauperibus recludatur Gail. obseru. 155. Guid. Pap. decis. 50. Francis.
14 Marc. decis. 496. sic pariter † procedit in extraneo aduena, & forensi, nã & ipse offerens pignoratitiam, hypothecariam, vel paratoriam cautionẽ admitti debet, cum & ipse ad impossibile astringi non possit Gail. obseru.
15 26. lib. 1. licet talis † cautio non admittatur, nec concedi debet in criminalibus, in quibus quis offerens iuratoriam cautionem non auditur, & maximè de consuetudine, secundum quam in criminalibus iuratoria cautio non recipitur Boer. decis. 340. vt
16 † nec etiam ad talem cautionem iuratoriam admittitur debitor suspectus de fuga Cornazzan. decis. Lucẽs. 59. & sic, quando quis vult aliquid ab aliquo consequi, tunc non sufficit iuratoria cautio Puteus decis. 117. libro 1. & vide Guid. Pap. in decis. 250. vbi
17 loquitur † de vsufructuario non admittendo petendo vsumfructum præstita hac cautione iuratoria. Item ta-
18 li † cautioni iuratoriæ locus nõ est, quando cautio fideiussoria non potest præstari propter malos, & corruptos mores eius, qui ad eam præstandam tenetur Franc. decis. 317. & ideo quando is, à quo petitur cautio est persona multum suspecta, eò quia scãdalosus, rixosus, & mal æ conditionis, & famæ, & talis, quod valdè timẽdum
19 sit de eo, ne offenderet, nam tunc † petens admitti ad hoc beneficium nõ auditur, etiam quod obligationem iuratoriam fecerit Minsynger. obseru. 11. Similiter à tali cautione excluditur semel periurus ex traditis per D. Ricc in decis. Curiæ Archiepiscopal. Neap. 164. par. 1. & decis 4. par 2. vbi
20 refert in eadem Curia decisum † iuramentum suppletorium non esse dandum aliàs periuro.

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur reo pauperi litis expensas præbere.*
2 *Filio, vel filiæ petenti hæreditatẽ patris debet fieri prouisio de alimentis.*
3 *Monacho litiganti, ac Abbatem accusanti an sint decernenda alimenta.*
4 *Alimenta debentur fratri litem habenti contra fratrem in petitione hæreditatis.*
5 *Alimenta debentur vxori, quæ sub nomine viri accusaretur.*
6 *Alimenta debentur accusato, aut aliàs conuento ex causa propriÿ status agenti pendente iudicio.*
7 *Alimenta pendente lite super præbenda Ecclesia de eius fructibus possessori debentur.*
8 *Alimenta debentur impetrantibus beneficium.*
9 *Alimenta præstari debent à creditoribus carceratis stante eorum paupertate.*
10 *Alimenta carceratis pauperibus à Barone sunt præstanda, & sic etiam à fisco, num. 11.*
12 *Alimenta obtenta, lite pendente, an eo succumbente teneatur ad illorum re-*

Digitized by Google

stitutionem, & quid si cauit de restituendo.

13 *Alimenta huiusmodi litis, postquam decreta fuerint exhibenda sunt usque ad finem litis.*

14 *Alimenta non solum præstanda sunt in prima instantia, sed etiam in secunda, & sic in causa appellationis.*

15 *Sententia lata super alimentis tantum continet etiam litis expensas, si in libello fuissent omnia petita*

16 *Alimenta sunt decernenda iuxta qualitatem personæ, & rei, de qua lis vertitur.*

COLLECTANEA 154.

Super pragmatica III. sub Rubr. de Offic. magist. institiarij.

Noi ricordiamo, &c.

MAndat, quod carceratis pauperibus dentur quolibet die viginti septem vnciæ panis pro eorum victu. Tu addas, quod † reo pauperi tenetur actor expensas litis præbere Ludouic. decis. 46. Afflict. decis. 20. Crescent. decis. 5. de iudic. & sic decisum in Curia Archiepiscop. Neapolit. nouissimè tradit D. Ric. in decis. 56. par. 1. vbi plura in materia cumulat, & idē

2 procedit † in filio, vel filia petenti hæreditatem patris, nam eis debet fieri prouisio de alimentis ex text. in l. si instituto, ff. de inoffic. testament. Afflict. decis. 11. & vide latè Valasch. in decis. 1. vbi plura in materia etiam cumulat Rot. in nouis decis. 2. de iudicijs Milanens. decisio. 16. vbi etiam habes plura cumulata.

3 Et † monacho litiganti, ac Abbatē accusanti, quod sint decernenda alimenta, ac litis expensæ, vide text. in c. ex parte de accusat. tradit Rota in nouis in decis. 355. Vesta decisio. 17. quod tamen est intelligendum, si fuerit in quasi possessione monachatus, vt dicit Rot. in decisio. 18. & 77. & ad materiam vide Puteum in decis. 159. & 232. lib. 2. & Fastol. in decis. 18.

4 Et quod † alimenta debeantur fratri litem habenti contra fratrem in petitione hæreditatis, vide Guid. Papæ in decis. 561. Bisignet. in decis. 2. de

5 iudicijs Afflict. decis. 20. Item † uxori, quæ sub nomine viri accusaretur

6 Bellamer decis. 88. Item † accusato, aut aliàs conuento ex causa proprij status agenti consulitur de proprijs alimentis pendente iudicio, vt in eo defendere possit, Rota decis. 143. Itē

7 † lite pendente super præbenda Ecclesiæ poterit interim ipse possessor de fructibus eius se alere Capp. Tholos. decis. 77. Insuper Concilij Triden. sess. 24. c. 20. quod in causis matrimonialibus coram loci ordinario in prima instantia agitandis, non possit quisquam in secunda, vel tertia instātia trahi extra prouinciam, nisi præstitis alimentis, & litis expensis docto prius eod. Ordinario de vera paupertate illius, qui extra prouinciam trahitur Crescent. decisione 235. Item

8 † sunt pariter alimēta præstanda impetrantibus beneficium, c. Odoardus. Cassad. decis. 6. de appellat.

9 Item † alimenta præstari debent carceratis per creditores stante eorū paupertate, ita vt si fuerint ignobiles subministrabuntur alimenta ad rationem denariorum viginti pro qualibet die, si verò fuerint Nobiles stabitur iudicis arbitrio, & ita fuisse decisum tradit Afflict. in decis. 71. & vide Gammam in decis. Lusitan. 261. & D. Ricc. in decis. 209. par. 2.

10 Et quod † alimenta carceratis pauperibus sint à Barone præstanda, sic fuit decisum, & iudicatum in Sacro Regio Consilio inter Vniuersitatem Theani cum Principe Hostiliani, & iterum sic fuit conclusum, & iudicatum pro Vniuersitate Cotroni cum eius Barone, & vide Afflict. in decisio.

11 71. vbi vltra alia annuit, quod † carcerati pauperes pro crimine à fisco aluntur.

12 Sed † alimenta obtenta lite penden-

dente, an eo succumbente teneatur ad illorum restitutionem, & quid si ca nit de restituendo, fuit per Sacrum Consilium decisum stante cautione præstita esse restituenda, quamuis talis cautio non esset præstanda, nisi ea calumniosè petantur, & hoc lite pendente, Franc. decisio. 614 sed vide D. Ricc. in decis. 251. par. 2. vbi refert decisum negatiuè, & ita aliàs fuit decisum in Sacro Consilio in causa primogeniti Ciuitatis Cataniæ.

13 Animaduertendum tamen pro huius materiæ generali cognitione, qd huiusmodi litis alimenta, postquam decreta fuerint exhibenda sint vsque ad finem litis Vesta decis. 146. & 183.

14 Bellamer. decis. 159. † atque ne dum sunt præstanda in prima instantia, verum etiam in causa appellationis, vt fuit resolutum in Rota in vna hæreditatis de Lenis in anno 1547. vt refert Vesta in decis. 1. de alimentis, &

15 † sententia lata super alimentis tantum continet etiam litis expensas, si in libello fuissent omnia petita, vt pariter fuit resolutum in vna de Vrsinis 1552. coram Chissanen.

Animaduertendum secundo, quod

16 † non sunt semper vniformiter decernenda, sed iuxta qualitatem personæ, & rei, de qua lis vertitur taxanda iudicis arbitrio Bellamer. decis. 156. ideoque non eodem tenore taxari solita per Dominos de Rota, qui interdum ea decreuerint ad summam quinquaginta ducatorum filio litigāti, licet nondum constaret de qualitate bonorum, quæ in iudicio peteretur, interdum autem decreta ad centum cum facultate addendi, & minuendi, iuxta formam futuræ probationis redditimum, quando decretā ad certum tempus, & ex causa prorogatum, vt refert Vesta in decision. 31. & 144 & Boer. decis. 324. quandoque vt quartam partem redditus eius rei, vt per Seraph. in decis. 55.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij pro causis quorumcunque patrocinari, & aduocati esse prohibentur, aliàs infrascriptas pœnas patiuntur.*

2 *Iudex, qui fuit in causa principali, aduocatus in causa appellationis esse potest.*

3 *Vasallus non potest patrocinari contra dominum, cuius est vasallus, limita quoties vasallus patrocinaretur contra dominum pro sua causa, vel pro coniuncta persona, num. 4. vel quoties causa domini esset iniusta, nu. 5.*

COLLECTANEA 155.

Super Pragmatica VII. sub Rubr. de Officio Magistri iustitiarij.

Mandamus etiam modis omnibus, &c.

Hic prohibetur iudices posse postulare, & aduocationis munus exercere, & ita obseruari, & statutum esse in Francia testatur Gallus in quæst. 160. vbi annuit hoc cum ratione fuisse factum, quia eorum postulatione ab aliis magistratibus conniuētibus fortè oculis causæ iniustè lacerabantur, & vide pragmaticam 6. §. item quoniam de offic. iudic. vbi etiā

1 mandatur, quod † officiales Regij, scilicet Regij Consiliarij Præsidentes Regiæ Cameræ iudices magnæ Curiæ Vicariæ, Auditores prouinciarum, & quilibet alij Magistratus Regij pro causis quorumcunque patrocinari, ac aduocati esse prohibentur, nisi cū dispensatione solius Regiæ maiestatis, aliàs imminet pœna priuationis officiorum, ac aureorum duorū mille fiscō Regio inferendorum, de quo vide Viuium in decis. 144.

2 Sed an † iudex, qui fuit in causa principali, Aduocatus in causa appellationis esse possit, vide Cappellā Tholosanam in decis. 277. vbi affirmatiuè dicit

dicit conclusum, licet melius sit si ab-
3 stineret, & an † vasallus possit patrocinari contra Dominum, cuius est vasallus negatiuè Grammat. decis. 80. Afflict. decis. 265. Guid. Pap. decis. 551. Gail. obseruat. 88. lib. 1. alias priuabitur feudo Papon. Arresto 5. lib. 6. titu.
4 4. qui tamen limitat † hoc non procedere quoties vasallus patrocinaretur contra dominum pro sua causa, vel
5 pro coniuncta persona, vt † etiam poterit contra Dominum aduocare, & non priuabitur feudo, quoties causa Domini esset iniusta, vt decisum in Parisiensi parlamento testatur Gallus in quæst. 24.

SVMMARIVM.

1 *Quando carceratus debeat fideiussoribus relaxari remissiuè, & quando in defectum pœnæ pecuniariæ imponitur corporalis, an quis sit fideiussoribus relaxandus.*

2 *Offendens Doctorem non est fideiussoribus relaxandus.*

3 *Carcerati qualiter sunt relaxandi diebus festiuis, & quid in condemnato per Syndicatorem, qui non declarauit pœnam, sed eam remisit arbitrio superioris, & an in crimine vsurarum, & an in crimine falsi.*

4 *Stuprans viduam honestè viuentem, non est remittendus fideiussoribus, & sic pariter de rapiente virginem.*

5 *Habilitatio reorum, quando sit danda remissiuè.*

6 *Carceratus appellans non debet relaxari.*

7 *Sacrilegus an sit fideiussoribus relaxandus remissiuè.*

8 *Carcerati inquisiti de falso debent relaxari sub fideiussoribus, & audiri in eorum defensionibus.*

9 *Carceratus liberatur, quando de innocētia constat, per publicationem processus.*

10 *Quis dicitur carceratus.*

11 *Carceratus recedens à palatio, uel alio loco sibi pro carcere assignato, nisi infra breue tempus redierit tenetur ad pœnam fideiussionis.*

12 *Officialis poterit sub fideiussoria cautione relaxare, si ei mandatur, vt teneat aliquem sub tuta custodia.*

COLLECTANEA 156.

Super pragmat. VIII. sub Rubric. de Officio Magistri iustitiarij.

Pro cura pauperum, &c.

DVm in §. *Item vogliamo*, habetur, quod de causis arduis nō fiat habilitatio, nisi in plena banca audito fisco patrono, nec ex capite infirmitatis, nullatenus habilitentur carcerati, ego ad ornatum volo congerere casus, in quibus quis possit, vel non sub fideiussoribus relaxari.

1 Vnde quæro, quando † carceratus debeat fideiussoribus relaxari, vide Franc. Marc. in decis. 902. & quando in defectum pœnæ pecuniariæ imponitur corporalis, an quis sit fideiussoribus relaxandus Cacher. decis. 18. vbi affirmatiuè, & pro sacrilegio reus, an fideiussoribus sit relaxandus Francis.
2 Marc. decis. 652. par. 2. & † offendens Doctorem, an sit fideiussoribus relaxandus negatiuè Laurent. in decis. A-
3 uenion. 58. & † carcerati qualiter sint relaxandi sub diebus festiuis Francisc. Marc. decis. 409. part. 1. & quid in condemnato per Sindicatorem, qui non declarauit pœnam, sed eam remisit arbitrio superioris, an possit fideiussoribus dimitti negatiuè Mastril. in decis. 162. & an in crimine vsurarum affirmatiuè Laurent. in decis.
4 Auenion. 48. & † an in crimine falsi videte Capyc. in decis. 30. & nunquid qui viduam honestè viuentem stuprauerit negatiuè Laurent. in decis. 72. & an qui rapuit virginem pro negatiua opinione fuit tentum in Curia Archiepiscopali Neapolitana de hoc anno 1621. de mense Aprilis, &
5 generaliter † reorū habilitatio, quando

do sit danda videatur D. Ricc. in deci
6 sione 181. par. 2. & an † carceratus appellans debeat relaxari negatiuè Frãcisc. Marc. decis. 913. par. 1. Guid. Pap.
7 decis. 236. 237. & 238 & an † pro sacrilegio reus sit fideiussoribus relaxãdus, vide Francisc. Marc. in decis. 652.
8 part. 2. & † carcerati inquisiti de falso, an debeant relaxari sub fideiussoribus, & audiri in eorum defensionibus, maximè, si non essent contumaces affirmatiuè fuit decisum in S.C. contra votum M.C.V. teste Gram. in pragm. testem falsum, num. 7. de falsis, qui in ritu M.C.V. 21. dicit decisum, & plu-
9 ries practicatum † carceratum esse liberandum datis fideiussoribus, quando de innocentia constasset per publicationem processus non expectata sententia.

10 Nota tamen, quod † carceratus dicitur, qui detinetur per palatium ei assignatum loco carceris cum fideiussione Frãc. decis. 709. vide Caualcan. decis. 14. part. 5. Guid. Pap. decis. 563.
11 vnde † meritò carceratus recedens à palatio, vel alio loco sibi pro carcere assignato, nisi intra breue tempus redierit tenetur ad pęnam fideiussionis, vt decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana annuit D. Ricc. in
12 decis. 226. part. 2. & hinc iuridicè † si mãdatur officiali, vt teneat aliquem sub tuta custodia poterit sub fideiussoria cautione relaxare, vt practicauit in Terra Ferandinæ D. Genitor meus insignis Iureconsultus D. Ioannes Dominicus Nouarius, dum ibi præsidebat.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicitur iudex competens alicuius.*
2 *Qui sunt iudices Neapolitanorum fisci, num. 2. Militum, num. 4. Clericorum, num. 5. Miserabilium personarum, num. 6. & causarum maritimarum in regno. num. 7.*
8 *Causæ possessorij, & beneficiales vertentes inter Ecclesias, uel personas Ecclesiasticas iudex competens est iudex laicus.*
9 *Abutens priuilegio priuilegium perdere debet.*

COLLECTANEA 157.

Super pragmatica XIV. sub Rubrica de Officio Magistri iustitiarij.

Contingit plerunque, &c.

Mandatur hic, quod causæ ad suos iudices competentes remittantur determinandæ ab illis.

Tu autem nota pro Coronyde,
1 quod † iudex competens alicuius est iudex domicilij, à quo pro primis causis extrahi nequit, textu pragmat. 11. sub Rubrica, vbi de delicto quis conueniri debeat, vbi nos latè diximus.
2 Item † iudex competens Neapolitanorum sunt tribunalia ipsius ciuitatis, ita quod si fuerint laudati in authores in Curijs extra Neapolim nõ tenentur ibi litigare, sed remittuntur ad Tribunalia Neapolitana Anna, qui sic decisum refert in singul. 45.
3 Et † fisci iudex competens est Regia Camera Summariæ vt in pragm. XIII. de officio procuratoris Cæsaris vbi dixi ita quod ibi remittitur eius causa, dum de ipsius agitur interesse Anna allegat 121.
5 Et † clericorum iudex est Tribunal ecclesiasticum, ita quod nec ad expensas quidem potest condemnari à iudice laico, si coram eo succubuit Bellamer. decis. 26. nec in crimine læsæ maiestatis Faber decis. 31. C. de iurisdict. omn. iudic. nouissimè Tesaur. quæst. forens. decis. 22. libr. 4. & etiam si deponeret Falsum corã iudice laico Afflict. decis. 230. Faber decis. 26. cit. tit. qui in decis. 29. dicit idem procedere in actione reali, & in decis. 42. asserit quod nec ad inquirendum contra ipsum possit procedi à iudice laico, licet adducat aliquas limitationes,

Digitized by Google

nes, quas per te poteris videre supra in pragmatica 11. sub Rubrica de clericis, seu diacon. faluaticis.

6 † Miserabilium autem personarũ est iudex competens Regium Tribunal, vnde illud possunt in earum causis eligere Thesaur. decis. 177. Guid. Pap. decis. 556.

7 Et † causarum maritimarum in regno iudex competens est curia admiratiæ Franc. decis. 722. Mastril decis. 47. vt causarum Artis lanæ iudex cõpetens est specialis curia talis artis, sic videmus in arte serici, quæ pariter habet iudicem particularem.

8 Et causæ possessorij, † & beneficialis vertentis inter ecclesias, vel personas ecclesiasticas, & Prelatos iudex competẽs est iudex laicus Guid. Pap. decis. 1. & 71. Boer. decis. 69. Franc. Marc. dec. 190. & 512. volum. 1. & 215. volum. 2. Afflict. decis. 2. Gramat. dec. 78 Minsyngerius obseruat 67. cent. 2. vbi sic dicit obseruari in Camera Imperiali, & idem seruari in Senatu Sabaudiæ testantur Cacher. decis. 116. & Thesaur. in dec. 82. 117. & 131. sicque seruatur in Serenissimo Venetiarum Dominio, & idẽ in Lusitania, vt per Valasc. in decis. 93. & vide Viu. in decis. 30. quæ cognitio non est in modũ plenariæ cognitionis, sed ad euitanda tantum scandala, & seditiones, ne accidat aliquid, quod turbetur publica regni quies Mainard. decis. 28. lib. 1. Balb. decis. 274. & nouissimè vide Griuellum in decis. Senatus Dolani 128. circa quem iuris articulum ego volo esse merus relator, ne iurisdictioni ecclesiasticæ præiudicare appaream.

Sec dum in §. *Item considerato &c.* mandatur, quod Tribunali, & Baroni non tribuenti pęnam condignam carcerato per M.C. remisso, aliæ causæ nõ

9 remittantur, & meritò, quoniam † priuilegium perdere debet, qui eo abutitur l. qui fine, ff. de negotijs gestis cap. vt priuilegia, & cap. tuarum de priuilegijs cap. vbi ista 24. distinct. & cap. priuilegium 11. quæst. 3. vt etiã per non vsum pariter priuilegium amittitur Veral. decis. 379. lib. 2. sic pariter per delictum Franc. Marc. decis. 818. par. 2. similiter pe renunciationẽ Amat. decis. 81. & per non vsum, nisi non fuerit data occasio Anna singul. 400.

SVMMARIVM.

1 *Clericus nequit esse procurator iudicialis laici limita pro causis proprijs, vel coniunctorum, nu. 2.*

3 *Vasallus potest patrocinari contra dominum, cuius est vasallus pro sua causa.*

4 *Mulieres prohibentur in iudicio postulare, tamen benè possunt pro eorum causis.*

5 *Milites armatæ militiæ, & si prohibentur esse procuratores, tamen fallit pro causis proprijs.*

COLLECTANEA 158.

Super pragmat. XVIII. sub Rubr. de officio magistri iustitiarij.

Item omnibus officialibus ipsius &c.

HIc interdicitur procuratio actuarijs M.C.V. exceptis in eorum, vel parentum causis, sic etiam licet clericis interdicatur procura-

1 tio, nã † clericus nequit esse procurator iudicialis laici cap. denique 14. quæst. 5. cap. prolatum 88. distinct. c. 1. & cap. fin. de postul. Cappella Tholosana in decis. 124. Guid. Pap. decis.

2 221. † possit tamẽ procurare pro causis proprijs cap. omnibus 4. q. 6. cap. 1. ne cleric. vel monac. & sic etiam pro causis coniunctorum Cappella Tholos. decis. 131. Balb. decis. 113. Viuius decis. 151.

3 Et pariter † Vasallus potest patrocinari contra dominum, cuius est vasallus pro sua causa, vt iudicatum dicit Papon. in Arresto 5. lib. 6. tit. 4. licet

cet regulariter prohibeatur, vt est videre penes Gramat. in dec. 80. Guid. Pap. decis. 551. Gail. obseruat. 88. Af-
4 flict. decis. 265. Item † mulieres, quæ prohibentur in iudicio postulare, bene possunt pro eorum causis Coler.
5 decis. 67. sic pariter † milites armatæ militiæ, qui procuratores ad iudicia fieri nequeunt l. filiusfamilias §. veterani l. neque femina, ff. de procurat. l. milites nostros C. locati, possunt pro eorum causa procurare Viuius decis. 144.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens se vidisse aliquid nocturno tempore non probat, nisi luceret luna.*
2 *Magriata non probatur per testes deponentes de nocte non lucente luna.*
3 *Inimicitia quod indicium faciat.*
4 *Absentia allegata aduersus citationem ad informandum non admittitur si fuerint visi inquisiti eadem, vel præcedenti die.*
5 *Actus metu factus non valet.*
6 *Donatio facta metu non valet.*
Metus quomodo probetur, & quomodo dicatur iustus ibid. remissiuè.

COLLECTANEA 159.

Super pragmatica XXIX. sub Rub. de officio magistri iustitiarij.

Et ne ex multitudine scribarum &c.

DVm in §. 17. ordinatur interrogari, & capi informationem, si delictum est commissum de nocte, ap ponere causam scientiæ si luna lucebat, vel si ibi erat lux, vel in claro aere, pro ornatu scias, esse firmam regu-
1 lam, quod † testis deponens se aliquid vidisse nocturno tempore non lucen te luna nihil probat Rota Genuæ in decis. 3. vnde meritò Curia Archiepi-
2 scopalis Neapolis iudicauit † Magriatam non probari per testes deponentes de nocte non lucente luna, vt testatur D. Ricc. in decis. eiusdem curiæ Archiep. 65. part. 2. quem in facto videas.

Et dum in §. 20. mandatur debere capi informationem de inimicitia inter offensum, & inquisitum, nota
3 hoc euenire, nam † contra inimicum capitalem malæ conditionis hominẽ præsumptio est homicidij subsequuti, multò magis, si aliqua preparamenta facere visus est, vt emere gladium, & similia, item per vicina loca deambulare visus, vt habetur per Franc. Mat. in decis. 557. par. 2.

Et dum in §. 25. dicitur capi debere informationem, si inquisiti, accusati querelati, aut denunciati fuerint visi in loco delicti, die delicti, vel ante delictum, vel post diem delicti sequenti die, pro ornatu vide Franc. in decis.
4 589. vbi quod † absentia allegata aduersus citationem ad informandum non admittitur, si fuerint visi inquisiti eadem die, vel præcedenti, & vide eundem in decis. 327.

Et dum in §. 32. mandetur, quod statim facto actu remissionis, siue concordiæ partis debet actuarius interrogare partem remittentem, si faciat eam vi, vel timore, adde euenire, quia si promissio esset facta vi, vel timore
5 vtique remissio non valeret, † actus enim gestus vi non tenet, vide latè adducta per D. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neap. 15. par. 2. & per Asciã
6 in decis. 86. vbi quod † donatio facta metu non valet, Sed quomodo probetur metus vide Gamm. in decis. 250. & Boer. in decis. 101. & quando dicatur iustus metus, vide Fabrum in suo Cod. de eo, quod metus caus. vbi non nullas decisiones habes.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in causis criminalibus, in quibus veniret imponenda pœna mortis naturalis vel ciuilis, siue membri*

Digitized by Google

abscissionis non respondeat, limita, prout nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

9 *Procurator si comparuit in causa criminali, & fuit admissus, nec pars aliquid opposuit sine dubio processus est validus.*

10 *Coniunctus pro coniuncto ad agendum sine mandato admittitur, tamen debet admitti cum cautione rat.*

11 *Coniunctus non admittitur pro coniuncto ad agendum absque mandato in causis in quibus requiritur speciale mandatum, nec in causis spiritualibus nec etiam admittitur ad respondendum positionibus, & articulis.*

12 *Ratificatio principalis sequi debet tacitè, vel expressè.*

13 *Coniunctus, quamuis admittatur pro cõiuncto, non tamen poterit procuratorem constituere.*

COLLECTANEA. 160.

Super pragmatica XXXII. sub Rubr. de officio magistri iustitiarij &c.

Cæterum, vt procuratores &c.

Hic de procuratoribus multa dãtur capita, inter quæ in §. item quod in causis criminalibus mandatur, quod
1 † in causis criminalibus, in quibus veniret imponenda pęna mortis ciuilis, aut naturalis, siue membri abscissionis, procuratores non respondeant, & ita de iure communi videas text. in l. accusatores §. ad crimen, ff. de public. iudic. l. 1. ff. an per alium causæ appell. poss. cap. veniens de accusat. Afflict. decis. 64. Boer. dec. 285. Barz. decis. 152. Rota in nouis in decis. 485. Magon. decis. Lucens. 39. Minsynger. obser. 76. cent. 4. Reusner. decis. 24. lib. 2. Arumeus decis. 7.
2 Limita tamen primo quod † in causis capitalibus procurator admitti potest ad allegandas absentiæ causas, & ita intelligo textum in l. seruum quoque §. publicè, ff. de procur. & l. reos C. de accus. Guid. Pap. decis. 338. Balbus decis. 277. Rota in antiquis in decis. 82.

3 Limita secundo, quod † pro illustribus personis interuenire potest procurator, siue actores, siue rei illæ fuerint l. fin. C. de iniurijs Viu. decis. 112. licet hodie preferri in Regno nostro carcerantur personæ quantumuis illustres.

4 Limita tertio, quod † ad opponendam iudicis incompetentiam, & actorum nullitatem procurator interuenire permittitur Barzius decis. 152. Reusner. decis. 10. libr. 2. Magon. decis. Lucens. 22. & decis. 36.

5 Limita quarto vt † vniuersitates siue agentes criminaliter, siue accusatæ, possunt per procuratores comparere per Regni cõstitutionem. Generalia iura Capyc. decis. 5.

6 Limita quinto, quod † pro reo in carceribus constituto pro causa criminali, seu capitali potest procurator interuenire, & admitti debet Coler. decis. 107. optimè. Rota in nouis in decis. 201.

7 Limita sexto, quod † quando pro criminali causa agitur, ciuiliter ad pœnam pecuniariam procurator admittitur, & admissus etiam condemnatur, exequutio verò contra delinquentem, siue inquisitum principalē cõstituentem fit, ac fieri debet, l. 1. ff. an per alium causæ appellationis Rota in nouis, decisio. 420. & ita per Sacrum Consilium post magnam Curiam fuisse diffinitum tradit Afflict. in decis. 64.

8 Limita septimo, † quando sumus in causa, in qua contra absentem ad sententiam diffinitiuam deueniri potest, nam tunc in illa procurator admittitur Rota in antiquis in decisio. 485. Boer. decis. 285. Vigel. decisio. 89. cent. 1. quæ limitatio facit ad intellectum iurium Regni, quibus disponitur absentem, & contumacem post annum accusatũ de delicto, pro quo venit imponenda pęna corporis afflictiua,

ctina, scilicet mortis naturalis ciuilis, aut absciffionis membri (excepta pœna periurij,) aut carceris perpetui condemnari, vt in Constit. Regni pœnam eorum, & cap. Regni incip. fine qui forbannitus, quibus iuribus cum absens condemnetur, sequitur ex hac nostra limitatione admitti procuratorem agnatos, cognatos, affines, & amicos.

9 Et aduerte, quod † si procurator comparuit in causa criminali, & fuit admissus, nec pars aliquid opposuit fine dubio processus validus erit, nec vitiabitur Balbus decis. 482.

Sed dum in §. Item *che nessuno procuratore nella corte comparisca* statuatur procuratores absque mandato comparere non debere, nisi in casi-

10 bus in iure permissis. Scias, quod † coniunctus pro coniuncto ad agendum fine mandato admittitur, l. exigendi, C. de procurator. l. sed & hæ, ff. eod. titul. cap. nonnulli, de rescript. Balb. decis. 92. Vin. decis. 349. Ludouic. decis. Perus. 49. Magon. decis. Lucens. 6. Franch. Marc. decis. 99. Rota in antiqu. in decis. 677. licet debeat admitti cum cautione rati Rota in nouis in decis. 142. Cassador. decis. 40. super regul. cancell. Ludouic. decis. Perus. 110. Viuius decis. 31. & hoc etiã in criminalibus Arumeus decis. 7.

11 Nõ † tamen admittitur in his causis, in quibus requiritur speciale mandatum Surd. decisio. 215. nec in causis spiritualibus Rota in nouis in decisi. 142. & 420. Bellamer decis. 68. Cassador. decis. 4. super Regul. Cancell. vt nec etiam admittuntur ad respõdendum positionibus, & articulis Ludouic. decis. Lucens. 41.

12 Et aduertas † ratificationem principalis sequi oportere tacitè, vel expressè, ne ei preiudicium afferat Rota in antiquis in decis. 731. & Rota in nouis. in decis. 42. & 142. Laurent. in

13 decis. Auen. 24. Et licet † coniũctus pro coniuncto admittatur, non tamẽ talis coniunctus potest procuratorẽ constituere Rota in antiquis in decis. 677. Surd. decisio. 213. & Franch. Marc. decis. 242.

SVMMARIVM:

1 *Custos carceris si carceratus aufugerit punitur eadem pœna, qua is erat puniendus, adeo quod tenetur de culpa, & negligentia substituti.*

2 *Carcerati non possunt liberari sine licẽtia iudicis per custodes carcerũ, etiã pro debito ciuili accedente consensu creditoris.*

COLLECTANEA 161.

Super pragmat. XXXIII. sub Rubrica de Offic. magistri iustitiarij, &c.

Maxime cura est, &c.

IN hac pragmatica dãtur circa carceres multæ prouisiones, verum quia in principio supponit esse habendam custodiam carceratorum, ne fu-

1 giant, propterea scias, quod † custos carceris, si carceratus aufugerit punitur eadem pena, qua is erat puniendus, qui detinebatur, adeò quod custos carceris tenetur de culpa, & negligẽtia sui substituti, si è carceribus, absque tamen fractura, capitales carcerati aufugerunt, ex quo ostium nõ erat bene clausum, sed negligenter fuit per substitutum apertum relictũ, vnde fuit per M. C. V. condemnatus ad officij priuationem, vt testatur Grammat. in voto 29. & vide Boer. in decis. 216.

2 Et nota, quod † non possunt liberari carcerati, sine licẽtia iudicis per custodes carcerum, etiam pro debito ciuili accedente consensu creditoris, vide Viuium in decis. 262. vbi sic dicit seruari in Regia Audientia Apulæ, & in cæteris, & ita ordinari à Regia Camera Summariæ.

Sed carcerum principalis Domi-

nus an, & quando teneatur de culpis, & defectibus substituti, aliorumque ministrorum nouissimè habes apud Mastril. in decis. Sicil. 276. par. 3.

SVMMARIVM.

1 *Exigens vltra pandectam punitur infrascripta pœna.*

2 *Prohibitus accipere, nec spontè oblatum rectè accipiet.*

COLLECTANEA 162.

Super pragmatica XXXVIII. sub Rubrica de Officio Mag. iust. seu M.C.V.

1 *Item diciamo, &c.*

IN hac pragmatica continetur pandecta emolumentorum, seu dirictuum spectantium ad officium ma-
1 gistri actorum M.C.V. & hodie † contra exigentes vltra hanc pandectam statuta est pœna similiter corporalis arbitrio Proregis, vt in c. fin. de gratijs concessis per Ducem Ossunæ de anno 1585. inter priuilegia, & Capitula Neapolitana.

Pro Coronyde videatur Minsyng. obseruat. 75. centur. 2. vbi tradit, si salario prohibito an liceat vltra oblatū
2 accipere, & firmat, † vt accipere prohibitus, nec spontè oblatum rectè accipiet.

SVMMARIVM.

1 *Citationes ad informandum vigore infrascripta pragmatica non debent expediri, nisi existentibus indicijs sufficientibus, ac visa informatione per iudicem.*

2 *Citatio ad informandum per iudicem expediri, relaxarique non potest contra delinquentes in Regno, nisi prius visa diligētissimè per eum etiam recognita informatione.*

3 *Turbans in alijs causis leuioribus debet citari ad respondendum super tenore querela contra eum proposita.*

4 *Citatio ad informandum nequeat expediri, nisi seruata iuris forma, tamen illa dicitur in omnē euentū modici praeiudicij, citatio verò ad forindicandū, & irreparabilis praiudicij.*

5 *Citatio expediri nequit, nisi prius cœperit de delicto constare.*

6 *Captura contra aliquem delinquentem non est relaxanda ad nutum simplicem accusatoris.*

7 *Iudex debet determinare secundū qualitatem persona delicti, vel suspicionum, indicium esse sufficiens, vel non.*

8 *Indicia alia sunt grauia, alia leuia, & alia leuissima.*

9 *Indicia grauia sufficiunt ad transmittendam intentionem reo absenti, vel si sit captus ad examinandum eum super delicto tanquam reum, & etiam ad torturam.*

10 *Indicia grauissima sufficiunt ad condemnationem, & quomodo debent esse.*

11 *Fama quasi contra aliquem, quod delictum commiserit est sufficiens indicium ad inquirendum.*

12 *Qualia indicia esse debeāt ad hoc vt ex illis quis condemnetur.*

13 *Sanguis profluens e vulneribus occisi an faciat indicium ad torturā astate inquisito, & num mendacium, & an inimicitia.*

14 *Puer dicens se fuisse ab aliquo stupratum, an faciat indicium ad torturam, & quid de muliere dicēte se esse stupratam.*

15 *Vulnerati assertio an faciat indiciū ad torturam.*

16 *Socius criminis non facit indicium, fallit in fidei fauorem.*

17 *Testes qui reprobantur faciunt indiciū ad torturam.*

18 *Testes exequutores pro informatione curia examinati non faciunt indicium.*

19 *Indicium remotum, quot testibus probatur remissiuè.*

20 *Ambulans per viam insolitam an faciat*

ciat indicium remissiuè.
21 *Offensi inculpatio non facit indicium.*
22 *Indicia, & innocentia si concurrāt pro delicto, quæ præferenda sunt.*
23 *Indicia indubitata, quæ sint.*
24 *Socius criminis, qui indulgentiam delicti obtinuit potest torqueri, vt faciat indicium contra socium.*
25 *Delinquens, qui nequit condemnari ex indubitatis indicijs non potest pœna ordinaria condemnari.*
26 *Indiciorum copia non data, sententia est nulla.*

COLLECTANEA 163.

Super Pragmatica XXXIX. sub Rubrica de Officio magistri iustitiarij, seu M.C.V.

Per la Maiestà del Rè, &c.

1 Citationes † ad informandum vigore huius pragmaticæ non debent expediri, nisi existentibus indicijs sufficientib. ac visa informatione per Iudicē, & ita Viu. in dec. 521. vbi mētionē facit de hac pragmatica scri
2 bendo, quod † citatio ad informandū per iudicem expediri, relaxariq; non potest contra delinquentes hodie in Regno, nisi visa prius diligentissimeque per eum etiam recognita informatione, & in causis pariter magni momenti Criminalibus, in quibus indicia vrgeant pro tortura inferenda, & de hoc mirandum profectò non esse dicit, quoniam ex officio hodie regulariter in Regno minimè proceditur contra reum, nisi in casibus, in quibus imponenda veniat pęna mortis naturalis, vel ciuilis, aut abscissionis mēbri iuxta cap. Regni, vt de latas
3 Est tamen bene verum, quod † in alijs quibuscūque casibus leuioribus, & præsertim super turbata possessione absque vi, & violentia occursa turbans debet citari ad respondendum super tenore querelæ contra eū propositæ, vt ita practicari, & obseruari in isto Regno quotidie annuit, idem Viu. in cit. decis. 121. num. 3. vbi num.
4 4. subdit, quod † quamuis citatio ad informandum expedire nequeat, nisi seruata iuris forma, tamen illa dicitur in omnem euentum modici præiudicij, citatio verò ad forindicādum maximi, & irreparabilis præiudicij. Franc. decis. 329.
5 Et quemadmodum † citatio expediri nequit, nisi prius cęperit de delicto constare, vt etiam decisum pluries, & ordinariè seruari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & in omnibus alijs curijs ecclesiasticis tradit D. Ricc. in decis. 104. par. 2. mentionē pariter faciens de hac nostra pragma
6 tica, ita pari modo † captura minimè contra aliquem delinquentē relaxanda est ad nutum simplicem accusatoris, cum tunc non apparentibus sufficientibus ad torturam indicijs concedi nunquam posset licentia, seu mandatum de capiendo.
7 Nota autem, quod † in materia indiciorum non potest dari certa terminatio, sed relinquitur arbitrio iudicis secundum qualitatem personæ, delicti, vel suspicionum determinabit indicium esse sufficiens, vel non; verùm
8 aduerte, quod † aliqua sunt indicia leuia aliqua grauia, & alia grauissima, leuia sufficiunt ad capturam non tamen, vt reus debeat statim examinari super delicto, ita vt eius nomen recipiatur, inter reos sed vt ei tollatur facultas fugiendi sufficiunt etiam ad inquirendum, scilicet ad assumendum ex officio informationes contra aliquem de delicto, non tamen ad illi transmittendam inquisitionem, vel citationem.
9 † Grauia indicia sufficiunt ad trāsmittendam inquisitionem reo absenti, vel si sit captus ad examinandum eum super delicto, tanquam reum, & etiam ad torturam.
10 Grauissima verò indicia sufficiunt etiam ad condemnationem, & hæc proculdubio debent esse non modò pluf-

plusquam semiplena probatio, sed etiam quasi plena probatio.

11 His sic breuiter præmissis, nota, quod † fama sola, quæ fit contra aliquem, quod maleficium commiserit est sufficiens indicium ad inquirendũ contra eum, de quo vide Peguer. in decis. Chacal.17. Fabr.decis. 20. C. de quæst.& Minsynger. in obseru.98.centur.6. vbi discutit de fuga, an sit iustũ indicium, & quid si cum fama Franc. Marc.decis.184.vol.2.

12 Sed † qualia indicia esse debeant ad hoc, vt ex illis quis condemnetur, vide Viu. in decis.533. qui in decisio. 281. recenset, quæ indicia sint, per quæ possit deueniri ad torturam, de quo etiam Minsynger. in obseru. 93. centur.6 & Faber in decision.4.C.de

13 quæst. & num † sanguis profluens è vulneribus occisi astante inquisito faciat indicium ad torturam decis.affirmat Thesaur.in decis.173.Boer.decis. 166.Franc.Marc.decis.190.volum.2. & num mendacium affirmatiuè, si sit in substantialibus Cacher. in decisio. 79. & an inimicitia, affirmatiuè, si sit grauis, Faber in decis.11.C.de quæst. & vide Franc. Marc.in decis.557.vol.

14 2.& an † dictum pueri stuprati affirmatiuè Peguer. in decis.71. & de dicto mulieris stupratæ contra nominatum stuprantem affirmatiuè loquitur Viuius in decis. 249. & vulne-

15 rati assertio † an faciat indicium ad torturam, quod sic, ad inquirendum scribit Faber in decis.26.cit. tit.& vide Treuisan.in decis.14.par.2. & Viu.

16 in decis.247.& an † socius criminis faciat indicium negatiuè Viuius in decis. 216. licet hoc non procedat in fidei fauorem, vt decisum in Curia Archiepiscopali Neapol. dicit D.Ricc. in decis.292.par.2. sic etiam non procedit in crimine læsæ maiestatis Faber decis.7.d.tit.& vide Peguer.in decis.5.vbi alia cumulat.

De indicio autem per testem cognoscentem vocem delinquentis de nocte, vide apud Viuium in decision. 169. qui in decis. 200. firmat indicium vnum fieri ex pluribus præsumptionibus imperfectis, sed testes, qui re-

17 probantur, an † faciant indicium ad torturam affirmatiuè Grammat. de-

18 cis. 11. & † testes ex ecutores pro informatione Curiæ examinati, an faciant indicium negatiuè Barz. in decis.137. in decis. 147. loquitur etiam de indicio ex teste singulari, an simul

19 cum fama sufficiat, & † indicium remotum quot testibus probetur, an coniungantur ad torturam inferendam, vide Cabal.in resolut. 193. & de

20 † indicio ambulantis per viam in solitam lege Viuium in decis. 190. qui in decis. 149. loquitur de indicio confessionis extraiudicialis, & in decisio.

21 169. firmat † offensi inculpationem non facere indicium, & de indicijs cõtra maritum de homicidio vxoris, vide Boer.in decisio.261. & vbi indicia sunt dubia, quando iudex terrore valeat Franc.Marc.decis.519. volum.1.

22 & † si concurrant indicia pro delicto, & innocentia, quæ præferenda sint, dico præferri illa pro innocentia vide Boer. in decis. 165. Sed indicia indubitata, quæ sint vide Mart.in de-

23 cis. 248. vbi, quod † indubitata indicia illa sunt, quæ iudicis mentem arctant, vt in contrariam credulitatis partem inclinare non possit.

24 Sed † socius criminis, qui indulgentiam delicti obtinuit possit, ne torqueri, vt faciat indicium contra socium affirmatiuè Franc.in decis.459. qui in

25 decis.372. firmat, quod † quando quis nequit cõdemnari ex indubitatis indicijs non potest pęna ordinaria condemnari.

26 Aduerte autem, quod † indiciorũ copia danda est reo Thesaur. decisio. 265. vnde indiciorum copia non data sententia est nulla Laurent. in decis. Rot.Auenion.15.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Officiales delinquentes cognoscuntur, & examinantur à M.C.V.*

2 *Excessus si aduersus officiales committuntur sola M.C.V. cognoscit.*

3 *Officiales Baronales cognoscuntur à d. M.C. limita in non exercentibus iurisdictionem, nu.4.*

5 *Barone habente priuilegium cognoscendi delicta omnium delinquentium in eius terra, an extendatur potestas ipsius delinquentis in terra, & successiue ad eum sit facienda remissio.*

6 *Officiales Baronis habentis iurisdictionem criminalem in aliqua terra possunt cognoscere de delictis officialiũ alterius Baronis eiusdem terræ habentis iurisdictionem ciuilem.*

7 *Officiales actu seruientes non trahuntur extra Tribunalia, & ita non possunt trahere aliquem à iudicibus proprys.*

8 *Officiales super numerary possunt trahi cum gaudeant priuilegys ordinariorum, vt in Doctoribus Collegy.*

9 *Canonici officiales supernumerary authoritate Apostolica creati non habent locum in choro, & vocem in Capitulo.*

COLLECTANEA 164.

Super pragmat. XLIX. sub Rubrica de Officio Magistri iustitiarij.

Essendoci stato supplicato, &c.

HIc mandatur, quod ritus M.C.V. quod de delictis officialium sola Magna Curia cognoscat non comprehẽdat Syndicos electos Camerarios, & Baiulos, nisi in actibus iurisdictionalibus, quæ exercent ex priuilegio, vel consuetudine.

1 † Delicta officialium sola Magna Curia cognoscit, & examinat, iuxta ritus ipsius, scilicet 49.51. & 61. quod procedit tam actiuè, quam passiuè, & sic quemadmodum de delictis officia-
2 lium sola Magna Curia cognoscit, † ita pariter quoties excessus aduersus eos committuntur, vt iudicatum refert Franc. in decis.274. & ita in dies Sacrum Consilium solitum est procedere.

3 Et non solum † hoc procedit in officialibus Regijs, sed etiam Baronalibus, vt affirmat idem Franc. in decis. 407.num.2. qui dicit pariter decisum
4 dictos ritus non habere locum † in officialibus non exercentibus iurisdictionem, vnde si fuerit commissum delictum contra officialem non exercentem iurisdictionem vtique sola Magna Curia non cognoscet.

5 Sed an † existentibus amplissimis priuilegijs alicuius Baronis cognoscẽdi delicta omnium delinquentium in eius Terra, &c. extendatur potestas ipsius delinquentis in Terra, & successiuè ad eum sit facienda remissio. Fuit in Sacro Regio Consilio iudicatum, minimè esse faciendam remissionem Baroni similia priuilegia habenti officialis delinquentis, & fuit decisum in personam Capitanei Cayanelli cum Barone ipsius die 10. Octobris 1580.

6 Et an † Officiales Baronis, habentis iurisdictionem criminalem in aliqua terra, possint cognoscere de delictis officialium alterius Baronis eiusdem terræ habentis iurisdictionem ciuilem. Fuit votatum posse talem officialem Baronis criminalem cognitionem habentis cognoscere, de delictis officialium alterius Baronis habentis ciuilem cognitionem, de delictis, tamen extra officium commissis Capyc. decis.27. vide Rotam in Antiquis in decis. 246. & Balb. decis. 116. qui decidunt, quod duo Domini, seu Barones, si habent iurisdictionem indiuisam in aliquo loco, si vnus ipsorũ deliquerit, poterit ab altero Condomino, & Conbarone puniri.

7 Nota tamen, quod † officiales actu seruientes non trahuntur extra tribunalia, iuxta cap. Regni, ita tamẽ quod

quod non possunt traherel aliquem à iudicibus proprijs, vt in facti contingentia fuit decisum in causa Aniballis Famatio cum Vincentio Bidello Episcopo Carriati de Ponte decisione 36.

8 Verum † officiales super numerarij benè possent trahi cum gaudeant priuilegijs ordinariorum, vt in Doctoribus Collegij, dicit indicatũ Franch. decis. 234. & de Canonicis super numerarijs loquitur Mastrill. in decisione 156. vnde tales † Canonici su-
9 per numerarij authoritate Apostolica creati non habent locum in Choro, & vocem in Capitulo iuxta decis. Franc. Marc. 473.

SVMMARIVM.

1 *Tribunal Regiæ Cameræ cognoscit de causis fiscum tangentibus.*

2 *An fiscus author laudatus petat remissionem causæ ad Regiam Cameram.*

3 *Dispositio pragmaticæ procedit etiam in emptoribus à fisco*

4 *Fideiussor soluens in Camera pro debitore principali fisci, seu emptore alieno nomine rei per fiscum venditæ potest debitores suos, & bonorum possessores coram iudicibus fiscalibus conuenire.*

5 *Limitatur supradicta non procedere in personis Ecclesiasticis.*

COLLECTANEA 165.

Super pragmat. XIII. §. Item sub Rubric. de off. procur. Cæsaris, seu Cameræ Summariæ.

Item vt Regia Camera &c.

1 TRibunal † Regiæ Cameræ cognoscit de causis fiscum tangentibus, & vide tex. in l. vt proponas, C. de bonis proscriptorum, & in l. 2. vbi DD. & toto tit. vbi fiscales causæ, l. 1. de offic. procurat. Cæsar. in quo non mediocre fisci priuilegium versatur contra regulam, ne quis in sua causa.

2 Et cum in §. Item, † cum de iure fiscus author laudatus petat remissionem causæ ad Regiam Camerã, scias contrarium fuisse decisum per Senat. Pedemont. vt per Thesaur. in decisio. 113. & latè disputando plures opiniones retulit Capyc. in decis. 197. vt memini in praxi electionis, & variationis for. q. 15. sect. 2. vbi trado hoc esse intelligendum cum grano salis, nempè quando fiscus reuera tenetur de euictione, secus si non constat et in promptu de interesse fisci, nam tunc Aduocatus fiscalis præiudicaret fisco, nam tacitè censeretur fateri, quod fiscus tenetur de euictione suscipiendo onus litis, tanquam author laudatus, & esset aperire viam fraudi, per quam omnes causæ deberent remitti ad Regiam Cameram, & ita ipso patrocinante pro fisco dicit fuisse decisum per Sacrum Consilium, & confirmatum per Collaterale Consilium in causa Sanctorum Petri, & Sebastiani cum Marchione Laini, & refert etiã
3 dispositionem pragmaticæ † procedere etiam in emptoribus à fisco, nã emptores etiam, & causam à fisco habentes iudices habent fiscales, idcirco coram alio iudice conuenti pro euicta re à fisco empta petere possunt remissionem ad iudices, vt ipsi fiscales, parte autem non opponente, nec fisco remissionem petente valet processus coram Ordinario, & etiam in fideiussore pro reo in aliquo officio soluente pro eo, nam talis debet conueniri in foro fisci, & non tenetur se-
4 qui forum rei † fideiussor enim soluens in Camera pro debitore principali fisci, seu emptore alieno nomine rei per fiscum venditæ potest debitores suos, & bonorum possessores corã iudicibus fiscalibus conuenire, limi-
5 ta † supradicta non procedere in personis Ecclesiasticis quas fiscus trahere nequit, vide Afflict. in decis. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quid sit releuium.*
2 *Releuij quantitas quanta est.*
3 *Releuium duplicatum debetur fisco, ni si fuerit denunciata mors feudatarij.*
4 *Feudatario vendente feudum cum assensu regio per verbum fiat, in memoriali expressum tradente possessionẽ, nec curante mortem patris denunciare, dummodo tempore mortis feudum non sit in eius dominio, emptor non tenetur ad duplicatum releuium.*
5 *Venditor si non denunciat tenetur ad duplicatum releuium.*
6 *Denunciatio mortis si non fit ob iustam causam, cessat omnis pœna.*
7 *Releuium debet solui ab herede, qui redemit feudum post mortem feudatarij per eum in vita alienatum, cum pacto de retrouendendo, amplia numero 8. 9. 10. 11. 12. 13. sed limita, prout numero 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*
20 *Adhoa est loco seruitij, quod praestatur Regia Baronibus, et feudatarijs tempore belli.*
21 *Rex non habet electionem exigere potius personale, quam reale seruitium, & e contra.*
22 *Adhoa debet solui domino ab vsufructuario, & non à proprietario, & sic etiam debetur à conductore feudi per decem annos, & non à domino.*
23 *Adhoa est soluenda per feudatarium, cui facta restitutione bonorum feudalium non potuit illa habere, tanquam sequestrata per alios, in quorum vicem fuerit soluta tanta pecunia, quæ ascenderat ad valorem feudorum fructuum.*
24 *Adhoa num minuat paragium.*

COLLECTANEA 166.

Super pragmatica XX. sub Rubr. de off. procur. Cæsar. seu Cameræ Summariæ.

Declarandum diximus, &c.

STatuitur hic, quod Rationales referant liquidationes releuiorum, & Adhoarum informationibus ipsis committendis, & æqualiter distribuendis cum assignatione certæ diei.

Ibi *releuiorum* ad ipsius versiculi
1 ornatum non omittas scire, quod † releuium est moribus inductum, illiusque solutio fit regi, vel domino per succedentem in feudo de Fran-
2 chis decis. 121. subdens † releuij quantitatem esse medietatem fructuum feudi illius anni, quo moritur feudatarius, & soluitur releuium domino à successore in feudo, ob renouationem, & confirmationem inuestituræ, & in signum deuotionis, ac reuerentiæ.
3 Hoc igitur supposito nota quod † releuium duplicatum debeatur fisco, nisi fuerit denunciata mors feudatarij, vt fuisse decisum annis elapsis in
4 Regia Camera audio, licet † feudatario vendente feudum cum assensu regio per verbũ fiat in memoriali expressum tradente possessionem, nec curante mortem patris denunciare, dummodo tempore mortis feudum non sit in eius dominio, emptor non teneatur ad duplicatum releuium cũ sit onus heredis denunciare mortem, & hæc in facto dictæ decisionis cernebantur, vnde fuit absolutus emptor à
5 solutione releuij, & † quando venditor non denunciat benè tenetur ad duplicatum releuium, vt dixit Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 129. num. 2. &
6 † si ex iusta causa non renunciaretur mors, pœna omnis cessabit, & demum vbi non est culpa, nec pœna esse debet, venditor ad simplex releuium te-

netur, & emptor ad restituendum vēditori quicquid fuerit solutum Curiæ in casu quo voluerit feudum retinere Ann. Allegat. 95.

7 Amplia primo quod † releuium teneatur soluere etiam hæres, qui redemit feudum post mortem feudatarij per eum in vita alienatum cum pacto retrouendendi, vt bis fuisse decisum in Regia Camera refert Frecc. de sub feud. lib. 2. in 3. author. nu. 114

8 Amplia secundo, quod † licet releuium non sit soluendum ab hærede subfeudatarij Curiæ, vel domino sub infeudanti, tenetur tamen Baro sub feudatarij illud soluere Frecc. de sub feud. lib. 2. Author. 3. sub nu. 44. vbi refert decis. Cameræ summariæ.

9 Amplia tertio, quod † releuium debeat etiam solui per pupillum, vt plures fuisse decisum refert Montil in suis singular. in constit. post mortem sub num. 8.

10 Amplia quarto, quod † releuium debeatur etiam à patre refutante feudum filio, cui ipse pater succedit iure reuersionis per mortē filij, vt fuisse decisum testatur Bambacar. in c. si minori si de feud. defunct. cont. &c. num. 21. & seq. in causa Principis Bisiniani, refutante feuda eius filio, præmortuo, cui successerat.

11 Amplia quinto, quod † releuium debeatur Regiæ Cameræ ob donationem feudi inter viuos facta à patre filio ex aliqua causa cum clausula, ex nunc tantum, vt refert fuisse decisum à Ponte, in prælud. feud. loc. 2. nu. 53. & præcipuè in Regia Camera Summariæ in causa Federici Tomacelli cum fisco, subdens secus esse si donatio facta fuerit ex clausula, ex nūc pro tunc, nam sequuta morte nō debetur releuium.

12 Amplia sexto, Releuium † adhuc deberi, vt non sit minuendum propter onus vitæ, & militiæ, adeo quod à releuio non est deducendum, quod soluitur pro ipsa vita militia, vt refert decisum Ayel. in tract. de iur. Adhoe nu. 48. in fin. & iuxta eandem decisionem sic postea decisum affert Salern. in consuetud quod si aliquis fol. 218.

13 Amplia septimo, quod † releuium debeatur etiam per mortem Comitis, ne dum pro suis Castris, sed etiam pro subfeudatarijs suis, quibus fuerit alienata multa Castra, vt in causa Principis Salerni refert Ayell in dict. tract. de iur. Adhoæ nu. 85.

14 Limita autem primo, † vt releuiū non debeatur ex feudo donato alteri cum assensu reseruato vsufructu donati morte cōcedentis sequuta, cum feudatarius veniret ad feudū ex contractu, & non ex successione, vt fuisse decisum in Regia Camera in occurrenti casu refert Frecc. de subfeud. li. 2. auth. 3. nume. 17. à Ponte de potest. proreg. tit. 8. §. 4. num. 3. vbi in fine re-

15 fert fuisse decisum, & tradit † aliam limitationem ex bonis feudalibus donatis contemplatione matrimonij, & hoc in causa principis Melfiæ, & in causa Comitis Sinopolis, sed quando inesset reseruatio in donatione alicuius quātitatis, fuit decisum in Regia Camera in causa Ducis Magdaloni, qui post refutationem ducatorum centum mille, quos donauerat Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Annunciatę esse soluendum releuium pro medietate, idest quarta parte introituum teste Molfes. in consuetud. Neapolit. parte 3. q. 8. num. 7.

16 Limita secundo † feudatarium nō teneri soluere releuium, si eodē anno fuit imposita adhoa, & ipse soluerit adhoam, vt fuisse decisum in Regia Camera Summariæ refert Frec. de sub feud. lib. 2. auth 3. nu. 26. & sic etiam decisum refert Affict. in capit. 1. quo temp. milit. n. 15. in fin. & in c. 1. §. similiter nu. 7. de capit.

17 Limita tertio, † vt releuium non debeatur de annua prouisione fructuum feudi per mortem illius, cui erat facta concessio prouisionis, vt fuisse decisum refert Ayel. in tract. de iur.

Digitized by Google

iur. adhoæ num. 164. quia erat facta mentio de feudo.

18 Limita quarto, † vt releuium non sit soluendum à vasallo refutãte omnia feuda non in fraudem, sed ob matrimonium contrahendum, sed bene debet solui per mortem illius, cui facta est refutatio, vt fuisse decisum in collaterali consilio facto verbo per Regiam Cameram refert Ann. sing. 568.

19 Limita quinto, † vt non debeatur releuium de feudo refutato quando fit proximè successuro vt decisum testatur in Rub. decis. 90.

In materia etiam releuij est, decis. Mastril. 112. vbi habetur, quo iure debeatur, quantum sit, & an debeatur deductis oneribus, & quomodo soluantur accapita, & retrocapita releuijs affinia, vide Maynard. decisio. 45. Rot. Tholos. par. 4. & hæc breuiter dicta sufficiant in hac materia.

Verum, quia hic fit mentio etiam

20 de adhoa, ideo nota, quod † adhoa siue adhoamentum est loco seruitij, quod præstatur Regi in hoc nostro Regno Neapolitano, siue Siculo, & fit solutio in pecunia pro eo seruitio, quod præstare tenebantur Barones, & feudatarij ipsi Regi tempore belli Afflic. decis. 252. & 265. & patet ex capit. Regni nolumus, & cap. item statuimus, quod comites, & barones, & alij feuda & in materia Garzia in decis. 55.

21 Et aduerte, quod † non est in electione Regis, siue Principis exigere potius personale seruitium, quam pecuniam debitam pro adhoa, vel pecuniam potius, quam seruitium vt per Capyc. in decis. 32. quod ipse sequor, cum regulariter electio sit debitoris, l. plerunque, ff. de iur dot. cum simil.

22 Nota autem, quod † ad hanc solutionem Adhoæ Domino faciendam vsufructuarius non autem proprietarius tenebitur Capyc. in decis. 148. sic etiam conductor feudi per decem annos, & non Dominus ad illam tenetur, vt in facto testatur decisum Ayel. de iure Adhoæ num. 59.

23 Quibus suppositis aduerte, quod † Adhoa est soluenda per feudatarium, cui facta restitutione bonorum feudalium non potuit illa habere, tanquam sequestrata per alios, in quorum vicem fuerit soluta tanta pecunia, quę ascenderat ad valorem feudorum fructuum, vt decisum in Reg. Cur. Sum. testatur Loffred. in Paraphrasi feudal. cap. 5. §. seu versicul. si verò in princ. qui plures alios casus enumerat, in quibus debeatur Adhoa, vel nõ, vt in facto poteris videre.

24 Sed † an Adhoa minuat paragium, negatiuè decisum iunctis tribus aulis latè differendo nouiter recenset Amat. in cons. 11. & 12. vbi plura in materia Adhoæ habes cumulata.

S V M M A R I V M.

1 *Si vnus est debitor fisci, an propter hoc interesse fiscus possit trahere causam ad Regiam Cameram, et quod suam terſit defendere suum debitorem.*

2 *Fiscus si non habet interesse formatum, sed dubitatur, ne ex lite inter partes possit oriri aliquod praiudicium Regio fisco causa non remittitur ad Regiam Cameram, sed datur facultas assistendi tantum Aduocato Regij patrimonij.*

COLLECTANEA 167.

Super pragmatica LXIII. sub Rubr. de Officio procuratoris Cæsaris, seu Cameræ Summariæ.

Desiderando sua Maestà, &c.

HAec pragmatica reformat pragmaticam præcedentem in multis, & decernitur, vt quo ad causas partium, in quibus fiscus non est actor, nec reus, vel author Laudatus, cognitio remittatur ad Sacrum Cõsilium,

nisi in aliqua earum agatur de aliquo præciso, & apparenti interesse Regij fisci, ac multæ considerationis quo casu reseruatur declaratio facięda per Proregem instante fisco, circa quod
1 potest probabiliter dubitari, quod † si vnus ex litigantibus sit debitor Regij fisci an propter hoc interesse fiscus possit trahere causam ad Regiã Cameram, eo quod sua interfit defendere suum debitorem existente Consiliario Lopez in causa vertente inter hæredes Victoriæ Pudericæ cum Dominico Spinola, & Regio fisco illius creditore facta relatione in Collaterali Consilio 22. Ianuarij 1615. fuit prouisum, quod causa hęreditatis prosequeretur in Sacro Consilio, & ibi liceret assistere fisci patrono, & cum dictum fuisset de nullitate discussis nullitatibus oppositis in eodem Collaterali existente Commissario Iacobo de Franchis 3. Decembris 1615. fuerunt reiectæ nullitates.

2 At † vbi fiscus non habet interesse formatum, sed dubitatur ne ex lite inter partes possit oriri aliquod præiudicium Regio fisco, tunc causa non remittitur ad Regiam Cameram, sed datur facultas assistendi tantum Aduocato Regij patrimonij, vt per Frãch. in decis. 117.

SVMMARIVM.

1 *Demanium potest per Regem reuocari, si Ciuitas proprijs pecunijs se redemerit, & fecerit de demanio, in quo illã Rex tenere promisit.*
2 *Demanium potest peti ab Vniuersitate siue sit magna, siue parua, vt oppidũ.*
3 *Demanium peti potest per vnã ex terris vnico pretio venditis alijs non petentibus.*
4 *Demanium similiter peti potest per aliquos de Vniuersitate, cæteris tamẽ non contradicentibus, & debet concedi tale sui petentibus tantum, dummodo ipsum onus in se suscipiant.*
5 *Demanium petitum per vnam ex terris insimul venditis sub vno pretio concedi potest declarat.*
6 *Demanium elapso termino à iudice præfixo peti potest.*
7 *Demanium non potest peti ab Vniuersitate, si absque protestatione nouum emptorem in dominium receperit.*
8 *Item non potest peti ex venditione feudi facta per feudatarium primogenito, vel alteri agnato proximè successuro.*
9 *Accessus ad locum potest fieri per iudicem post deducta testificata.*
9 *Debitores vigore apocharum banchis directarum possunt compelli ad solutionem realiter, & personaliter, nec audiantur, nisi facto deposito, vel intra carceres, ampliaprout numer. 11. 12 13. declara non procedere in apochis scriptis, aut subscriptis per minorem etiam cum consensu tutoris, numero 14.*

COLLECTANEA 168.

Super pragmatica LXIV. sub Rubrica de Officio procuratoris Cęsaris, seu Cameræ Summariæ.

Alli giorni passati, &c.

§. In primis.

HIc habes ne Vniuersitates admittantur, nec restituantur ad petendum demanium post annum à die captæ possessionis.

1 Pro Choronyde scias, quod † demanium potest per Regem reuocari, si Ciuitas proprijs pecunijs se redemerit, & fecerit de demanio, in quo illã Rex tenere promisit, & ita fuisse pluries decisum referunt Sess. in decis. Aragon. & Molfesius in procem. consuetud. Neapol. q 6. num. 11. & in tali casu obstat Vniuersitati exceptio dictę pragmaticę, vt voluit de Ponte in suo cons. decisiuo. 70.

2 Potest tamen † Vniuersitas petere

re

redemanium, siue sit magna, siue sit parua, vt oppidum, vt fuisse sæpius decisum, & exequutum refert Mastril. ad Capyc. in decis. 162. licet aliàs con tra, attenta personarum locorum, & temporum differentia, vt refert Saler. in additione ad Proœm. Caroli in consuet. Neap. incip. magna est Principis.

3 Potest † etiam peti demanium per vnum ex terris vnico pretio venditis alijs non petentibus de Franchis decis. 17.

4 Item potest peti demanium per aliquos de Vniuersitate, cæteris tamen non contradicentibus, & debet concedi tale ius petentibus tantum, dummodo ipsum onus in se suscipiant, vt refert iudicatum Camill. de Curt. in diuers. iuris feudalis ver. licet autem verissima num 70.

5 Potest † tamen demanium petitū per vnam ex terris insimul venditis sub vno pretio concedi, dummodo terra sit disunita habita consideratione valoris, & aliarum, sed secus est, si terra, quæ demanium petijt esset sub aliqua Baronia, quia tunc cessaret demanium, & in hoc articulo est punctualis decisio Sacri Regij Cō silij, de qua meminit idem de Curtis, num. 69.

6 Neque prohibetur Vniuersitas petere demanium elapso termino à iudice præfixo, ita vt denegari non debeat regressus, vt sæpius fuisse indicatum iuxta personarum qualitatē cau sas, & tempora refert Anna in const. Constitutionem nu. 261.

7 Prohibetur † autem Vniuersitas petere demanium, si absque protestatione nouum emptorem in dominiū receperit, & ita in casu contingenti fuisse decisum refert Masull. ad Capy. in d. decis. 162.

8 Neque potest † Vniuersitas petere demanium ex venditione feudi facta per feudatarium primogenito, vel alteri agnato proximè successuro, & ita pariter fuit per Regiam Cameram iudicatum teste Bamacar. in c. beneficium à vasallo, num. 112. si de feud. defunct. contingat.

Versic. *Item perche nelle liti, &c.*

9 An † accessus ad locum possit fieri per iudicem post dicta testificata, & cōclusum in causa, affirmatiuè decisum in Curia Archiepiscopali Neapol. dicit D. Ricc. in decisio. 86. parte secunda.

Sed dum in §. *Item volemo* agatur, 10 quod † debitores vigore apocharum banchis directam possint compelli ad solutionem realiter, & personaliter, nec audiuntur, nisi facto deposito, 11 vel intra carceres, amplia etiam † in apochis habitis pro recognitis ex decreto iudicis interposito in contumaciam conuenti nolentis recognoscere Franc. decis. 502. & † procedit 12 etiam in apochis subscriptis tantum manu debitoris, vt in §. *Item se supplica* supra ead. pragm. & vide Barz. in decis. 21. & 36. qui in decisio. 108. ampliat procedere etiam quo ad interesse, quod debetur consecutiuè ad prædictas apochas, & secundum Gamam in decis. 369. hoc procedit etiam contra hæredes debitoris.

13 Et scias † procedere etiam si debitor allegaret exceptionem declinatoriam fori, quæ tamen non abdicaret iurisdictionem in totum, sed illā redderet elidibilem tantum per exceptionem, vt fuit iudicatum per S. C. ad relationem M. C. V. in causa N. Nicolai Antonij de Rota cum Iosepho de Cambrio penes Maxam, nunc Ana stas. Actuar M. C.

14 Declara tamen non procedere in apochis scriptis, aut subscriptis per minorem, etiam cum consensu curatoris, vt fuit decisum in causa Paschalis Caputi, & Decij Criscōnis cū D. Francisco Bernaldo Aguiros penes longum Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus ab Imperatore creati non va-*

valent regulariter sibi consti tuere Vicarios.

2 *In dubio censetur electa industria persona.*

3 *Vexatus infirmitate potest Locumtenentem constituere, & idem dicitur in absentia necessaria, nu. 4.*

5 *Officiales habens potestatem substituendi à Principe potest substituere.*

6 *Substitutus moriente substituente potest officium continuare vsque ad nouam creationem, & aduentum successoris.*

7 *Habentes substituendi potestatem debent substituere personas sufficientes.*

8 *Prorege deficiente, eoque absente nulla facta substitutione quis debet exercere officium Proregis.*

COLLECTANEA 169.

Super pragmatica XXIV. sub Rubr. de Officio Sacri Regij Consilij.

§. Item mandamus, &c.

HAbes hic, quod officiales omnes cuiuscunque dignitatis sint nequeant in officijs substituere, sed debeant personaliter deseruire, & officijs vacare, & ita habetur in Constit. Regni duram, & diram, & in cap. Regni, Item quod praedicti, & capit. quia de Vicarijs, & in cap. Ad perpetuam rei memoriam, & ita est cautum in Regno Siciliae per pragm. 35. de offic. Reg. pers. tom. 2. quae concordant de iure communi, vt in tex. in l. inter artifices, ff. de solut. & in l. nullus, la terza, C. de Decur. lib. 10. & vide de Pont. in decis. 28.

1 Vnde euenit † Magistratus ab Imperatore creatos non valere regulariter sibi constituere Vicarios, quod fundatur, quia in officijs habentibus administrationem annexam, cum videatur personae industria electa alteri demandari esset aduersus mentem eligentis, cap. fin. §. Is autem de offic. & potest. indic. deleg. nam in dubio

2 † censetur electa industria personae Ricc. in decis. Curiae Archiep. Neap. 88. par. 1.

3 Qua de causa † cum praeteritis annis Excellentissimus Lemensium Comes in hoc Regno Prorex, & Capitaneus Generalis Longeua, & grauissima infirmitate fuisset vexatus, meritò accidit dubitari, si potuisset sibi Locumtenentem constituere, quo casu fuit dictum, posse Locumtenentem substituere sibi ad textum in l. 2. C. de offic. eius, qui vic. alt. ger. l. 1. ff. de offi.

4 eius, vbi etiam dicimus † in absentia necessaria, quo casu officialis potest sibi facere Locumtenentem durante absentia ex text. in Auth. de collat. §. Adhaec facimus in finalibus verbis, sicque fuit seruatum tempore Ducis Albae, & D. Petri de Toleto, & alijs quippe vicibus.

5 Sic etiam poterit † officialis substituere, vbi haberet potestatem substituendi à Principe ad text. in l. nullus, C. de Decur. lib. 10. l. 1. C. de praepos. agent. in reb. libr. 12. & vide prag. Regni 2. de administr. quod person. in-

6 teru. Ita quod † si facta substitutione moriatur substituens officium continuari potest per substitutum vsque ad nouam creationem, & aduentum successoris ad textum in l. curatorem ff. de tutor. & curat. datis ab his Bo r. decis. 149. vide Franc. in decis. 255. & Giurb. in decis. Sicil. 9.

7 Aduertendum tamen est, quod † qui habent substituendi potestatem debent substituere personas sufficientes, & idoneas, vt de iure Regni cautur per pragm. 6. §. pen. de offic. indic. vbi etiam aufertur potestas concedendi in futurum hanc potestatem substituendi.

8 Et nota, quod in omnem euentum † deficiente Prorege, eoque absente nulla facta substitutione, officium Proregis exercet Decanus ex Consiliarijs

liarijs statūs, & sic antiquior ex ipsis, vt seruatum est quandoque.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio huius pragmaticæ amplitur, quod declara prout nu. 2.*

COLLECTANEA 170.

Super pragmat. XXXIX. sub Rubr. de Officio Sacri Regij Consilij.

Quia nobis innotuit, &c.

HIc statuitur, quod quando proceditur in contumaciam fiant actus incumbentes nullo termino ex-
1 pectato. † Amplia, vt procedi possit etiam ad diffinitiuam absque alia citatione ad sententiam, vt multis probat de Franch. decis. 457. Lanfranch. decis. 42. Rota Rom. decis. 259. tom. 2.
2 in nouiss. diuers. † quod intellige si iudex non sit mutatus, aliàs mutato iudice etiam si procedatur in contumaciam esset necessaria noua citatio coram nouo iudice, vt docet de Franch. decis. 457.

SVMMARIVM.

1 *Incidentia sequuntur causam principalem, & priuilegiata vna causa censentur priuilegiata omnia eius incidentia, & dependentia.*

2 *Actor quamuis tenetur sequi forum rei tamen hoc non habet locum, quando sunt plures rei eiusdem causæ, & ad eundem agitur.*

3 *Bona plura separata quando insimul venduntur ratione connexitatis poterit vicinus, qui in vna re tantum cohæret omnia bona retrahere.*

4 *Sententia lata à pluribus iudicibus, quorum alter erat inhabilis, & minorē competens valet.*

5 *Processus factus à iudice recusato cum iudice non recusato valet.*

6 *Beneficium concessum minori maiori litis consorti communicatur.*

7 *Beneficio concesso pupillo maiori litis consorti non potest renunciari.*

8 *Articuli incidentes, & emergentes, seu annexi, qui sunt tamen extra crimen non habebunt naturam causarum criminalium, sed retinent naturam meræ causarum ciuilium.*

COLLECTANEA 171.

Super pragmatica XLVII. sub Rubr. de Officio Sacri Regij Consilij.

Molte volte, &c.

AGitur, quod articuli incidentes, & annexi in causis criminalibus remittantur ad Magnam Curiā; vt ibi prius decidantur cum causis
1 principalibus, & meritò, quia † incidentia sequuntur causam principalem, & priuilegiata vna causa, censentur priuilegiata omnia eius incidentia, & dependentia Surd. decis. 36. connexorum enim idem est iudicium, vnde
2 de † quamuis actor teneatur sequi forum rei, tamen hoc non habet locū, quando sunt plures rei eiusdem causæ, & ad eundem agitur, tales rei omnes, qui sunt diuersis iurisdictionibus subiecti, diuersosque iudices immediatos habent, benè possunt propter eandem, & indiuisibilem causam coram vno, eodemque iudice ipsorum omnium mediato superiore conueniri, ne causæ continentia diuidatur, l. nulli, C. de iudic. Capyc. decision 122. Minsynger. obseru. 4. cent. 1. vbi sic in Camera Imperiali seruatum refert Artaman. obseruat. 7. de iudic. libro 2. vnde Rota Florentina voluit, quod
3 ratione connexitatis, † quando plura bona separata simul venduntur, poterit vicinus, qui in vna re tantum cohæret omnia bona sua retrahere
4 Magon. decis. 29. & hinc † sententia lata à pluribus iudicibus, quorum alter

ter erat inhabilis, & minus competens valet Mastrill. decis. 27. vt etiam
5 dicimus † de processu facto à iudice recusato cum iudice non recusato, nam ratione connexitatis ex parte iudicis non recusati valebit processus iuxta decis. Rot. Rom. de qua per Achill. de Graff. in decis. 2. de except.
6 & hinc † beneficium concessum minori maiori litis consorti communicatur iuxta decis. Afflict. 151. & Franch. 269. vbi adeo beneficium concessum pupillis acquiritur maioribus li-
7 tis consortibus, † quod non potest per pupillos renunciari, & sic tradit in Sacro Consilio iudicatum.
8 Aduerte autem, quod † non propterea huiusmodi articuli incidentes, & emergentes, seu annexi, qui sunt tamen extra crimen, habebunt naturã causarum criminalium, sed retinent naturam merè causarum ciuilium, vt est videre apud Franch. in decisione 470.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinati in tota causa, ac etiã in primo, & secundo beneficio computabitur in numerum quadraginta, aut quinquaginta.*

COLLECTANEA 172.

Super pragmat. LI. sub Rubrica de Officio Sacri Regij Consilij.

Vt litigantium, &c.

DIsponitur in hac pragmatica, quod in qualibet causa non recipiantur testes vltra numerum quadraginta, aut ad summum quinquaginta.
1 Aduertas pro Choronyde, quod † intra hunc numerum computabuntur testes examinati in tota causa, ac etiam in primo, et secundo beneficio, vt fuit iudicatum per Sacrum nostrum Regium Consilium referente Magna Curia Vicariæ in causa Principis Hostiliani, cum Vniuersitate Saluiæ, vbi fuerunt producta nonnulla alia similia decreta eiusdem Sacri Cõsilij, & Regiæ Cameræ Summariæ in Banca Rutij Actorum Magistri M. C. V. nunc Seraphini, sicque aliàs audio iudicatum in eisdem supremis Tribunalibus.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia currunt in S. C post reclamationem ex sola instantia tantum non adhibita diligentia per appellantes pro commissione causæ.*
2 *Fatalia quæ currunt in causis reclamationum currere etiam debent si haberetur recursus ad Regiam Cancellariam.*

COLLECTANEA 173.

Super pragmat. LIV. sub Rubrica de Officio Sacri Regij Consilij.

Decreta ipsius Sacri Regij Consilij.

APpellationum tempora, & fatalia mandatur hic, vt seruentur etiam in causis reclamationum Sacri Consilij.
Ad ornatum huius pragmaticæ nõ desinas videre Decisionem Gramma-
1 tici 13. vbi habes decisum, quod † fatalia currant in Sacro Consilio post reclamationem ex sola instantia tantum non adhibita diligentia per appellantes pro commissione causæ, vide Mastrill. in decis. 67. & Vrsill. decisione 78.
2 Sed quæro † an fatalia, quæ currũt in causis reclamationum currere ẽt debeant si haberetur recursus ad Regiam Cancellariam vide Franc. in decis. 646. vbi concludit similiter fatalia currere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non dicitur cõcessa quoties Princeps commisit causam quod magna curia prouideat.*
2 *Prouisio principis quod iudex iustitiam faciat quid operetur remissiuè.*
3 *Gratia dicitur, quæ conceditur contra ius.*
4 *Clausula (ius, & iustitiam) operatur, vt in accessorijs, & consequutiuis sufficiat libellus generalis.*
5 *Clausula (iustitiam faciat) restringit commissionem quatenus de iure.*

COLLECTANEA 174.

Super Pragmatica LXXI. sub Rubr. de Officio Sac. Regij Consilij.

Sua Excellenza, &c.

IN hac pragmatica continetur, & declaratur quã vim habeat decretatio Regia, quod præsidens prouideat vt intelligatur tam de iustitia, quam de conuenientia.

Tu autem ad materiam videre poteris decisionem Regni Siciliæ apud Castill. decis. 16. vbi reperitur resolu-
1 tum, quod † restitutio in integrum non dicitur concessa quotiescunque princeps commisit causam, quod M. C. prouideat.

Et vide nouissimè Mastril. dec. 228.
2 parte 3. vbi discutit † quid operetur prouisio principis, quod iudex iustitiam faciat, & dicit decisum, quod si princeps faciat gratiam, quæ vt reuocetur pars in contrarium supplicauerit, & ab eo exinde fiat prouisio, quod iudices prouideant de iustitia tali casu intelligitur reuocata, & econtra quando petitur gratia, & princeps remittit, iniustitia dicitur denegata Rot. Rom. in nouiss. decisio. 28.
3 alias 358. nam † gratia dicitur, quæ conceditur contra ius Gramm. decis. 59. & consequẽter verum est dicere, quod dum princeps prouidet, quod fiat iustitia, idem est ac si decerneret, vt fiat quod Iurius est Milanensi. decisio. 20. par. 1. Giurb. decisione 41. Mastrill. decisio. 178. par. 2. Franch. decisio. 700.

Et circa clausulam *ius, & iustitiã*,
4 nota, † quod talis clausula operatur, vt in accessorijs, & consequutiuis sufficiat libellus generalis, vt fuit dictũ in Rot. Rom. in causa Papien. melioramentorum 20. Iunij 1581. corã Robusterio, vt in decisio. 247. parte 1. diuersor.

5 Et in terminis † clausulæ *iustitiam faciat* aduertere debes, quod hæc clausula restringit commissionem, vt intelligatur quatenus de iure Crescẽt. decis. 1. de rescript. quod dicas procedere in commissionibus iustitiæ, secus si princeps sciẽter scribit contra ius, nam tunc censetur concessa remoto iuris obstaculo, fuit decisum in Rota Romana in vna Ariminen. castrorum 17. Maij 1590. coram Seraphin.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cum infrascriptis clausulis datus sicuti Princeps iudicare potest.*
2 *Iudex cum clausula sola facti veritate inspecta potest absque solemnitatibus iuris procedere.*
3 *Iudex vigore talis clausula potest proferre sententiam super causa probata, licet in libello non deducta, & potest procedere in causa absque libello, & litis contestatione, & virtute huius clausula tollitur exceptio præscriptionis, & admittitur libellus, & si generalis fuerit.*
4 *Clausula sola facti veritate inspecta nõ facit quominus lite pendente detur manutentio in summarissimo possessorio.*
5 *Iudex virtute huius clausula nequit dicitis testificatis examinare*
6 *Quot modis dicitur constare iudici de veritate remissiuè.*

COLLECTANEA 175.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Ordine iudiciorum.

Dispendia litium, &c.

MAndat hic legislator, quod procedatur in causis absque figura iudicij, sola facti veritate inspecta, & pro libello sufficiat talis, qualis petitio.

Ad ornatum huius pragmaticę ibi, *sine figura iudicij, & sola facti veritate inspecta*, scias, quod hæ clausulæ tollunt solemnitates iuris ciuilis, vt fuit decisum per Rotam Romanã in vna Romana pecuniaria 15. Octob. 1601. coram Illustrissimo Mellino, & ideo tollit obseruationem terminorum substantialium, vt in d. Romana pe-
1 cuniaria coram Mellino, & ideo † iudex cum istis clausulis datus sicuti Princeps iudicare potest Cacher. in decis. 1. vide in materia Ludouic. in decis. Perus. 45. Benintend. in decisio. 41. Barz. in decis. 48. Minsynger. in obseruat. 44. cent 2. & ideo super causa probata sententiam proferre poterit, quamuis causa illa non esset in libello deducta Grammat. decisio. 103. & ideo nulla forma iudiciaria seruanda est, sed solum ius naturale, & gentium, quo sola veritas attenditur Caualc. decis. 19. par. 1. quem in materia poteris videre in decis. 10. decisio. 12. & decisio. 19. par. 1. vbi declarat quid
2 importet talis clausula, & ideo † iudex cum clausula sola facti veritate inspecta potest absque solemnitatibus iuris procedere Minsyng. in obseruat. 44. cent. 2. & per hanc clausulã iudex dicitur procedere, vt Deus, qui soli veritati innititur, Gail obseruat.
4 42. lib. 1. & potest † iudex vigore talis clausulæ proferre sententiam super causa probata, licet in libello non deducta Benintẽd. in decis. 44. & potest procedi in causa absque libello, & litis contestatione Rota in nouiss. in decis. 43 & virtute huius clausulæ tollitur exceptio præscriptionis Caroc. decisio. 59 & admittitur libellus, & si generalis fuerit Guid. Pap. decis. 263.

Scias tamen, quod ex hac clausula sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta non potest colligi datam fuisse facultatem nulliter prorsus procedendi, vt fuit decisum in Rota Romana in vna Romana tutelæ de Fabijs 14. Iunij 1583. coram Seraphino.

4 Neque desinas notare, quod † clausula sola facti veritate inspecta non facit quo minus lite pendente detur manutentio in summarijssimo possessorio, vt fuit dictũ in Rota Romana in causa Bonon. de carnalibus 11. Ianuarij 1602. coram Pãphilio. Item
5 † virtute dictæ clausulæ nequit iudex dicitis testificatis examinare vide Caroccium in decis. 55.

6 Quot autem † modis dicatur constare iudici de veritate tradit Bellon. in decis. Genuæ 148.

Aduertas tamen quod circa solẽnitates in ferendis sententijs per hãc pragmaticam nõ est derogatum iuxta decisionem Franch. 245.

SVMMARIVM.

1 *Citatio sufficit quod fiat personaliter, vel domi declara nu. 2 & 3.*
4 *Feudatarius sufficit quod citetur in loco feudi vbi præsumitur habere domicilium.*
5 *Nomen & cognomen citati certum esse debet.*
6 *Citatio quid debet continere.*
7 *Citatio de iure communi sine causa in ciuilibus procedit, & in Camera Imperiali sufficit in genere causam exprimere.*
8 *Citatio debet cõtinere locum, in quo citandus comparere debeat.*
9 *Nemo periculo se exponere tenetur.*

COL-

Digitized by Google

COLLECTANEA 176.

Super pragmatica II. sub Rubrica de Ordine iudiciorum.

Quilibet, &c.

1 PEr hanc pragmaticam cauetur in Regno † sufficere citari personaliter, vel domi, tu videas Crescent, in decis. Rot. Rom. 9. de dolo, & contumacia, licet de iure cõmuni citatio sit facienda de facie ad faciem, siue personaliter, vide Beninteud. in decis. Bonon. 57. Veral. decis 111. libr. 1. & decis. 119. lib. 3. Crescent. in decisi. 18. de sent. & re iudic. Viu. decisi. 274. Cæsar. de Grass. decis. in nouiss. Rom. 344 libro 1. Oradin. in decisio. nouiss. Reman. 12. lib. 1.

2 Declara primo † Nuncium debere facere suum posse, & diligentiam si possit citandum facie ad faciem, seu personaliter citare vide Crescent. in decis. Rot. Rom. 7. de dolo, & contumac.

3 Declara secundo Nuncium debere citare citandum in loco solitæ habitationis, non autem in Apotheca, vel alibi, sed quod locus ille ita sit, vt vt verisimiliter citatus notitiam citationis habere possit, puta quia vxor aliaue persona domus sciuerit Guid. Pap. decis. 435. Minsyng. obseruat. 69. cent. 2. & optimè obseru. 37. cent. 3. Gail. obseruat. 54. lib. 1. vide Veral. in decis. 117. libr. 1. vbi quod domus debet esse solitæ habitationis tempore citationis.

Et dum hæc pragmatica contentatur de citatione domi facta nota, 4 quod ex hoc sufficiet si † feudatarius citaretur in loco feudi, vbi præsumitur habere domicilium Anna singul. 153. & sic quandoque ipse obtinui.

5 Scias autem quod † citati nomen, & cognomen certum esse debet Gail 6 obseruat. 29. libr. 1. & † citatio debet continere nomen illius, ad cuius instantiam emanat citatio idem Gail. obseruat. 50. lib. 1. vbi quod in criminalibus, in quib. iudex ex officio procedit non solum non est de substantia, sed debet absque partis instantia ob publicã vtilitatem citare. & in Regno instante, vel non instante parte citationes in causis criminalibus expediuntur, & firmantur per iudices, vt habetur in pragm. 2. de citat. & citatio continere debet causam, ob quã citatur Minsynger. obserua. 85. cent. 5. Gail. obseruat. 51 libr. 1. Viu decis. 274. subintellige in ciuilibus, vel in citatione inserendum fore libellum, quod non est necesse, sed pro maiori cautela esset, cum causam in genere exprimere sufficiat, explicite tamen, vt vtimur in hoc Regno, in quo libellus primo præcedit, in quo pars petit, quod sibi deberi asserit, super quo in calce, vel cum ipsius insertione fit citatio partis, quod conueniens veniat ad dicendum opponendum, & allegandum quidquid dicere, opponere, & allegare voluerit aduersus petita, ex quibus pars valeat deliberare, an velit cedere, vel contendere vt in pragm. dispendia litium hoc eodem titulo de ordin. iudic. sufficit n. vt ibi talis qualis petitio, & causa, ex qua pars valeat respondere, nam de 7 iure cõmuni † citatio etiam sine causa in ciuilibus procedit, vide Afflict. in decis. 394 & Minsynger. obseruat. 85. centur. 5. & in Camera Imperiali sufficere in genere causam exprimi rs, tradit Vurnis obserua. 4. tit. 59. vide Put. in decis. 213. lib. 1.

8 Neque desinas notare † citationẽ debere continere locum, in quo citãdus comparere debeat Veral. dec. 274. libr. 3. ad quem locum, si sit inhonestus, vel non tutus citatus comparere non tenetur Afflict. decis. 289. Minsynger. obseruat. 73. cent. 2. Rota diuers. in decis. 132. lib. 2. oportet enim locum illum tutum esse, in quo litigãtes, & ipsorum aduocati, procuratores, similesque tutò consistere, & ad

quem tutò commeare possint, vnde debet mittere excusatorem ad allegandum locum non tutum,& petere, quod sibi assignetur locus tutus, & si denegetur, debet appellare Rota in Antiquis in decis.5 & in decis.60.quinimo etiam si cōcederetur securitas, vel saluus conductus nō debet ei credere, & comparere,cum sit promissio fragilis à promittentibus licet aliter sit dicendum de Magnis Principibus, qui faciunt seruare fidem Franc.Mar.
9 decis.68.volum.2. † nemo enim periculo se exponere tenetur c.1.de clerici non resident.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Petitio si referat se ad instrumentum, illius etiam instrumenti copia reo dari debet sumptibus actoris, limitatur, num 2.& 3.*
4 *Cessionarius an teneatur exhibere cessionem ante litem contestatam.*
5 *Mandatum procuratorium, seu eius copia est exhibenda sumptibus actoris.*

COLLECTANEA 177.

Super pragmatica V.sub Rubr.de Ordine iudiciorum.

Comparente Reo &c.

SAncitum est hic, quod reo comparente detur copia petitionis sumptibus actoris, & ita Gail.in obseruat.51.lib.1. Viu.decis.11. & decis. 358.Balb.decis.189.Anna.singul. 152. vbi sic decisum refert in Sacro Regio Consilio.
1 Et † si petitio referat se ad instrumentum,illius etiam instrumenti copia reo dari debet sumptibus actoris,
2 nisi tale instrumentum enunciatum præsumatur penes aduersarium, quo casu actor non tenetur edere ad finē deliberandi, sed bene debet edere po-
3 stea ad finem probandi, & † nisi instrumenti copia haberi non possit,de quo est decisio Sacri Consilij apud Minad. in decis.40.
4 Sed an † cessionarius teneatur exhibere cessionem ante litem contestatam lege decis.Rotæ Genuæ apud Cartar.in decis.63.Marhan.in decis. 7. qui in decis. 14. declarat quando procurator teneatur exhibere mandatum suæ procurationis, & dicas e-
5 tiam † mādatum procuratorium,seu eius copiam esse exhibendam sumptibus actoris, præterquam in procuratorio personarum priuilegiatarum, sed si esset facta simplex mentio assensus in libello non est cogendus actor ad illum primitus exhibendum, nisi in termino, vt decisum in Sacro Regio Consilio scribit Capyc. in inuestit. feud. in verbo feudorum executiones fol.198.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ petenti ab altera parte præstatur.*
2 *Iuramentum hoc quæ debeat continere.*
3 *Iuramentum hoc est de credulitate,& non de scientia.*
4 *Iuramentum calumniæ si fuerit ab aliqua parte petitum, & omittatur processus erit nullus,nisi tacitè remittatur, & si fuerit petitum à iudice omnino remitti non potest nu. 5.*
6 *Iuramentum prædictum si à nulla parte fuerit petitum, tunc nullitati processus locus non erit.*
7 *Iuramentum hoc debet præstari in principio litis,& ante litem contestatam, & iuramentum hoc à quo debet præstari nu.8.*
9 *Procurator non solum cogitur iurare nomine domini,sed etiam suo nomine.*
10 *Domini non solum tenentur iurare in litem,sed & aduocati.*
11 *Recusans iurare de calumnia cadit à causa, & ab actione, & reus absoluitur.*
12 *Pars,quæ compellitur iurare de calumnia si peteret processus copiam,illa nō concessa compelli non potest.*

Iura-

COLLECTANEA 178.

Super pragmat. VI. sub Rubric. de ordine iudiciorum.

Si Reus &c.

HAbetur hic, quod exceptionibus oppositis reiectis, vel ad merita reseruatis reus tenetur iurare de calumnia. Pro choronyde notãdum est dum agitur de iuramento calumniæ, quod primum iuramentum, quod in iudicijs, & causis introduci solet est
1 calumniæ iusiurandum † quod petẽte parte ab altera præstatur ita Rot. in antiquis decis. 660. dicens fuisse introductum hoc calumniæ iuramentum ob publicam vtilitatem, ne ve-
2 ritas occultetur † Quinque autem debet continere hoc iuramentum, quæ his versibus habentur.

Illud iuretur quod lis sibi iusta videtur.
Et si quæratur verum non inficietur.
Vt lis tardetur dilatio nulla petetur.
Nil promittetur, ut falsa probatio detur.

Hos enim versus optime declarat, & refert Fran. Marc. in dec. 581. Scias autem quod non iurant ita fore, sed
3 ita se existimare, quia † hoc iuramẽtum est de credulitate, non autem de scientia. vt benè Toming. in decis.
4 Lipsens. 46. adeo tamen est † hoc iuramentum necessarium, vt si petitũ ab aliqua parte fuerit, & omittatur, processus nullus erit, nisi tacitè remittatur, ita voluit Rot. in antiq. decis. 664. Viuius decis. 109. Rot. diuers. de-
5 cis. 51. & 116. part. 4. si autem † à iudice petitũ fuerit omnino remitti non potest, vt scribit Putens decis. 398.
6 tunc enim † censetur hoc iuramentum remissum si à neutra parte petatur, & tunc nullitati processus locus non erit; adeas obseruat. Gail. 85. lib.
7 1. in super scias, quod hoc † iuramentum debet præstari in principio litis, & ante litis contestationem Coler.
8 dec. 117. debet autem † hoc iuramẽtum præstari à principalib. & in casu, quo fuerint absentes, poterit præstari à procuratore habente speciale mandatum Rot. in nouis decis. 37. & de iure communi verum esse scribit Coler. decis. Germ. 115. contrarium tamen seruatur in Senatu Saxonico, & Scabinatu Lipsensi vt de vtroque confirmat Thoming. decis. Lipsens. 160. & 785. vol. 1. amplia tamen hanc
9 conclusionem vt † non solum cogatur procurator iurare nomine domini, sed etiam suo nomine, quia posset ipse partem calumnijs vexare, sicut dominus ea causa, quod procuratores sint linguosi, litigiosi, & hac de causa obseruat Curia Romana vt pro curatores iurent non solum in animam domini, sed etiam in animam suam Rot. in antiq. decis. 492. subdẽs,
10 quod etiam procedit † si dominus iurasset, Item tenentur, & aduocati iurare de calumnia, sed in hoc obstat consuetudo, vt declarat Thoming. decis. 268. & decis. 316. & etiam quoscũque litigantes oportet hoc iuramentum subire licet sint cuiuscunque dignitatis Iafred. decis. 518. in Camera autem Imperiali iuramentum de calũnia petitũ, & exactum, & non præstitum non omittitur, sed obseruatur vt testatur Gail obseruat. 84. & similiter obseruatur in Gallia per constitutionem Regis Francisci primi factã in anno 1539. iuxta quam pluries est iudicatum apud Papon. arresto 524. secundo adeo est necessarium hoc iu-
11 ramentum, vt † recusante iurare de calum-

calumnia imminent pœnæ, scilicet actori, quia cadit à causa, & ab actione, & reus absoluitur, reo vero cum habeatur pro confesso condemnatur per sententiam ad illud, quod petitum fuerit, ita Gail. pract. obseruat. obser.
12 86. lib. 1. tamen † si pars quæ compellitur iurare de calumnia peteret processus copiam illa non concessa compelli non posset, & videtur consonum æquitati Fastolus decis. 50. vbi dicit, quod esset bonum, vt is qui peteret copiam id faceret, vt posset deliberare, an sit bonum iurare ad euitandum
13 periurium. Nota nunc † in quibus causis requiratur hoc iuramentum calumniæ, & primo requiritur in causis spiritualibus Mohed. decis. 212. secundo in causis summarijs, vt sunt causæ ciuiles exigitur tale iuramentum, in quibus leuato velo, & quodammodo manu regia proceditur, vt voluit Rota diuers. decis. 1531. lib. 3. tertio iuramentum calumniæ parte petente præstare cogitur sibi iura exhiberi petes, vt optime Cacher. dec. Pedemon 56. quarto in causis fiscalibus aduocatum, & procuratorem fisci iurare debere, quam opinionem æquiorem, & veriorem contendit esse Gail. obseruat. 90. lib. 1. & eisdem argumentis post eum non tamen ipsum allegando in prima part. disputat Surd. decis. 18. contrarium tamen de stylo iudiciorum non seruatur, & ita per Dominos iudicatum est, & obseruatur, quia fiscus Cæsaris, & Imperij nomine ex generali mandato legis, & Imperij constitutione causas peragat, atque in iudicium deducat merito igitur ob maiestatem mandantis eiusmodi iuramentum releuatur, ita notabiliter Minsynger. obseruat. 74. par. 1.

Nota sequentia ad materiam ordi
14 nata, quod † si actor peteret præstari calumniæ iuramentum à reo, & causa processerit absque illius præstatione vsque ad renunciationem, & conclusionem præstari non poterit ad partis instantiam, sed officio iudicis tantum, aliàs eodem iuramento exacto, & non præstito sententia, quæ sequeretur nulla esset Cappell. Tholos.
15 decis. 108. vbi limitat † hanc conclusionem procedere solum in causis ordinarijs, non autem in summarijs, in quibus etiam ad instantiam partis post conclusum in causa posset exigi, ita notat alter Canaguol. in decretis Montisferr. decret. 14. §. 9. Item si ex omissione peti iuramenti de calumnia acta sunt nulla, idem iudex eadem acta, iterum recognoscet, si verò est nulla sententia, idem iudex ex eisdem actis poterit iterum recognoscere,
16 vt ex Cappell. Tholos. decis. 114. † Effectus autem huius iuramenti, qui sint, adeas Balb. decis. 351. Boer. decis.
17 Burdegal. 45. Insuper scias, quod † dantur aliquot casus, in quibus hoc iuramentum non exigitur. Primo, vbi procedit in modum voluntariæ iurisdictionis. Secundo, quando est quæstio iuris. Tertio, quando sumus in notorijs. Quarto in petente priuilegiũ, vt optime declarat Balbus decis. 38. Hæc autem debent seruari circa materiam huius iuramenti, sed hodie deuenimus in contemptum Dei, quanto magis, & hominum, cum nil hoc iuramentum æstimetur, immo ad impossibile contemnatur, ea tamen est causa, quia litigatores nostri temporis potius iurant de calumnia committenda, quam vitanda, ideo melius esset, quod istud iuramentum ex toto tolleretur à iudicio, ne tot periuria committantur.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio probatoria est peremptoria, etiã si non exprimatur, & semel illa conceditur.*
2 *Terminus statuti ad aliquod præfixus prorogari non potest.*
3 *Impedimentum si fuerit iustum, quin probationes fieri potuerint debet dari alia dilatio.*
4 *Impedimentum probari debet aliter, quam-*

Digitized by Google

quam per iuramentum.
5 *In quibus etiam casibus dantur aliæ dilationes.*
6 *Dilationes, quæ dantur sunt dandæ pro loci distantia, & specialiter in beneficio restitutionis in integrum.*
7 *Opinio Cartarij refutatur.*

COLLECTANEA 179.

Super pragmat. VII. sub Rubrica de ordine iudiciorum.

Post prædictas.

HIc cauetur, quod factis responsionibus detur terminus probatorius, & concedatur dilatio in nominationibus faciendis, qua decursa non prorogetur, & ita Bellamer. in decisio. 523. ex qua pragmatica nota
1 istam † dilationem probatoriam esse peremptoriam, & ideo alia non datur, sed semel il à conceditur, & peremptoria intelligitur, etiam si non exprimatur Capyc. decis. 82. Gail. obseruat. 91. libr. 1. Trinsan. decis. 37. & decis. 59 lib. 1. & facit Decisio Carta-
2 rij 100. vbi † terminus statuti ad aliquid præfixus prorogari non potest.
3 Declara tamen † posse dari aliam dilationem, si iustum impedimentum affuerit, quin probationes fieri potuerint, l. oratione, ff. de ferijs Capyc. decis 81. Benintend. decis. 45. vbi di-
4 cit † impedimentum probari aliter, quam per iuramentum Gail. obseru.
5 91. lib. 1. vbi, quod † quando sumus in Principis Consistorio possunt dari plures dilationes, & quando in iudicio emergeret noua exceptio nouique aliud incidens, si id consistit in facto super eodem emergenti poterit noua dilatio peti, quia de nouo emergentia nouo indigent auxilio.
6 Scias autem ad ornatum, quod † dilationes, quæ datur sunt dadæ pro loci distantia & specialiter in beneficio restitutionis in integrum, quia non datur medietas primi termini secundum vulgares, vt fuit decisum per Sacrum Consilium apud Afflict. in decisio. 127.

Neque desinas notare, quod per
7 hanc pragmaticam † videtur refutata opinio Cartarii in decis. 22. vbi tenet, quod dilationes ad probandum non sint de iudicij substantia, licet etiam si per pragmaticam non daretur dilatio probatoria viginti dierum adhuc contrarium tenerem, nam etiam in causis, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta dilatio probatoria est danda, vt per Rot. in antiquis in decis. 451. & decis. 488.

SVMMARIVM.

1 *Quid sunt positiones, & articuli, & quo modo differant.*
2 *Positiones fieri, & præsentari debent infra terminum, quo elapso vlterius locus non est.*
3 *Positiones admittuntur in causis summarijs post publicationem, secus autem in plenarijs.*
4 *Positio, quam aliquis negauit neminem iuuare potest.*
5 *Ponens, & non probans perdit causam.*
6 *Positiones etiam iuratæ per procuratorem datæ reuocari possunt.*
7 *Positio tota negari nequit, si contineat falsitatem in vno.*
8 *Positiones in contumaciam non respondentis, quando habeantur pro confessatis.*
9 *Positiones habentur pro confessis.*
10 *Reus actoris, vbi positionem confitetur, & eadem contra illam se iuuare posse conuenit, quam si negasset, secus est.*

COL-

COLLECTANEA 180.

Super pragmatica VIII. sub Rubr. de ordine iudiciorum.

Quinta die, &c.

HIc agitur, & cauetur, quod articuli, siue positiones præsententur sub termino hic statuto, super quibus principales deponant per verbum Credo, & non Credo.

Ad huius pragmaticæ ornatum intendo tibi lectori cumulare plures casus decisos in materia positionum. Vnde scias primo in materia positionum Decisionem Cameræ Imperialis apud Gail. in obseruat. 79. parte 1.
1 vbi habes declaratum † quid sint positiones, & articuli, & quomodo differant de quorum differentia etiam videre poteris Decisionem eiusdem Cameræ apud Minsynger. in obseru. 88. par 5.

Scias secundo, Decisionem eiusdẽ Cameræ apud eundem Minsynger. in
2 obseruat. 34 parte 1. vbi, quod † infra terminum ad probandum positiones fieri, & præsentari debent, quo elapso vlterius locus non est, At si positio obscura esset etiam effluxo termino, & vsque ad conclusionem declarari potest.

Scias, & tertio Decisionem eiusdẽ Cameræ apud Minsynger. in obseru. 89. par. 6. & Decisionem Senatus Pedemontani apud Cacher. in decis. 10.
3 vbi habes, quod † positiones admittũtur post publicationem in causis Sũmariis, secus autem in plenariis.

Scias quarto, Decisionem Rotæ Spirensis apud Gugliel. in decisio. 74. par. 2. vbi si positioni Responsum fuerit Nego, nisi probetur, tunc, si ponẽs probauerit geminata probatio erit, videlicet per testes, & per confessionem, ita vt vlterius appellare non liceat, quoniam confessus in iudicio non appellat.

Scias quinto, Decisionem Senatus Gratianopolitani apud Guid. Pap. in
4 decis. 183. vbi † positione iuuari nemo potest, quam negauit, nisi errorẽ corrigi petierit.

Scias sexto, Decisionem eiusdem
5 Guid. Pap. 366. vbi † is, qui posuit, & non probat perdit causam.

Scias septimo, Decisionem Rotæ Romanæ 2 de confessis apud Rot. in
6 Nouis, vbi quod † positiones etiam iuratæ per procuratorem datæ reuocari possunt.

Scias octauo, Decisionem Senatus Mantuani apud Surd. in decis. 58. &
7 † Decisionem Cameræ Imperialis apud Minsynger. in obseruat. 55. par. 2. ex quibus depromas, quod positio tota negari nequit, si contineat falsitatem in vno.

Scias nono, Decisionem Cameræ Imperialis apud Gail. in obseruat. 80.
8 part. 1. vbi videre poteris, † positiones in contumaciam non respondentis, quando habeantur pro confessatis.

Scias decimo, Decisionem Rotæ Lucensis 44. apud Ludouic. vbi habes,
9 † quando positiones habeantur pro confessis, & in materia vide eundem in decis. Perus. 8.

Scias vndecimo, Decisionem Rotæ Romanæ apud Rot. in antiquis 42. de testibus, ex qua depromas, quod
10 vbi † reus actoris positionem confitetur, & eadem contra illum se iuuare posse conuenit, quam si negasset, secus est.

In materia poteris videre Laurẽt. in decis. Auenion. 79. Thesaur. decis. 17. Ann. singul. 164.

SVMMARIVM.

1 *Pars altera si citauerit aliquos testes postea verò nolit eos examinari facere, an possit cogi ad illos examinari faciendum per Commissarium.*

2 *Commissarius, an debeat citare aduersarium ad videndum iurare testes.*

Com-

3 *Commissarius non debet permittere, vt testes referant se ad priorem depositionem in alia, vel eadem causa factam, vel ad reuelationem examinationis, sed tenetur eos interrogare, & illorum dictum per extensum redigere.*

COLLECTANEA 181.

Super pragmatica IX. sub Rubr. de ordin. iudic.

Responsionibus, &c.

HIc mandatur, quod pro examinādis testibus eligatur examinator non suspectus, hodie fit decretū, quod detur lista suspectorum, pro qua obseruantia vide Annam decisio. seu sing. 274. & generalis suspicio omniū examinatorum non admittitur Ioseph. Ludouic. in decis. 108. aliquid per Capyc. in decis. 138. & idem Anna in decis. seu sing. 276.

Sed quæst. est primo circa præsentem materiam, an † si altera pars citauerit aliquos testes, postea verò non lit eos examinari facere, non possit cogi ad illos examinari faciendum per præfatum Commissarium, Respondeas distinguendo, scilicet, quod si vltra citationem iurauerint de veritate dicenda, tunc cogitur eos examinari facere, si verò non iurauerint, tunc non cogitur, Capyc in decis. 39. Marlian. in decis. Rotæ Gennæ 41. aduerte, quod extra Ciuitatem Neapolis ad instantiam Neapolitanorum non deputatur examinator, sed committitur audientia testium Ordinario loci, seu viciniori non suspecto exceptis causis criminalibus, & feudalibus, vt inter priuilegia Neapolitanorum cap. 69. an autem in omnibus causis indifferenter committatur audientia testium, vide Franc. Marc. in decis. 225. par. 2.

2 Quæritur secundo, an † Commissarius debeat citare aduersarium ad videndum iurare testes, quod sic, voluit Rota decis. 34. Collect. à Fariinac. sed num si procurator ad iuramentum testium citatus Procuratorem in partibus substituerit, & examinator examinauerit non citato substituto, examen sit nullum, quod sic, vide de Laurent. in decis. Auen. 69.

3 Aduerte secundo, quod talis † Commissarius non debet permittere, vt testes referant se ad priorem depositionem in alia, vel eadem causa factam, vel ad reuelationem examinationis, sed tenetur eos interrogare, & illorum dictum per extensum redigere, & non per viam simplicis repetitionis Boer. in decis. 108. & Faber. in decis. fin. C. de testibus.

SVMMARIVM.

1 *Articuli impertinentes sunt statim reyciendi in causa reclamationis, vel recipiendi, & testes examinandi super eis, saluo iure impertinentium, & nō admittendorum post publicatum in causa.*

2 *Articuli de proprietate, an sint impertinentes non obstante iudicio recuperandæ intentato.*

3 *Articuli in iudicio summario præsentati, & testes producti in causa principali, an fieri poterint ijdem articuli illud idem, vel de directo contrariū continentes.*

4 *Articuli liquidationis præsentati illud idem continentes, quod in primo termino in causa principali positū fuit, an reyci debeant.*

5 *Articuli præsentati per reum conuentū super possessione recuperandi concernentes factum proprietatis non sunt tanquam impertinentes reyciendi.*

6 *Articuli præsentati in termino repulsæ illud idem continentes, quod positum fuerat in primis articulis, vel de directo contrarium articulis partis aduersæ debet reyci.*

7 *Articuli, qui sunt idem cum primis, & de directo contrary articulis depul-*

 sa-

fatorijs aduersæ partis sunt admitten di.

8 Articuli continentes simulationem priuilegij si fuerint allegati impertinẽtes, & quod non fuerint declarata species simulationis, an reijci, vel admitti debeant.

9 Articuli in secunda instantia producti comprehendentes, quæ in prima instãtia fuerant producta, an de iuris necessitate admitti debeant.

10 Articuli noui, quando possunt produci, & si non fuerit addita clausula saluo iure.

11 Articuli de directo contrarij articulis partis aduersæ, an possint à parte præsentari in causa appellationis, & testes induci super eis, quando testes in termino probatorio super articulis partis non benè probarent.

12 Articuli de directo contrarij articulis partis aduersæ, an possint opponi facta publicatione in termino concesso, ad repulsam, si articuletur, quod testes examinati super articulis partis aduersæ falsum deposuerint corrupti, et subornati.

13 Articulus in termino præsentatus, & verificatus per duos testes, si pars altera contrarium probauerit, an facta publicatione in termino repulsatorio, nel in causa appellationis possim eundem articulum præsentare, & inducere alios testes ad probandam illud idem.

14 Articulos dans sufficit iurare de credulitate.

15 Articuli super peremptoria sunt prius admittendi.

16 Articuli impertinentes minimè sunt admittendi.

17 Articuli additionales sunt admittendi, sed reus iterum respondere non cogitur.

18 Articuli proprietatis in possessorio sunt admittendi.

19 Articuli super colorando possessorio sũt admittendi.

20 Articuli in interdicto vti possidetis super proprietate reijciendi sunt.

21 Articuli conclusiorij durante appellantur.

22 Articuli interuentionales in causa pignorationis, aliquando sunt admittendi.

23 Articuli super læsione debent esse clari.

24 Articuli factum solum concernentes sunt admittendi

25 Articuli admissi de consensu partium possunt à iudice reuocari.

26 Articulus de infirmitate debet in specie concludere.

27 Articuli aliquando ad probandum tantum admittuntur, non autem ad respondendum.

28 Articuli defensionales pro confessis acceptantur.

29 Articuli post conclusionem aliquando admittuntur.

30 Articuli de directo contrarij pro reo aliquando debent admitti.

31 Articuli obiectiui in termino assignato sunt producendi, & eo elapso minimè possunt corrigi.

32 Articuli obiectiui admittuntur in gratia, si neutri, sed non terminus ad declarandum.

33 Articuli obiectiui possunt dari in secunda instantia, sed non reformari.

34 Articuli obiectiui ad coadiuuandũ non sunt reijciendi.

35 Articulus obiectiuus aliquando nõ admittitur.

36 Articulorum specificatio super inquisitione non requiritur, secus super accusatione contrarij.

37 Articuli contrarij per alia documenta traditis in prima instantia probari possunt, & etiam per testes, si in illa producti publicati non fuerint.

38 Articuli per iuramentum alios partis non vidisse admittendi sunt.

39 Articulus consuetudinis admittendus non est.

40 Articuli verbo dati in termino facto dari possunt post terminum

41 Articuli super exemptione nõ sunt admittendi contra ordinarium

42 Articuli super resignatione de reserua to in manibus ordinarij valent.

Arti-

43 *Articuli post sententiam, literasque executoriales decretas, & exequutas non sunt admittendi.*

44 *Articuli super fructibus perceptis liquidandis sunt admittendi, etiam si spoliator spolio retulerit.*

45 *Articulus obiectiuus super etate validus.*

46 *Articuli extra libellum minime sunt admittendi.*

47 *Articuli directum casum, vel euentum admittendi non sunt.*

48 *Articuli non concludentes, tanquam impertinentes repellendi sunt, nisi dentur dispositiue de calumnia dantis apparere dicatur.*

49 *Articuli neque sunt admittendi si materia non sit verisimilis.*

50 *Articuli calumniosi, si de suo iure sunt admittuntur alias secus.*

51 *Articuli si ad differendum expeditionem dantur, nullatenus admittantur.*

52 *Articulorum copia est danda parti.*

53 *Articulorum admissio partem citatam non grauat.*

54 *Articuli impertinentes in primis sunt discutiendi.*

55 *Articulorum copia, vbi non datur clausula, saluo iure apponi potest si post conclusum repellantur, nullus deponere debet.*

56 *Articuli de directo contrarij non sunt recipiendi.*

57 *Articulum falsum producens est puniendus, etiam si non declarauerit velle vti.*

COLLECTANEA 182.

Super pragmatica XII. sub Rubrica de ordin. iudiciorum.

Contingit sepe, &c.

Disponitur hic, quod articuli impertinentes non præsententur in causa Repulsæ. Qui autem dicantur articuli impertinentes, & quomodo sit practicádum super illorum reiectione lege Franch. in decis. 220. Afflict. in decis. 33. 35. 82. 114. 216. & 271. Sess. in decis. Aragon. 48.

1 Sed an † articuli impertinétes sint statim reijciendi in causa reclamationis, vel recipiendi, & testes examinandi super eis saluo iure impertinentiæ, & non admittendorum post publicatum in causa vide Grammat. in decis. 43. vbi dicit fuisse prouisum per S. C. esse reijciendos, vide Minsynger. in

2 obseruat. 56. centur. 2. Et † articuli de proprietate, an sint impertinentes non obstante iudicio recuperandæ intentato, dicas negatiuè, vt fuit decisum per S. C. in causa illorum de Carbona, & etiam contra Ioannem Iacobum Triultio, vt per Martial. in addit. ad pragmatic. Regis Catholici in antiquis incip. nihil est, quod magis fol. 488.

3 Et † an articuli in iudicio Summario præsentati, & testes producti in causa principali fieri poterunt ijdem articuli illud idem, vel de directo contrarium continentes, fuit decisum in Regia Camera Summariæ, quod sic,

4 vt testatur Rouit. hic num. 2. Et † articuli in causa liquidationis præsentati illud idem continentes, quod in primo termino in causa principali positum fuit, an reijci debeant vide Franch. in decisio. 683. vbi dicit fuisse decisum per S. C. quod reijciantur, si specificè illud idem continere videretur, secus si genericè, quod non procedit in beneficijs, in quibus illud idẽ deduci potest, quod fuit deductum in

5 causa principali. & an † articuli præsentati per reum conuentum super possessione recuperandæ concernentes factum proprietatis, sint tãquam impertinentes reijciendi, vide Afflic. negatiuè decisum referentem in decisio. 7. vide etiam Triuisan. in decis. 4. & Fabr. in decis. 35. C. vnde vi & an

6 † articuli præsentati in termino repulsæ illud idem continentes, quod positum fuerat in primis articulis, vel de directo contrarium articulis partis aduersæ debeant reijci, in hoc

fuit semper practicatum in S. C. non esse tales articulos admittendos, nisi per viam restitutionis in integrum fuerint præsentati per personas priuilegiatas, quibus est permissum tales articulos præsentare, vt per Afflict. in decis. 216. licet contrarium habeatur
7 per Amat. in decis. 78. & num † articuli, qui sunt idem cum primis, & de directo contrarii articulis repulsatorijs aduersæ partis sint admittendi Capyc. decis. 62. vbi, quod sic fuisse deci-
8 sum ait, & an † articuli continentes simulationem priuilegij, si fuerint allegati impertinentes, eo quod nõ fuerint declaratæ species simulationis, reijci, vel admitti debeant Ann. allegat. 77. referẽs in S. C pronisum, quod articuli remaneant, & procedatur ad vlteriora, verum actrix valeat se defendere circa simulationes deductas.
9 Num autem † articuli in secunda instantia producti comprehendentes, quæ in prima instantia fuerant producta de iuris necessitate admitti debeant, vt puta in prima instantia centenaria fuerat articulata, sed non formiter, in secunda fuit articulatum formiter cum requisitis debitis. Anna singul. 425. dicens in S. C. fuisse decisum, ex quo de necessitate iuris requisita erant necessaria, nec fuerunt pro
10 ducta non esse admittendos. Sed † articuli noui, quando possunt produci, & si non fuerit addita clausula, saluo iure, &c. vt puta si procurator fecerit articulos, & dixisset, saluo iure facien di nouos articulos, & deinde in inferiori parte articulorum dixisset saluo iure, &c. non apertè dicendo, quod nouos articulos facere intendebat, & ob id nouos articulos facere annuebat, vide non posse fieri, & ita iudicatum in Curia iustitiarij apud Bartho-
11 lom. de Capua in singul. 62. & an † liceat parti in causa appellationis præsentare articulos de directo contrarios articulis partis aduersæ, & inducere testes super eis, quando testes in termino probatorio super articulis partis non bene probarent, fuit practicatum in S. C. quod sic Afflict. in decis. 216. num. 4. vid. Triuisan. in de-
12 cis. 43. part. 1. & an † articulos de directo contrarios articulis partis aduersæ ponere liceat facta publicatione in termino concesso ad repulsam, si articuletur, quod testes examinati super articulis partis aduersæ falsum deposuerint corrupti, vel subornati, fuit practicatum, quod sic, Afflict. decis. 216. sub nume. 5. Anna in sing. 425. vndecima, vbi in facto occurso tradit
13 sic fuisse decisum. Et † articulus in termino præsentatus, & verificatus per duos testes, & si pars altera contrarium probauerit, an facta publicatione in termino repulsatorio, vel in causa appellationis possim eundem articulum præsentare, & inducere alios testes ad probandum illud idem, fuit practicatum, quod sic, Afflict. decis. 216. sub nume. 4. Anna in sing. 424. decima Surdus decis. 296. in princip. & decis. 126 Scias autem, quod articulos contrarios ponere, vel eosdem licet parti, quando perempta sit instantia & noua inchoatur, & ita practicatur in Sacr. Conf. Afflict. decis. 216. sub num. 2. Anna in singul. 423.

Notare autem non desinas in materia articulorum plures alias Decisiones, quas tibi hic congero, & pri-
14 mo, quod † articulos dantem sufficit iurare de credulitate Puteus in decis. Rot. Rom. 275. par. 2.
15 Nota secundo, quod † articuli super peremptoria sunt prius admitten di, vt decisum in Rota Auenion. testatur Laurent. in decis eiusdem Rotæ 94.
16 Nota tertio, quod † articuli imper tinentes minimè sunt admittendi, vt fuit decisum in Camera Imperiali teste Gail. in obseruat. 81. par. 1. licet articuli cum clausula, saluo iure imper tinentium, aliquando sint admittendi ex decisione eiusdem Cameræ Imperialis apud Minsynger. in obseruat. 90. par. 2.

Digitized by Google

17 Nota quarto, quod † articuli additionales sunt admittendi, sed reus iterum respondere non cogitur, vt apparet ex decisione eiusdem Cameræ apud eundem Minsynger. in obseru. 81.par.2.

18 Nota quinto, quod † articuli proprietatis in possessorio sunt admittẽdi ex decisione nostri Sacri Consilii Neapolitani penes Afflict. in decisione 7.

19 Nota sexto, quod † articuli super colorando possessorio sunt pariter admittendi iuxta decisionem factam in Rota Romana, de qua per Bellam. in decis.213.

20 Nota septimo, quod † in interdicto vti possidetis articuli super proprietate reijciendi sunt, vt fuisse iudicatum, & resolutum in Camera Imperiali tradit Guglielm. in decisione 2. par.2.

21 Nota octauo, quod † interdum articuli conclusorij appellantur, quoniam in eis factum concluditur, & per aduersarij responsionem litis contestatio fit Rota in antiquis in decis. 29. de probationibus.

22 Nota nono, quod † articuli internentionales in causa pignorationis aliquando sunt admittendi, vt decisum in Rota Spirensi dicit Gugliel. in decis.71.par.1.

23 Nota decimo, quod † articuli super læsione debent esse clari, vt decisum in Rota Romana scribit Bellam. in decis.33.

24 Nota vndecimo, quod † articuli factum solum concernentes sunt admittendi, vt ex decisione eiusdem Bellameræ 34. videre quisque potest.

25 Nota duodecimo, quod † iudex articulos admissos de cõsensu partium renocare potest sic decisum per Rotam Romanam traditur per eundem Bellam. in decis. 51.

26 Nota decimotertio, quod † articulus de infirmitate debet in specie concludere, vt decisum in Rota Romana tradit Fastol. in decis. 31.

27 Nota decimoquarto, quod † articuli aliquando ad probandum tãtum admittuntur, non autem ad respondendum iuxta decisionem factam in Rota Spirensi, de qua meminit Gugliel. in decis.1.par.2.

28 Nota decimoquinto, quod † articuli defensionales pro confessis acceptantur, vt decisum in eadem Rota Spirensi testatur idem Gugliel. in decis 46.99 & 211.par.3.

29 Nota decimosexto, quod † articuli post conclusionem aliquando admittuntur, vt decisum in Rota Romana patet apud Bellamer. in decis. 745. apud Rotam in antiquis in decis. 71. de testibus, & apud Rotam in nouis in decis. 9. eod. tit.

30 Nota decimoseptimo, quod † articuli de directo contrarij pro reo aliquando debent admitti, vide Decisionem Rotæ Romanæ apud Rot. in antiquioribus in decis. 3. de exceptionibus.

31 Nota decimooctauo, quod † articuli obiectiui in termino assignato sunt producendi, & eo elapso minimè possunt corrigi, Rota in antiquis in decis. 32. de probat. & in decis. 17. de except.

32 Nota decimonono, quod † articuli obiectiui admittuntur in gratia si neutri, sed non terminus ad declarandum Rota in antiquis in decis. 14. de testibus.

33 Nota vigesimo, quod † articuli obiectiui possunt dari in secunda instãtia, sed non reformari eadem Rota in antiquis in decis. 8. 9. & 15. de exceptionibus.

34 Nota vigesimoprimo, quod † articuli obiectiui ad coadiuuandum non sunt reijciendi, vide Decisiones Bellam 435. & 436.

35 Nota vigesimosecundo, quod † articulus obiectiuus aliquando non admittitur iuxta decisionem Rotæ Romanæ, de qua in Rota in antiquis in decis. 3. de except.

36 Nota vigesimotertio, quod † articulo-

culorum specificatio super inquisitione non requiritur, secus super accusatione, vt decisum in Rota Romana testatur Seraphin. in decisione 773.

37 Nota vigesimoquarto, quod † articuli contrarij per alia documenta traditis in prima instantia probari possunt, & etiam per testes, si in illa producti publicati non fuerint Cappella Tholos. in decis. 474.

38 Nota vigesimoquinto, quod † articuli per iurantem alios partis non vidisse admittendi sunt, vt decisum in Rota Spirensi scribit Gugliel. in decis. 41. par. 3.

39 Nota vigesimosexto, quod † articulus consuetudinis admittendus nō est Bellamera referens decisionē Rotæ Romanæ in decis. 407. vide eundem in decis. 408.

40 Nota vigesimoseptimo, quod † articuli verbo dati in termino facto dari possunt post terminum, vt ex decision. eiusdem Bellamer. 399. 439. Rota in antiquis in decis. 22. de testibus Rota in nouis in decis. 2. de sequestr. possess. & fructuum.

41 Nota vigesimooctauo, quod † articuli super exemptione non sunt admittendi contra Ordinarium Rota in nouis in decis. 1. de præscrip. Veral. in decis. 44. par. 1.

42 Nota vigesimonono, quod † articuli super resignatione de reseruato in manibus Ordinarij valent Puteus in decis. 420. par. 1. Veral. in decision. 45. par. 1.

43 Nota trigesimo, quod † articuli post sententiam, literasque exequutoriales decretas, & exequutas admittendi non sunt, idem Verall. in decis. 46 par. 1.

44 Nota trigesimoprimo, quod † articuli super fructibus perceptis liquidandis sunt admittendi, etiam si spoliator spolio cesserit, idem Verall. in decis. 43. par. 1. licet super execrabilitate in materia spolij admittendi nō sunt, quoniam ex probatis, & non ex probandis resolutio impeditur Put. decis. 74. par. 1.

45 Nota trigesimosecundo, quod † articulus obiectiuus super ætate valet, vide decisionem Rotæ Romanæ apud Bellamer. in decis. 80.

46 Nota trigesimotertio, quod † articuli extra libellum minimè sunt admittendi, idem Bellamer. in decisione 168.

47 Nota trigesimoquarto, quod † articuli datum, casum, vel euentum admittendi nōn sunt Rota in nouis in decis. 24. de testibus.

48 Nota trigesimoquinto, quod † articuli non concludentes, tanquā impertinentes repellendi sunt nisi dentur dispositiue, de calumnia dantis apparere dicitur, Rota in antiquis in decis. 19. de testibus.

49 Nota trigesimosexto, quod † articuli, neque sunt admittendi, si materia non sit verisimilis Rota in antiq. in decis. 32. de testib.

50 Nota trigesimoseptimo, quod † articuli calumniosi, si de suo iure sunt admittuntur, alias secus eadem Rota in antiquis in decis. 23. de testibus.

51 Nota trigesimooctauo, quod † articuli si ad differendum expeditionē dantur, nullatenus admittuntur, vt decisum in Rota Romana reperies penes Rot. diuersor. in decisione 94. parte 3.

52 Nota trigesimonono, quod † articulorum copia est danda parti, vt fuit decisum in Parlamento Delphinali teste Francisco Marco in decis. 376. parte 2.

53 Nota quadragesimo, quod † articulorum admissio partem citatam non grauat Rota in nouis in decis. 8. de testibus.

54 Nota quadragesimoprimo, quod † articuli impertinētes in primis sunt discutiendi, vt ex decisione Sacri nostri Consilij apud Grammat. in decis. 45. & Barzij 67.

55 Nota quadragesimosecūdo, quod † vbi articulorum copia non datur, clau-

clausula, salua iure apponi potest, si post conclusum repelluntur, nullus deponere debet Franch. in decisione 220.

56 Nota quadragesimotertio, quod † articuli de directo contrarij recipiendi non sunt, vide Decisionem Capyc. 62.

57 Nota quadragesimoquarto, quod † articulum falsum producens est puniendus, etiam si non declarauerit velle vti Surd. in decis. 263.

SVMMARIVM.

1 Dispositio pragmaticæ, declaratur hæc dispositio, prout num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

8 Testes post conclusum in causa possunt recipi super habilitatibus impetrantibus superque sigillorum recognitione, ac signorum Notariorum pro iudicis informatione.

9 Oblatio iuramenti post conclusum in causa admitti potest, & num omissa conclusione in causa vitietur sententia, num. 10.

11 Conclusio in causa, an impediat instrumentorum, & scripturarum productionem, & num post conclusum in causa potest dari terminus ad comprobandas scripturas comprobatas ante conclusionem, nu. 12.

13 Conclusione in causa facta cum clausula salno iure producendi possunt aliqua produci.

14 Conclusio in causis beneficialibus, an sit necessaria.

15 Primum, & secundum beneficium conceditur etiam post conclusum in causa.

16 Conclusio facta, quando possit reuocari, & quando appellari.

17 Conclusio in causa vbi, & in quibus est necessaria remissiue.

18 Conclusio per admissionem articulorum reuocata censetur.

19 Conclusio fieri potest parte inuita.

20 Conclusio, an virtute instrumenti per Notarium recogniti reconualescat remissiue, & an à conclusione appelletur.

COLLECTANEA 183.

Super pragmat. XIV. sub Rubrica de ordine iudiciorum.

Post conclusionem, &c.

1 Statuitur hic, quod † testes post conclusionem non recipiantur etiam ad veritatem indagandam, & 2 ita Maring. in decis. 8. vbi dicit, † hoc non procedere, quando testes post cõclusionem in causa producuntur super nonis capitulis, & sic dicit † etiam 3 procedere in productione eorum testium, quos pars propter ignorantiã tempore conclusionis in causa producere non poterat. Sic pariter † vbi 4 agitur de periculo animæ cessat dispositio nouæ pragmaticæ, vt per eundẽ in decis. 13. vbi etiam † firmat cessare 5 dispositionem nostræ pragmaticæ, quoties agitur criminaliter, vt eam reddit rationem, quia in criminalibus non concluditur in causa. † Item 6 in causa matrimoniali cessat conclusio, & dispositio pragmaticæ, nam † in tali causa non obstante conclu- 7 sione probationes nouæ fieri possunt, vt per Gail. in obseruat. 107. libr. 1. & loquendo de publicatione, sic dicit decisum D. Ricc. in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapolitanæ 44. par. 2 & secundum Gail. vbi supra seruatur in Camera Imperiali, vt, iudex ex officio etiam post conclusionem in causa possit interrogare testes, & eos recipere pro informatione, quod tibi deseruit ad declarationem huius nostræ pragmaticæ. Item scias, quod † post 8 conclusum in causa possunt recipi testes super habilitantibus impetrantibus, superque sigillorum recognitione, ac signorum Notariorum pro informatione iudicis Domini de Rota in decis. 12. de testib. in nouis.

Ad materiam tamen conclusionis in

9 in causa quæro † an oblatio iuramenti post conclusum in causa admitti possit, decisum affirmatiuè, Cacher. in
10 decis. 95. & † num omissa conclusione in causa vitietur sententia, negatiuè decisum Minsynger obseruat. 13.
11 cent. 3. Item † num conclusio in causa impediat instrumentorum productionem, & scripturarum, decisum affirmatiuè Amat. in decis. March. 95.
12 & † num post conclusum in causa possit dari terminus ad comprobandas scripturas præsentatas ante conclusionem decisum affirmatiuè Afflict. in decis. 115.
13 Et num in conclusione in causa facta cum clausula saluo iure producendi, possint aliqua produci decisum affirmatiuè Cappella Tholos. in dec. 14.
14 Sed † an in causis beneficialibus conclusio in causa sit necessaria negatiuè Domini de Rota in decis. 1. d. titu. de testibus, & an in criminalibus negatiuè Minsynger in obserua. 81. cen.
15 4. Item † num post cõclusum in causa concedatur primum, & secundum beneficium, affirmatiuè decisum Minad. in decis. 15. & attentata post conclusionem quomodo sint reuocanda, decisum per Afflict. in decis. 352. quæque sint licita fieri decidit Minsyng. obseruat. 56. cent. 6. pluraque de hac materia vide apud Gratian. in decis.
16 198. Rot. March. Sed † conclusio facta quando possit reuocari, & quando appellari, vide Bellamer. in decis. 57. & decis. 252. qui in decis. 56. dicit decisum conclusionem ad instantiam contumacis reuocari, & conclusio
17 in † causa vbi, & in quibus causis sit necessaria, vide apud Minsynger. in obseruat. 17. cent 3. & Gail in obseru.
18 107. libr. 1. & † conclusio per admissionem articulorum an reuocata cẽseatur affirmatiuè decisum Rota in nouis in decis. 1. de testibus, & decis. 8. de iudicijs in antiquis. & decis. 12. de
19 renunciation. in antiquis, & an † cõclusio fieri possit parte inuita, quod
20 sic Guid. Pap. in decis. 587. sed † an cõclusio virtute instrumenti per Notarium recogniti reconualescat, vide Fastol. in decis. 48. & an à conclusione appelletur, dic quod aliquando appellatur Rota in nouis in decis. 5. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Osculantes mulieres, qua pœna puniuntur.*
2 *Osculum luxuriorum quomodo dicitur remissiuè.*
3 *Osculans mulierem, vt eam ducat in vxorem non punitur, pœna pragmatica.*

COLLECTANEA 184.

Super pragmatica I. sub Rubrica de osculant. mulier.

Considerato &c.

1 Mandatur hîc, quod † mulieres per vim osculantes vltimo supplicio tradantur seruata forma edicti Regis Roberti. h. d. & hæc pœna fuit seruata in quodam iuuene de Terra Santiæ, qui ibi hoc delictum patrauit vt per Franch. in decis. 35. & cum hac pragmatica etiam cõfert decisio Viuij 117. vbi annuit hodie osculantes mulieres tam in Ciuitate Neapolis, quam in toto regno pœna mortis naturalis irremissibiliter puniri debere, & statim transactis tribus mensibus forindicari, bannirique similiter debere, nulla quidem alia dilatione expectata, & ita testatur obseruasse alias Regiam Audientiam Apuleæ in casibus occursis in anno 1583. & sequentibus, licet aliter decisum afferat Afflict. in decisione 276. sed num, qui puellam aliquã amplectitur inuitam, & acclamantem illius pudicitiam attentando in strata publica sit ei eadem pœna infligenda, vide Peguer. in decis. Catalon 7. vbi post longam discussionem dicit negatiuè fuisse

Digitized by Google

se conclusum in illo Regio Consilio die 10. Augusti 1583. In facto fisci procuratoris Regiæ Curiæ contra Iacobum Sarraima Agricolam villæ oleriæ delatum, & inculpatum, quod in via, & strata publica, qua itur à dicta villa oleriæ ad locum de Vacarisses In stinam Durana domicellam Filiam Fermini eiusdem villæ innitam, & acclamantem amplexus fuerit eius pudicitiam attentando, qui fuit extraordinariè punitus, & bannitus à Principatu Cathaloniæ, & comitatibus Rusciglionis, & Ceritaniæ ad quinquennium.

2 Quomodo autem † dicatur osculũ luxuriosum, vide decisum per Triuis. in decisione Rot. Venet. 47. lib. 2. vbi ad effectum, vt osculum dicatur luxuriosum oportet, vt iuuenes sint, non autem valde disparis conditionis ratione ætatis potissimum, nam vnus annorum 60. cum vna ætatis 15. & è contra, cessat effectus luxuriæ in sene licet appetitus sit ardens, & ideo luxuriosum dici non potest, nec osculũ luxuriosum datur in manibus, seu ad guttur in fronte, & minus ad genas, quia in similibus locis dantur oscula ob reuerentiam, amorem filialem, vsum ciuitatis, in signum magnæ lætitiæ, & sic absque fine adulterandi, propterea nõ semper luxuriosum dicitur, quemadmodum si dederit osculum ad os, vel mammillas tunc luxuriosum, dicitur, quia amans amore concitatus, & ebrius tangit ore suo locum vbi spiritus maior residet, & ideo tale osculum luxuriosum dicitur, & est illud, quod prouenit à muliere in virum amasium.

In materia autem osculum dantis vide nouissimè etiam Mutam in dec. Sicil. 62. vbi plura in materia & Asciã in decis. 73.

3 Scias autem quod † osculans mulierem vt eam ducat in vxorem non puniatur pœna pragmaticæ, imo nulla pœna si inter osculantem, & puellam osculatam præcessisset tractatus, & concensus osculi, & matrimonij, si præsertim postea matrimonium sequutum sit, prout decisum refert Gramat. in cons. 42. nn. 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 *Verbum datum alicui de non offendendo debet esse reciprocum ad instar pacis, vel tregua.*
2 *Verbo dato an possit allegari noua causa.*
3 *Verbum de non offendendo solet dari nõ solum vicissim, per ipsas partes, sed etiam solet aliquis Princeps persona illustris, vel Capitaneus promittere, & fidem ac verbum dare.*
4 *Data contrauentione verbi, vel fidei an possit probari legitimè ad pœnam irrogandam pro fractione fidei per talem personam potentem, & recipientem verbum.*
5 *Constitutio fracta pacis, quos casus comprehendat.*
6 *Libellus in causa fracta pacis prius dãdus est.*
7 *Constitutio fracta pacis, & per coadunationem hominum, & per pauciores verificatur.*
8 *Pœna, si non constet quis prior pacem rupit ab vtroque, est applicanda fisco.*
9 *Pax an dicatur rupta per solum insultum sine percussione.*
10 *Pœna pacis rupta an committatur ob falsum testimonium.*
11 *Producens instrumentum pacis non videtur fateri delictum.*
12 *Pax facta de delicto in genere comprehendit etiam qualitatem aggrauantem.*

COLLECTANEA 185.

Super pragmatica I. sub Rubrica
de pace sub verbo Regio
inita.

Don Petrus Fernandez de Castro, &c.

Hic datur modus pacificandi sub verbo, & fide regia de se non offenden-

fendendo. Tu videas Maring in decis.
1 300 vbi quod † verbum datum alicui de non offendẽdo debet esse reciprocum ad instar pacis, vel treguæ cum sit fundatum ad tuitionem personæ, & rei, & ad tollenda scandala, odia, & alia mala, quæ proficiscuntur ex rancorib. & ex inimicitijs, & sic vt vtriq. parti consultum sit, & seruetur æqualitas, nec obligatio claudicet per ambas partes debet dari tale verbum ad inuicem de se non offendendo, vt in hac pragmatica etiam disponitur.

2 Sed ipse quærit, † an dato verbo possit allegari noua causa, & dicit non esse dubium, quod etiam dato verbo, vel fide de non offendendo si superueniat offensio, vel noua causa possit allegari, & deduci, & excuset à pœna eiusdem verbi fracti cũ sit regula vicissim in iure, quod frangenti fidem, fides frangatur eidem l. cũ proponas C. de pactis Cabal. in resolut. 100. Barzius in decis. 133.

3 Scias tamen, quod † tale verbum de non offendendo solet dari non solum vicissim per ipsas partes, sed etiã solet aliquis Princeps, persona Illustris, vel Capitaneus promittere, & fidem, ac verbum dare, quod Franciscus non offendet Marcum per hæc verba exempli gratia.

Io Prencipe di Bisignano dò la mia parola, è fede al Marchese di Brisciglιano, che Frãcesco non offenderà, ne farà offendere Marco, e facendo il contrario prometto farne quel risentimẽto, che si conuiene all'honor mio, & in fede ho fatto la presente di mia mano propria sigillata col mio proprio sigillo questo di 15. di Gennaro 1621.

Sicque audio in Curia Romana seruari passim quoties carcerati nequeunt dare cautionem de non offendẽdo, neque partes deuenire noluit ad pacem.

Super quo verbo desumpto per tales potentes scias ad pœnam incurrendam violatæ fidei, vel verbi desumpti de se non offendendo vicissim dati per eos potentes debere peruenisse ad notitiam vtriusque partis.

4 Sed quæro † an data contrauentione verbi, vel fidei possit probari legitimè ad pœnam irrogandam pro fractione fidei per talem personam potentem, & recipientem verbum, vide Guazzin. de tregua, & pace, § 2. quæstion. 7. vbi dicit posse amplecti opinionem affirmatiuam, vt omnino ipsa persona potens, & Illustris recipiẽs verbum plenè probet dictum verbũ, sicque iudicatum, & decisum refert in Ciuitate Patauij, licet ipse latè contrarium teneat.

Ad materiam tamen pacis vide Gugliel. in decis. Rotæ Spirens. 141. p.
5 1. vbi † cõstitutio fractæ pacis, quos casus comprehendat, & vide eundem in decis. 142. qui in decis. 123. ead. par.
6 1. scribit † libellum in causa fractæ pacis prius dandum esse afferendo etiã
7 in decis. 24. ead. part. quod † constitutio fractæ pacis, & per coadunationẽ hominum, & per pauciores verificatur, & requisita processus super fracta pace quot sint, vide penes eũdem in decisio. 112. p. 2. & decisio. 14. parte tertia.

8 Sed si non † constet quis prior pacem ruperit an ab vtroque pœna sit applicanda fisco affirmatiuè Cabal. resol. 102. & vno ex paciscentibus rũpente treguam, an cæteri teneantur vide Minsynger. in obseruat. 7. cent.
9 4. & † an pax dicatur rupta per solũ insultum, sine percussione affirmatiuè Peguera in decis. 21. & pęna pacis
10 ruptæ an † committatur ob falsum testimonium affirmatiuè Surdus decis. 79. Sed producens instrumentum
11 pacis, an † videatur fateri delictum negatum negatiuè Cabal. resolut. 74.
12 qui in resolut. 175. scribit quod † pax facta de delicto in genere comprehẽdit etiam qualitatem aggrauantem.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendẽdo quomodo probetur.*

2 *Specialis hypoteca rei, vbi apposita est pro obseruatione ipsius pacti tũc contra tertium possessorem agi potest.*

3 *Pactum de retrouendendo elapso tempore remanet sine effectu.*

4 *Pactum de reemendo quãdo possit exercer ab vno tantum ex haredib. venditoris remissiuè.*

5 *Reemptio quando fit circa finem termini, an census illius termini solui debeat remissiuè.*

6 *Pactum de retrouendendo an praescribi possit remissiue.*

7 *Pactum de retrouendendo praescribitur in Francia.*

8 *Pactum de retrouendendo quandocunque adiectum in instrumẽto cum iuramento non praescribitur spatio 30. annorum.*

9 *Pactum de retrouendendo, quando possit exerceri contra tertium possessorẽ remissiuè.*

10 *Reemptio an & quando dicatur facta vigore pacti de affrancando remissiuè.*

11 *Reemptio vigore pacti, in qua pecunia facienda sit remissiuè.*

12 *Dominium vigore pacti de retrouendendo quando transferatur ipso iure, & contra tertium remissiuè.*

13 *Pactum de retrouendendo temporale, à quo die currere incipiat*

14 *Receptio redditũum non dicitur noua acquisitio.*

15 *Pactum de retrouendendo adiectum in venditione tot annuorum introituum super re aliqua feudali infra certum tempus delimitatum, an prorogari poterit per haredes creditoris, vel facta prorogatione iure subsistet.*

16 *Pactum de retrouendẽdo temporale an efficiatur perpetuum stante lasione.*

17 *Pactum de retrouendendo an possit per emptorem feudi prorogari sine assensu.*

18 *Pactum de retrouendendo adiectum in venditione, an subintelligatur in assensu praestito super venditione, in quo quidem assensu non fuerat facta mentio dicti pacti.*

19 *Venditio cum pacto de retrouendendo, in certum tempus pro non iusto pretio etiam tempore elapso potest eo vti.*

COLLECTANEA 186.

Super Pragmatica I. sub Rubrica de Pacto de retrouendendo.

Recognoscimus, &c.

PActa de retrouendendo temporalia ob hanc pragmaticã durante bello à principio mensis Martij 1528. vsque ad finem mensis Februarij 1530. non intelliguntur decursa.

Materia pacti de retrouendendo hic cadit, pro cuius Coronyde est sciẽ
1 dum, quod † pactum de retrouẽdendo probatur, aut per instrumentum, aut per testes, aut per famam cũ vno teste. Item per coniecturas, & vehementes praesumptiones cum vno teste de confessione in partis praesentia facta, vide Boer. in decis. 181. Item pactum de retrouendendo non afficit rem Gail obseruat. 16. par. 2. Magon. decis. Florent. 105. & vide Minsyng.
2 in obseruat. 69. par. 6. Sed † vbi specialis hypoteca rei pro obseruatione ipsius pacti apposita est, tunc cõtra tertium possessorẽ agi potest iuxta decisio. Rot. Lucens. apud Magon. in deci-
3 sio. 80. Item † pactum de retrouẽdendo elapso tempore remanet sine effectu ex decis. Rot. Roman. 272. par. 1. in nouissimis Aldobrandini.
4 Sed † pactum de reemendo quãdo possit exerceri ab vno tantum ex haeredibus venditoris, vide Boer. in decis. 251. Mastrill. in decis. 21. & Ludouic. in decis. Perus. 112 & propter pactum de retrouendendo an, & quando emptor possit petere recognitionem sibi fieri vide Boer. in decis. 66. &

5 † quando reemptio fit circa finẽ termini, an census illius termini solui debeat est decisio Guid. Pap. 272. &
6 † pacto de retrouendendo an præscribi possit vide decisionem Cameræ Imperialis apud Minsynger. in obseruat. 16. par. 1. & decisionem Rotæ Spirensis 185. apud Gugliel. par. 1. & est decisio Rotæ Auenion. 129. Laurent. & lege Vin. in decisio. 424. vbi tractat de eodem quando ipse actor possidet, &
7 percipit fructus, & quod † omne pactum de retrouẽdendo præscribatur in Francia testis est Boer. in decision.
8 183. licet quod † pactum de retrouẽdendo quandocunque adiectũ in instrumento cum iuramento non præscribatur spatio 30. annorum fuit decis. S.C. in causa Francisci Serrano cũ Cæsare Montaquila in anno 1565. die
9 14. mense Februarij. Sed † pactum de retrouendendo quando possit exerceri contra tertium possessorem est videndus Caualc. in decis. 62. par. 2. &
10 † reemptio an, & quando dicatur facta vigore pacti de Affrancando est decisio Rotæ Romanæ 262. par. 2. in
11 nouissimis Aldobrandini, † & reemptio vigore pacti, in qua pecunia făcienda sit vide decisionem Cameræ Imperialis apud Minsynger. in obser-
12 uat. 65. par. 1. & † dominium vigore pacti de retrouendendo, quãdo trãsferatur ipso iure, etiam contra tertium est decisio Collegij Pisani apud
13 Raudens. in decis. 16. & † pactum de retrouendendo temporale, à quo die currere incipiat lege Mainard. in decis. Tholos. 68. par. 3.
14 Scias autem, quod † reemptio redditúum non dicitur noua acquisitio iuxta decisionem Sacri Consilij Neapolitani apud Franc. in decisio. 39. & oblatio pretij retrouenditionis non requiritur antequam quis ad retrouẽdendum sibi agat, dummodo ante sententiam fiat Puteus decis. 140. par. 1.
15 Sed † pactum de retrouendendo adiectum in venditione tot annorum introituum super re aliqua feudali infra certum tempus limitatum, an prorogari poterit per hæredes creditoris, vel facta prorogatione iure subsistet; fuerunt creditores condemnati ad retrouendendum ex æquitate Sacri Consilij, quia dicti introitus fuerant appretiati pro ducatis 1000. & non condecens erat, vt fieret tanta locupletatio cum aliena iactura, tantò magis cum in vẽditionibus ad rationem decem nunquam tempus pacti
16 expiret Anna allegat. 11. & † pactum de retrouendendo temporale, an efficiatur perpetuum stante læsione, vt in venditionibus ad rationem decem pro centenario, fuit decisum per M. C.V. & per Sacr. Consilium cõfirmatum, quod in venditionibus ad rationem decem pro centenario, tempus pacti nunquam esset elapsum Anna
17 allegat. 83. & † pactum de retrouendendo an possit per emptorem feudi prorogari sine assensu, fuit iudicatũ per S. Consil. prorogationem esse validam Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst.
18 17. & † pactum de retrouendendo adiectum in venditione, an subintelligatur in assensu præstito super venditione, in quo quidem assensu nõ fuerat facta mentio dicti pacti, fuit decisum in S.C. contra emptorem, & ita quod de pacto de retrouendendo mentio facta non fuerit, Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 16.
19 Insuper scias, quod † venditio cũ pacto de retrouendendo in certum tempus pro non iusto pretio, etiam tempore elapso potest eo vti Semp. Ascia in decis. 48.

SUMMARIUM.

1 *Curatus habere debet librum baptismi, in quo describat nomen baptizati nomina parentum, & compatrum.*
2 *Aetas probatur ex libro patris, & testibus consanguineis per librum baptismi vt nu. 3. & per aspectum nu. 4.*
5 *Aetas an probatur ex eo solũ, quod alicui tãquam minori datus sit curator.*

6 *Aetas*

Digitized by Google

6 *Aetas probatur ex decreto iudicis, ex testamento, & ex coniecturis.*
7 *Liber parochi probat matrimonium.*
8 *Liber parochi habet maiorẽ vim, quã liber rationis.*
9 *Quæ clausula debeat attendi quando dubitatur, an quis sit baptizatus.*
10 *Parochus baptizans in sua camera priuata debet suspendi ab officio curæ per sex menses.*

COLLECTANEA 187.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Parochis.

Alli mesi passati, &c.

SAncitum est hic, quod pueri, cum baptismate sacro lauantur describantur, vt sciatur ætas illorum inhærendo dispositioni Sacri Concilij Tridentini in sessio. 24. cap. 2. de reform.
1 matrimon. vbi mandatur † curatum habere debere librum baptismi, in quo describat nomen baptizati, nomina parentum, & compatrum.

Ibi, *vt sciatur ætas illorum*, nota ad
2 ipsius versiculi ornatum † ætatem probari ex libro patris, & testibus cõsanguineis, vt decisum refert Anna in singul. 379. Viu. decis. 184. latè Mantic. in decis. Rot. Rom. 25. & decis. 58.
3 124. & 133. & quod † probetur per librum baptismi, vide Veral. in decis. 114. lib. 1. & Viuium in decis. 489. dũmodo sit per ordinarium approbatus Polidorus Ripa in obseruat. 247. &
4 probari † per aspectum est decisi. Perusina apud Ludouic. in decis. 55. Sed
5 an † probetur ex eo solum, quod alicui tanquam minori datus sit curator decisum negatiuè in præiudiciũ tertij Faber decisio. 55. de probat. &
6 † ætas ipsa etiam probatur ex decreto iudicis ex testamento, & ex coniecturis Aldobrandinus in decis. 260. inter decis. diuers. par. 2.
7 Scias insuper † librũ parochi probare matrimonium, vt ex decisione Rotæ Romanæ 340. par. 2. in nouissimis Robusterij in vna Coloniẽsis sta-
8 tus 20. Februarij 1581. † liber enim parochi habet maiorem vim, quam liber rationis, Marillg. in decisio 55. & liber rationis probat. Grat. decisi. 146. Franc. Marc. decis. 369. par. 1. Triuis. decis. 16. lib. 1. Farinac. decis. 110. Guid. Pap. decis. 441. Surd. decis. 99.

In materia autem baptismi, nota,
9 quod † si dubitatur an quis sit baptizatus poterit baptizari cum clausula, & conditione, si tu non es baptizatus, &c. de qua in cap. 2. de baptismo, & sic fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana D. Ricc. in decis. 127. & an filij Hebræorum possint parentibus inuitis baptizari resoluit Afflict. in decis. 151. & de triplici specie baptismi, vide Franc. Marc. in decis. 949. & an infans pro parte natus possit baptizari à laico, vel à fœmina est decis. Capel. Tholos. 56.
10 Et nota, quod † parochus baptizatus in sua camera priuata debet suspẽdi ab officio curæ per sex menses vt fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolit. in facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 *Rizzetta, si est facta à practico de breui doctorando, potest fieri venditio remediorum, & medicamentorum.*
2 *Paria sunt aliquid esse factum vel de proximo esse fiendum.*
3 *Laurea ornandus de breui habetur in multis pro laureato.*
4 *Mox matriculandus habetur pro matriculato, & de breui accingendus habetur pro accincto.*

COLLECTANEA 188.

Super pragmatica III. sub Rubric. de Pharmacopolis.

Essendosi per esperienza visto, &c.

PRohibetur pharmacopolis vendere medicamenta, & alia remedia

dia, absque cartella, seu Rizzetta alicuius Medici approbati.

1 Limita † dispositionẽ huius pragmaticæ non procedere quoties Rizzetta esset facta à practico de breui doctorando, vt in facti contingentia obtinui, cũ pro facto habeatur, quod
2 proximè fiendum est, & † paria sunt aliquid esse factum, vel de proximo fiendum, & propinqua potẽtia actui, reputatur pro actu, & idem est aliquid esse in actu, aut in via deductionis ad actum, vnde de proximo condemnandus habetur pro condemnato ex l. qui pęnæ, §. Diuus, ff. de manumiss. &
3 † qui de breui est laurea ornandus habetur in multis pro laureato, sic
4 † mox matriculandus habetur pro matriculato, & cingendus infra benè tempus habetur pro accincto, l. pen. ff. de milit. testam. Gail. obseru. 80. lib. 2. & conditio statim defectura habetur pro deperdita Cabal. resolut. 65.

SVMMARIVM.

1 *Pœna iuris communis non seruatur, stãte pœna statuti.*
2 *Pœna de iure communi statuta imponitur, vbi in legibus Regni non reperitur pœna imposita.*
3 *Pœna determinata, si non esset de iure communi, tunc succedit arbitrium iudicis.*
4 *Spolians mortuum non sepultum arbitrio iudicis punitur.*
5 *Pœnæ imposita à legibus Regni nõ habent locum, nisi consumatum sit delictum.*
6 *Pœna est delictorum castigatio.*
7 *Delicti tempus, quando attendatur pro pœna.*
8 *Capitalis pœna qualiter intelligatur.*
9 *Pœna quando minoretur.*
10 *Pœna pecuniaria in corporalem potest transmutari.*
11 *Abigens non dicitur, qui bouem errantem surripit.*
12 *Clericus ignoranter vtens dimissorijs falsis non punitur.*
13 *Parochus non docens doctrinam Christianam suos parochianos, debet suspẽdi à diuinis, vt etiam si fecerit mori eos absque Sacramento, vt sub numero 14.*
14 *Rapiens Nontium à Religione qualiter puniatur.*
15 *Adulterij pœna, quæ sit.*
16 *Eximens carceratum qualiter puniatur.*
17 *Abortus pœna, quæ sit.*
18 *Incestus quomodo puniatur.*
19 *Stupri pœna, quæ sit.*

COLLECTANEA 189.

Super pragmat. I. sub Rubrica de Pœnis.

Item supplicano, &c.

Cauetur dispositione huius pragmaticæ, quod circa pœnas imponendas pro delictis, seruentur Constitutiones, Capitula, & pragmaticę Re-
1 gni. Vnde † non debent seruari pœnæ iuris communis, nam pœna per statutum imposita iuris pœnam tollit Cabal. resol. 2. Franc. Marc. decisio. 907. par. 1.
2 Quod † si in talibus iuribus Regni non reperiretur, statuta pœna imponi debet illa statuta de iure communi, vt habetur per Grammatic. in sua decis. 28. qui in decis. 39. docet, quod si
3 † nec etiam de iure communi esset apposita determinata pœna, tunc relinquitur arbitrio iudicis, l. sanctio legum, ff. de pœnis, & meritò, quia iudicis arbitrio remanet, quod à iure specialiter non est dispositum ca. de causis, §. 1. de offic. deleg. vnde
4 † spolians mortuum non sepultum arbitrio iudicis punitur Marta in decis. 173.
5 Declara autem, quod † pœnæ impositæ per tales leges Regni non procedunt, nisi fuerit delictum, & crimẽ consumatum, vt scribunt Grammat. in decis. 74. & Afflict. in decis. 21. quos in

in facto pluries fui sequutus, specialiter, de hoc anno 1620. & nisi fuerit probata qualitas requisita Minsyng. obseru. 80. cent. 4.

His igitur ad ornatum text. breuiter adductis generaliter, nunc aliqua in materia adducendo praemitto,
6 quod † poena est delictorum castigatio iuxta latè tradita per Viuium in decis. 232.

Quo praemisso notare non desinas,
7 quod † quando delicta, certam, atque ordinariam poenam habent à iure limitatam, tunc delicti commissi tempus attenditur, ita vt nullum subsequens priuilegium, aut status mutatio consideratur, sed secundum primaenam personae delinquentis qualitatem condemnatio fiet, secus verò, quando est poena extraordinaria, hoc est iudici arbitraria, vbi tempus sententiae est attendendum, vt per Cabal. in resolut. 147. vbi refert etiam quale aliud tempus inspiciatur in impositionibus poenarum scribendo in resolut. 156. qualis lex attendatur in delictis puniendis, scilicet, quę reperitur tempore delicti, an postea condita, vt poteris in facto videre.

8 Item nota, quod † capitalis poena altero de tribus modis intelligitur, videlicet de naturali morte, de ciuili, vt quia quis seruus efficitur, item per Ciuitatis amissionem, puta per deportationem, ideo aduerte, quod quando lex, vel statutum capitis poenam imponit, semper de mitiori intelligitur, & sic de exilio, vel deportatione, vt decisum in Camera Imperiali refert Minsynger. in obseruat. 45. centur. 2.

9 Aduerte autem, quod † aliquando minoratur poena, vt puta ob temporis antiquitatem iuxta decis. Thesau. 76. & ex sola probatione famae in primo delicto Amat. in decis. 102. & in materia videndus est Gail. in obseru. 110. lib. 2. vbi docet, quibus augeatur poena, & quibus diminuatur, notan-
10 do insuper, quod † poena pecuniaria in corporalem potest transmutari in eadem sententia Franc. Marc. in decis. 183. par. 1. licet residuum pęnae pecuniariae non commutetur in corporalem Peguer. decis. 6. Cabal. resolut. 77. qui etiam tradunt ad cuius instantiam haec poena sit commutanda, de quo etiam per Franc. in decis. 358. & in materia videatur quoque Peguer. in decis. 91. vbi, quod pęnam pecuniariam conuersam in corporalem nequit iudex exequi.

11 Sed quaero, an † poena criminis abigeatus habeat locum in eo, qui surripuit bouem errantem, negatiuè fuit decisum in causa Archiepiscopali Neapolitana teste D. Ricc. in decis. 128. par. 1. & vide Peguer. in decis. 29. Cabal. in resol. 160. & nouissimè Mut. in decis. Sicil. 40. qui plurima in mate-
12 ria cumulant, & an † debeant puniri clerici vtentes falsis dimissoriis ignorantes esse falsas, negatiuè decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana recenset Ricc. in decis. 89. part. 1. qui in decis. 22. ead. par. 1. refert iudicatū
13 in eadem Curia, quod † poena parochi, qui non docuit doctrinam Christianam suos parochianos est suspensio à diuinis, & in decis. 31. dicit pęnā clerici proferētis verba iniuriosa iudici laico esse exulationem per sex menses, sicque dicit practicatum in eadem Curia asserendo in decis. 214. ead. part. 1. fuisse ibidem iudicatum,
14 † poenam rapientis Nouitium à Religione libidinis causa esse raptus poenam, item firmādo in decis. 106. quod poena parochi permittentis mori aliquos de sua parochia absque Sacramento est suspensio per biennium.

15 † Poena autem adulterij quaenam sit videātur Franc. in decis. 240. Poer. decis. 297. Faber. in decis. 2. C. de adulter. Peguer. in decis. 92. Monter in decis. Aragon. 15. Grammat. in decis. 31. & latè nouissimè Thesaur. in libro 1. quaest. forens. cap. siue decis. 13. libr. 4. sed quando adulterium non puniatur, vide Gammam in decis. Lusitan. 169.

169. & in materia idem in decis. 273. & 368.

16 Et † pęna eximentis carceratum, vel captum pro debito, quænā sit habes apud Viuium in decis. 92. Guid. Pap.decis.579. Thoming. in decis.15. Cabal.in resolu.8. & nouiter Muta in decis Sicil.78.

17 Et † pęna mulieris procurantis abortum est fustigationis, & exilij in perpetuum iuxta decis. Thesaur. 60. sed abortus mulieris seruæ, quomodo puniatur, vide eundem in decis.12.& abortum procurantes ex proposito, an, & quomodo morte puniendi sint Franc.in decis.592. & abortus causatus propter defensionem aggressi, an sit punibilis negatiuè Viuius in decis. 458. qui in decis.82. firmat abortioni causam dantem pro mulieris salute non esse puniendum.

18 Et † pęna incestus inter ascendentes, quæ sit, vide Boer.in decis.318. vbi quod est pęna mortis, sed incestus inter transuersales qualiter puniatur, vide Thesaur.in decision.200.& Thoming.in decis.42.& incestus commissus cum sororibus consobrinis qualiter puniatur habes apud Franc.in decis.328. & diuersas penas incestus inter varias personas colligit Caball.in resolut.200.& de pęna incestus inter coniunctos cognatione spirituali, & de coeunte cum moniali loquitur Mainard.in decis.Tholos.16. libr.3. & incestus cum stupro qualiter puniatur Mastril.in dec.218.par.3.& Fabr. in decis.1.de adulter.

19 Et † pęna stupri, quæ sit decidit Viuius in decis.299. & vide Franc.in decis.534.Fabr.in decis.5.cit.tit. Grammat.decis.22.& Thesaur.in decisione 148.

SVMMARIVM.

1 *Processus si fieret in casibus, prohibitis & ferretur sententia etiam parte nō opponente esset nullus.*

COLLECTANEA 190.

Super pragmat.I. sub Rubrica de possessoribus non turbandis.

Intelleximus nuperrimè, &c.

Hic habes, quod possidentes ex quacunque causa cum titulo Regio, non vexentur Rege inconsulto.

Aduertendum est ad huius pragmaticæ ornatum, quod dum hic reperiatur prohibitum iudices præbere audientiam his controuersiis, tollitur etiam eis iurisdictio, ita vt si in casibus hic prohibitis fieret processus,
1 & † ferretur sententia etiam parte non opponente processus esset nullus, & similiter sententia Afflict. decisione 354.

Et de Capitulatione pacis inter Regem Ferdinandi II. & Proceres Sanseuerinates, quod fuerit iudicata valida, & quod eis prosit tam pro dominio, quam pro possessione, non desinas videre Capyc. abundè loquētem in decis. 69.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio pragmatica.*
2 *Ampliatur num.3.4.5.6. limitatur nu. 7.8.9.10.11 & 12.*
3 *Hac pragmatica, antueatur tantū possessores tempore eiusdem, vel etiam tempore litis motæ remissiuè.*

COLLECTANEA 191.

Super pragmatica IV. sub Rubrica de possessor. non turbandis.

Nihil est, &c.

1 Mandatur, quod † nulla lis oriatur de gestis dispositis, & donatis per Reges Aragoneos inconsulta Regia maiestate.

Am-

2 Amplia primo † huius pragmaticæ dispositionem etiam si appareret, quod Reges ex falsa causa concessissent, ex qua voluntas concedendi retrahebatur, vt fuit iudicatum in causa Thesaurarii cum Comite Pacenti super petitione terræ Griptiliarum, refert de Ponte conf. 63. volu. 2. subdens illam pragmaticam fuisse editã pro quiete.

3 Amplia secundo, † procedere, & locum habere dictam pragmaticam in primo capite etiam si duæ inuestituræ productæ fuissent in forma cõ. Reg. Ferdinand. vt fuit decisum in Sacro Consilio referente Consiliario Alderisio in causa Baronis Noiæ, & ratio huius decisionis talis esse potest, quia in gestis per Regem Alphõsum, & Ferdinandum viget maior ratio, dum tranquilla pace, & quiete longo tempore Regnum possederunt, & credendum est, quod reformare oportuit, & corrigere, ipsos reges correxisse, ideo non est mirum per tot geminatas inuestituras ab illis Regibus tranquillo tempore factas induce re titulum, vt apparet ex allegatio. Falci.

4 Amplia tertio, † locum habere etiam si actor nollet infringere titulũ ab illis Regibus habitum, imò confiteretur esse validissimum, sed vellet agere hypothecaria, vt fuisse indicatum in pluribus causis refert de Curtis in diuers. iur. feudal. vers. declara igitur, dum dicit fuisse dictum in Sac. Conf. quod dictæ pragmaticæ dispositio militet quacunque actione agatur ad rem, vel super re in illis rebus concessis ab illis Regibus.

5 Amplia quarto, † etiam procedere in confirmatione in forma communi, vt fuit iudicatum in Sac. Conf. in causa Ciuitatis Salerni cum Regio fisco super exhibitione tituli cuiusdam Gabellæ, refert idem de Curtis loco cit. num. 61.

6 Amplia quinto, † procedere etiã in fisco in litibus habentibus causam à Rege Ferdinand. I. & fuit conclusum, quod sic, prout sæpè fuit iudiciorum in arduis causis dicit Minad. in conſt. in aliquib. notab. 5. & alias deci siones huius ampliationis ponit de Curtis loco citat. nu. 63. per totum, vbi dicit talem exceptionem, tam pro, quam contra fiscum opponi posse.

7 Nunc autem limita primo † dictam pragmaticam non procedere, vbi actor, vel reus fundassent se in titulis illorũ Regum, tunc enim eius dispositio locum sibi minimè vindicat, vt pluries in Sac. Conf. fuisse decisum, refert de Mauro allegat. 29.

8 Limita secundo, † non procedere in ijs, qui habent causam à Rege Federico, quando erat de Regno desperatus, & successiuè non comprehendit vniuersitatem personarum æquè priuilegiatarum, & habentium causam à Regibus Aragoniæ, vt refert Grammat. decis. 65. dummodo alienatio, siue concessio facta, prætenderetur facta lite pendente, vt dicit decisum de Ponte conf. 31. volu. 2. tamen Vrsillus decis. 396. annuit contrarium fuisse decisum in Regia Camera Summariæ in causa Ducis Seminariæ.

9 Limita tertio, † non procedere contra agentem per viam reconuentionis, & petentem adiudicationem pro certa summa debita ex causa dotis transfusa in contractum mutui vt fuisse decisum in Sacr. Consil. refert Loffred. conf. 34. licet alias post nonnullos dies fuisse decisum cõtrarium dicit Pisanell. in pragm. I. de possess. non turband.

10 Limita quarto, † in casu decisionis Collateralis Cõsilij relato per de Curtis loco citat. num. 57. vbi fuit dictum non extendi ad sententias latas per Reges connumeratos in dicta pragmatica, puta, quando per viam sentẽtiæ aliquid determinatum esset, vt in causa plateæ popularis Neap. cũ plateis nobilium super asportatione hastæ pallij.

vt per eundem in decis. 190. subdens
competere actionem, etiam si emi-
nens promissio facta fuit, vt tradit e-
tiam Minsynger. in obseruat. 7. cent.
3 3. † quod salarium etiam si non esset
promissum debetur aduocato, Puteus
in decis. ......

Quid autem si causa fuerit transa-
ctione finita vide Franc. in decis. 265.
& vide Polidor. Rip. in obseruat. 65.
vbi nonnullas declarationes adducit
ad materiam.

4 Sed † quando aduocato soluendum
sit salarium vide Cameram Imperia-
lem in decis. 7. part. 3. et an transeat
ad hæredes, vide decisionem eiusdem
Cameræ 8.

Pro coronyde autem huius Rubri-
5 cæ de postulando, scias quod † officiũ
aduocati exercere non potest qui per
statutum tempus annorum quinque
nõ studuerit, quod percipitur ex pro-
æmio Digestorum §. quibus si bene
& ita fuit obseruatum in parla mento
Delphinali, vbi tale officium fuit cui-
dam prohibitum, qui per dictum tem
poris spatium non studuerat, de quo
meminit Franciscus Marcus in decis.
6 793. † licet autem aduocati officium
sit honorificum, & laudabile tamen
est publicum secum habens annexam
necessitatem, adeo quod cogitur in-
seruire litigantibus Rota in antiq. in
dec. 87. Gail. obseruat. 43. lib. 1. Papo-
nus arrestor. Curiæ lib. 6. titu. 4. arre-
sto 4. Faber definit. 1. lib. 3. tit. 4. quod
7 etiam procedit immo † spectat ad iu-
dicem dare aduocatos petentibus,
quando nõ inueniunt ob potentiam
aduersarij Cappell. Tholos. decis. 481.
8 † dari etiam debent aduocati feminis
pupillis, debilibus, & miserabilibus
personis etiam non petentibus Boer.
in decis. Burdegal. 525. immo pro ijs
miserabilibus personis aduocati te-
nentur gratis patrocinari Guid. Pap.
in decis. Grationop. 561. & quod ma-
9 gis interest, quia † aduocatus pec-
cat mortaliter renuens his miserabi-
libus personis gratis patrocinari, Vi-
uius decis. 159. vbi subdit in minere
pœnam aduocato recusanti patroci-
nium sibi iniunctum alijs præstare, vt
foro arceatur, nec amplius patroci-
nandi munere fungatur, sed tamen vt
10 † tunc aduocatus patrocinari coga-
tur, & negans puniatur quando ij ex-
cusationem aliquam iustam non ha-
beant Minsynger. obseruat. 2. centur.
114. & etiam intelligas, † quod ad hoc
vt aduocatus supradictas pœnas in-
currat debent esse præsentes ij, qui pa
trocinijs indigeant, & sibi occurrant,
nec enim per mundum, & per loca di
uersa ire tenebitur, vt pauperem de-
fendat, sed necessitas in promptu ap-
pareat Viuius decis. 159.

11 Denique scias, quod † iudex qui
fuit in causa principali potest esse ad-
uocatus in causa appellationis Ca-
pel. Tolos. in decis. 277. vbi dicit me-
lius est si abstineret, sed abstinẽtiam
ab aduocando ego consulerem esse
faciendam, vt non patrocinetur, nisi
contra illum, qui in iudicio succu-
buit cum iudex possit causam ab eo
per sententiam determinatam defen
dere; Si verò ad sententiam non fuis-
set processum optimum iudicarem
vt nemini patrocinium præstet Bal-
bus decis. 36.

S V M M A R I V M.

1 *Præuentio an ex qualibet iuxta causa fieri possit.*

2 *Præuentio an si eodem die fieret per debitorẽ, quo citatio super tenore instrumenti ad instantiam creditoris, impediat instrumenti liquidationem.*

3 *An habilitatio à iuramẽto in cõtractu, in quo est renunciatũ exceptioni præuentionis impediat instrumenti liquidationem.*

4 *Clericus an præueniat clericum eius creditorem in Curia sæculari teneatur ibi præstare hanc cautiones.*

5 *Præuentio autem an militet quãdo fuerit facta in S.C. eo die quo instrumẽ-*

tum præsentatur in M.C.V. ita quod impediat liquidationem.

COLLECTANEA 193.

Super pragmat. I. sub Rubrica de Præuentione moderanda.

Malitys, &c.

MAndat hic legislator, quod præuentio facta per debitorem ad impediendam eius carcerationem, & liquidationem instrumenti admitti debet, vbi præueniens re ipsa præstaret fideiussionem in primis, & ante omnia de se præsentando, & comparendo personaliter tempore publicationis faciendæ in causa ipsius præuentionis, & de soluendo debitum, & pœnam vnciarum decem, casu quo succumberet in præuentionis causa.

1 Hic quæro † num ex qualibet iusta causa præuentio fieri possit, vide Viui. in decis. 204. vbi decisum affirmatiuè reperies præsertim ex causa cõpensationis creditorum conditione non obstante.

2 Et an † si eodem die fieret præuentio per debitorem, quo citatio super tenore instrumenti ad instantiã creditoris impediat instrumenti liquidationem, vide pro parte affirmatiua decisum penes Afflic. in decis. 387.

3 Sed an † habilitatio à iuramento in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis impediat pariter instrumenti liquidationem tradit negatiuè decisum Franch. in decis. 670. vide Vrsil. in decis. 387. vbi iudicatum refert, quod præuentio non militat quando in obligatione penes acta fuerit renunciatum omni legum auxilio.

4 Sed an † si clericus præueniat clericum eius creditorẽ in curia sæculari, tenebitur ibi præstare hanc cautionem, vide Minadoum in decis. 4.

5 † Præuentio autem an militet, quando fuerit facta in S.C. eodẽ die, quo instrumentum præsentatur in M.C. ita quod impediat liquidationẽ; Fuit decisum in S.C. in causa Comitis Mõdragonis cum Nicolao Aniello Imperato negatiuè, idque indubitanter procedit quando post citationem super præsentatione instrumentorum fuerit facta præuentio, verum quando esset facta præuentio in S.C. eodem die, & plus processum ad citationem, quãdo alia pars præsentauerat instrumentum in M.C.V. pluries in S.R.C. fuit decisum affirmatiuè, & præcipuè in causa Caroli Funicelli, vide Puluer. in addit. ad Rit. M. C. V. 179. Et an de iure procedat præuentio facta a debitore, vt sibi cassetur instrumentum ante petitionem creditoris debiti, quamuis fuerat ante præuentionem facta citatio, in curia particulari per creditorem cõtra debitorem ad recipiendum, seu audiendum tenorem petitionis, in quã adiuerat debitor asserendo separatũ recipere petitionem, contra quam iterum instetit, vt præstetur cautio de securitate iudicij iuxta eorũ stylum; Fuit decisum quod procederetur super præuentione facta per debitorem, ex quo petitio debiti contenti in instrumento oblata fuerat post petitionem cassationis instrumenti, & illa citatio, quod veniat auditurus petitionem non erit in cõsideratione, nisi oblata petitione quoad effectum quod finis aduersarius possit eũ præuenire super cassatione instrumẽti Afflict. in decis. 294. Minsynger. obseruat 85. centur. seu par. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio pragmatica declaratur.*

2 *Baro nouus cogitur in nouo ipsius aduentu confirmare suis nouis vasallis priuilegia à prædecessoribus concessa.*

3 *Vniuersitas si est in possessione alicuius priuilegij, de quo ostendit titulũ, ex diu-*

diuturnitate temporis præsumitur titulus.

4 *Assensus apostolicus ex diuturnitate temporis præsumitur interuenisse in alienatione rerum Ecclesiæ amplia prout nu. 5.*

6 *Confirmatio priuilegiorum in forma communi, vel in forma specifica, quando inducatur remissiue.*

7 *Assensus non habetur pro præstito, si deinde eueniat, quod terra prædicta exeat à manu ipsius Baronis, vel hæredum, & vadat ad tertium; & an hic tertius tenebitur obseruare dictam capitulationem, vel potius possit licitè recedere tanquam assensu cessante, dum terra ipsa à dominio, & possessione illius Baronis, qui concessit priuilegia; & suorum hæredum, exijt vel potius tenebitur ad ipsius obseruantiam.*

COLLECTANEA 194.

Super Pragmatica I. sub Rubr. de Priuilegijs vniuersitatibus concessis.

Non nullis vniuersitatibus, &c.

VIgore huius pragmaticæ proceditur ex officio in delictis nõ obstantibus priuilegijs concessis, quod parte remittente non possit procedi ex officio.

1 Declara † procedere huius pragmaticæ dispositionem in delictis, in quibus venit imponenda pœna delictis relegationis, vel supra relegationem, nam in illis, in quibus imponitur pœna infra relegationem, si accedat remissio partis infra triennium est obseruanda pragmat. 38. §. *Item si se fà querela*, sub Rubrica de officio Magistri iustitiarij, quam esse omnino seruandam decidit Sacrum nostrum Regium Consilium Neapolitanum inter Ducem Neritonis, & Vniuersitatem ipsam.

2 Sed quæritur, an † nouus Baro cogatur in nouo ipsius aduentu confirmare suis nouis vasallis priuilegia à prædecessoribus concessa, affirmatiuè Maring. in decis. 33. & quid † si Vniuersitas sit in possessione alicuius priuilegij, de quo non ostendit titulum, an ex diuturnitate temporis præsumetur titulus, pro parte affirmatiua in facti contingentia obtinui, ex eo quod diuturnitas temporis operatur hoc, vnde euenit, quod † assensus Apostolicus ex diuturnitate temporis præsumitur interuenisse in alienatione rerum Ecclesiæ Rota diuersor. decis. 372. par. 2. Puteus decis. 265. lib. 2. & ita aliàs fuit decisum in Rota Romana in causa Cauallarien. 10. Ianuarij coram Rubeo, Romana 18. Iunij 1593. coram Seraphino in eadem 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 1594. coram eodem, & iterum in vna Eluen. Mineriorum 26. Decembris 1581. coram Orano, & in vna Placentina Decimarum 21. Ianuarij 1587. coram Rubeo, & iterum in vna Romana Casalis Longhezzæ 28. Iunij 1593. coram Seraphino, & in Mediolanens. Rescissionis permutationis 20. Ianuarij 1597. coram Pamphilio, & sic decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana nouissimè testatur D. Ricc. in decisione 116. part. 2. amplians † procedere etiam si assensus esset reseruatus in vim cõditionis, vt fuit dictum in Rota Romana in vna Casalis Longhezzæ 23. Maij 1594. coram Seraphino, & in vna Rom. Casalis de Pichis 15. Iunij 1587. coram eodem, etiam si in instrumento non sit enunciatus, vt fuit dictum in dicta Romana Casalis Longhezzæ 28. Iunij & 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij coram Seraphino, & etiam si Papæ scientia non probetur Grammat. decis. 79. Francis. Marc. dec. 473.

6 Quando verò inducatur † confirmatio priuilegiorum in forma communi, vel in forma specifica de hoc non desinas legere Decisionem Sessæ 93.

Sed

Sed quid est annuendum de Capitulationibus solitis iniri inter Barones, & Vniuersitates, per quos conceduntur Vniuersitatibus, & vasallis aliqua priuilegia tendentia in præiudicium feudalium; siue circa corpus ipsum, siue circa iurisdictionem, vel membra feudalia, & assensus Regij, qui super illis impetrantur habent clausulam restrictiuam; scilicet vt Capitulatio ipsa obseruetur, donec terra ipsa durauerit in posse illius Baronis, & suorum hæredum & successorum, verum si modo aliquo dicta terra aperi-
7 retur Regiæ Curiæ, † assensus non habeatur pro præstito, si de inde eueniat quod terra prædicta exeat à manu ipsius Baronis & hæredum, & vadat ad tertium. An hic tertius possessor tenebitur obseruare dictam Capitulationem, vel potius licitè possit ab ea recedere tanquam cessante assensu, siue expirato, dum terra ipsa exijt à dominio, & possessione illius Baronis, qui concessit priuilegia, & suorum hęredum, vel potius tenebitur ad ipsorum obseruantiam, cum casus iste accidisset in facti contingentia inter Vniuersitatem terræ Forenę cum Octauio Caracciolo nono Emptore sub hasta, fuit decisum in fauorem Vniuersitatis contra ipsum Caracciolum, qui vti successor particularis fuit condemnatus teneri ad obseruãtiam huiusmodi Capitulationis de mense Martij anno 1605. referente olim Consiliario de Ponte.

SVMMARIVM.

1 *Nundinæ dicuntur mercatorum conuentiones certo loco, & tempore mercimoniorum causa, ita dictæ, quod singulo nono die fiant.*

2 *Nundinæ dicuntur solemnia emporia statutis diebus facta semel, aut pluries, quæ vulgò nunc feras, vel quasi ferias à ferendo dictas.*

3 *Concessio annuarum nundinarum ad solum Principem pertinet, aut eum, qui iura Imperij habet.*

4 *Princeps potest nundinas alicui loco auferre, quamuis per longissimum tempus exercuerit, etiam si hominum memoriam excedat, ac ad alterum locum transferre.*

5 *Nundinæ solemnes, & priuatæ prohiberi possunt per Episcopum diebus festiuis.*

COLLECTANEA 195.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Priuilegijs Vniuersit.

Nel tempo del gouerno, &c.

HIc cauetur, quod nundinæ celebrentur ab Vniuersitatibus in diebus statutis in earum priuilegiis omni prorogatione interdicta.

1 † Nundinæ dicuntur mercatorum conuentiones certo loco, & tempore mercimoniorum causa, ita dictæ, quod singulo nono die fiant; Nunc
2 verò communis vsus facit, vt † nundinæ dicantur solemnia emporia statutis diebus facta semel, aut pluries, quæ vulgò nunc feras, vel quasi ferias à ferendo dictas, quod quilibet illuc veniat aliquid deferendo, quibus nostrum Regnum pluribus fruitur, nam in terra Altamuræ celebrantur nundinæ tempore Festiuitatis Diui Marci, in terra Ferrandinæ tempore Festiuitatis Sanctissimæ Crucis, Salerni tẽpore Festiuitatis Sancti Matthæi Apostoli, Griptalis tempore Festiuitatis Sancti Lucæ, & sic de similibus.
3 Quæ † annuarum nundinarum cõcessio ad solum Principem pertinet, aut eum, qui iura Imperij habet, cum de reseruatis supremæ potestatis existat, vide Thesaur. in decis. 264. & Frãcisc. Marc. in decis. 53. vol. 1. vbi etiã,
4 † quod potest Princeps nundinas alicui loco auferre, quamuis per longissimum tempus exercuerit, etiam si hominum memoriam excedat, ac ad alterum locum transferre.

Sed

5 Sed an † nundinæ solemnes, & priuatæ prohiberi possint per Episcopũ diebus festiuis affirmatiuè fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & sic confirmatum Romæ per Congregationem Cardinalium; vnde cum in hac Ciuitate Neapolitana in Ecclesia Diuæ Mariæ Annunciatæ, & in Ecclesia Spiritus Sancti in earum festiuitatibus fierent nundinæ, siue mercatus fuerunt sublata per eãdem Curiam Archiepiscopalem ex Bulla Pij V. incipiente cum primum Apostolatus officium, in qua districtè præcipitur Ordinarijs locorum, vt festa obseruari faciant, ne in eis fiant opera seruilia, mercatus, profanæ negociationes, & iudiciorum strepitus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna hic apposita soluuntur ab ipsis procuratoribus de propria substantia nullatenus repetẽda à principalibus, nisi habeant speciale mandatum.*

2 *Patresfamilias homines liberi, & qui prohibiti non sunt constituere possunt procuratorem.*

3 *Filiusfamilias in causis, in quibus pater non habet vsumfructum potest constituere procuratorem sic etiam in castrensibus, & quasi castrensibus, & in causa criminali.*

4 *Excommunicatus licet in persona propria possit se defendere, non tamen potest agere, vel procuratorem constituere.*

5 *Bannitus, cum amittat, quæ sunt iuris ciuilis non potest constituere procuratorem.*

6 *Pupillus ante cœptum iudicium potest cum consensu tutoris procuratorem constituere.*

7 *Tutor, vel curator procuratorem constituere non possunt.*

8 *Procurator ante litem contestatam aliũ procuratorem constituere non potest post tamen contestationem valet.*

9 *Procurator habens mandatum procuratorium cum libera potestate, tunc ante, & post litem contestatam poterit alium procuratorem constituere.*

10 *Minor viginti quinque annorum, dummodo non sit minor illa ætate non prohibetur exercere officium procuratoris, sed limita prout nu. 11.*

12 *Mulier prohibetur exercere procurationem, sed fallit in causa propria, & in abbatissa.*

13 *Milites armata militia nequeunt ad iudicia procuratoris officium exercere, & sic etiam dicitur de monachis, sed limita, si habent officia beneficia, vel administrationes in monasterio, vel extra monasterium.*

14 *Clerici sacerdotes, & constituti in sacris nequeunt esse procuratores generales, limita pro personis miserabilibus pro ecclesiasticis, & coniunctis.*

15 *Clericus, vel religiosus, licet dictis omnibus concurrentibus possint officium procuratoris exercere, non tamen possunt alterum substituere.*

16 *Redemptores litium, & infames non possunt exercere procuratoris officium.*

17 *Procurator falsus condemnatur ad expẽsas, & punitur tanquam falsarius.*

18 *Procurator falsus dicitur furtum committere, & si impetrat rescriptum, est nullum, & omnia essent nulla.*

19 *Delictum tollitur subsequente principalis ratificatione.*

20 *Ratificatio actorum factorum à falso procuratore tacitè, & expresse fieri potest.*

21 *Ratificatio non admittitur, si falsus procurator in Consistorio Principis actus gesserit.*

22 *Procurator, qui effectus est dominus litis tenetur appellare.*

23 *Restitutio in integrum datur, quando procurator non est soluendo.*

24 *Procurator eo modo tenetur appellare, vt si repertamur in decreto interlocutorio tenebitur appellationem prosequi declara prout num. 25.*

26 *Procurator ad vnum actum constitutus, puta ad audiendum sententiam non tenetur, nec potest appellare, aut alium*

alium actum facere.

27 Appellatio valet si alius, qui non est procurator appellauerit, & intra decem dies ad appellandum datos superuenirez procuratio cum promissione rati.

28 Sententia prolata si principalis dominus ab ea appellauit, aliosque procuratores substituit primus procurator non potest prosequi.

29 Specialis procurator non dicitur reuocari per dationem procurationis generalis.

30 Dominus principalis præsente procuratore si facit aliquem actum voluntarium in causa censetur ipsum reuocare, secus verò illo absente, vel si faceret actum necessarium faciẽdum per dominum.

31 Duo procuratores si sunt constituti eadẽ tempore, & in solidum in vno negotio, vel causa occupantis conditio erit melior, si autem in eodem instrumento super pluribus causis, & negotijs essent constituti, & vnus vnum negotium occupare, alius posset occupare aliud si simpliciter non in solidum diuident negotia inter eos.

32 Procurator censetur reuocatus per cessionem, & renunciationem litis, & causa factum à domino.

33 Constituens procuratorem, & cum iuramento promittens illum non reuocare, hoc non obstante reuocare poterit.

34 Constituens procuratorem ad resignandum, aut permutandum beneficium, & cum iuramento promittens non venire contra, nullo modo reuocare poterit.

35 Mandatum speciale requiritur in matrimonio contrahendo.

36 Mandatum speciale requiritur in acceptatione beneficij ecclesiastici.

37 Mandatum speciale exigitur pro petenda in integrum restitutione, sed limita num. 38.

39 Iurisdictio prorogari non potest per procuratorem non habentem speciale mandatum.

40 Mandatum speciale requiritur ad exigendum dum generale non sufficit.

41 Solutio fieri non potest procuratori dato ad agendum, siue ad lites, sed debet talis procurator petere, quod soluat Domino.

42 Mandatum speciale necessarium est ad compromittendum, sed datur casus, quando ad compromittendum non requiritur speciale mandatum, prout num. 43.

44 Mandatum speciale exigitur in petenda absolutione ab excommunicatione, maximè quando petitur ad cautelam.

45 Mandatum speciale requiritur ad allegandum iudicem suspectum, & præsertim iudicium compulsoriarum

46 Mandatum speciale requiritur in petẽda executione, & captura personali debitoris vigore statuti, vel obligationis.

47 Mandatum cum speciali potestate exigitur in relaxatione capturæ, vel executionis.

48 Renunciatio beneficij non admittitur absque speciali mandato Papæ, & sic etiam in resignatione.

49 Procurator constitutus cũ speciali mandato ad resignandum coram Papa potest interim resignationem facere coram alio.

50 Mandatum speciale requiritur quo ad attentandum, puta ad capiendam possessionem lite pendente.

51 Mandatum speciale est necessarium in præstanda fidelitate, siue iuramento fidelitatis.

52 Mandatum speciale exigitur ad causas feudales, nec sufficit mandatum generale ad omnes, & singulas causas.

53 Mandatum speciale exigitur ad vendendum, & alienandum.

54 Mandatum speciale requiritur ad denũciandum, & interpellandum, vt quis possit constitui in mora.

55 Mandatum speciale interuenire debet ad declarandum libellum obscurum.

Tran-

56 *Transactio ab aliquo fieri non potest, nisi speciale mandatum habet.*
57 *Mandatum speciale requiritur in eligendo, quando contrahendum est matrimonium spirituale.*
58 *Mandatum speciale requiritur in adeunda hæreditate.*
59 *Procurator exceptionem excommunicationis contra aliquem opponere non potest, nisi habeat mandatum speciale.*
60 *Mandatum speciale exigitur ad litigandum in Curia Romana.*
61 *Procurator generalis si transtulit omnes vices suas in alium, non potest illas reassumere sine speciali mandato.*
62 *Mandatum speciale requiritur ad hoc, vt quis appellare possit à decreto, siue pronuncia de exequendo.*
63 *Mandatum speciale requiritur ad faciendam extraiudicialem appellationem, vt deuoluatur.*
64 *Procurator sine mandato speciali dominum super euictione non potest defendere, & ad euictionem dominus citari debet, & non procurator.*
65 *Procurator habens speciale mandatum non habet dilationem ad consulendum dominum in partibus, secus non habens generale mandatum.*
66 *Mandatum cum libera datum habet eandem naturam, sicuti mandatum speciale, & paria sunt.*
67 *Procurator cum speciali mandato, vel cum libera potestate potest facere appellationem, de qua in c. cordi nobis. in fine de appell. in 6.*
68 *Mandatum procuratorium si fuerit factum duobus cum libera si nō sit expressum in solidum vnicuique ipsorum non possent procedere, nisi simul.*
69 *Procurator cum libera potestate constitutus non poterit donare, vel dilapidare: potest tamen cum libera potestate beneficium ecclesiasticum, tamen si est procurator specialis cum libera, non potest tractare, & agere, nisi specificata, & solummodo actus, ad quos esset constitutus, num. 70.*
71 *Quod dicitur mandatum cum libera.*

COLLECTANEA 196.

Super pragmat. I. sub Rubrica de procuratoribus.

Quotidie, &c.

HIc habes, quod procuratores calumniosè opponentes introscriptas dilationes introscriptis pœnis mulctantur. Hæc pragmatica fuit cōfirmata per Comitem Mirandę in anno 1585. vt in prag. 47. in final. verb. supra de offic. magistri iustitiarij.

1 Dum statuitur quod † pœnæ hic appositæ soluantur ab ipsis procuratoribus de propria substantia nullatenus repetendæ à principalibus, nisi habeant speciale mandatum, vt scias quid continere debeat hoc speciale mandatum, vide Benintend. in decis. Bonon. 94.

Pro Choronyde autem materiæ, & rubricæ de procuratoribus non inutile visum est hic tibi cōgerere plura, quæ à decisionarijs tanguntur pro ipsius materiæ dilucidatione, & ornatu,
2 quare notare debes, quod † constituere procuratorem possunt homines liberi patres familias, & qui prohibiti non sunt, itaque filius familias regulariter constituere non potest in iudicio sine patris consensu Capp. Tholos. decis. 306. Guid. Pap. decis. 54. Af-
3 flict. decis. 180. sed bene † potest filius familias in causis, in quibus pater non habet vsumfructum constituere procuratorem Cappel. Tholos. decis. 175. & etiam in castrensi, & quasi castrēs. Gail. obseruat. 124. libr. 2. Reusner. in decis. Ienens. 11. lib. 4. nec non prohibetur in causa criminali constituere procuratorem sine patris consensu de Franchis decis. 100.
4 † Excommunicatus autem licet in propria persona possit se defendere c.

 vene-

venerabilem de exceptionibus, non tamen potest agere, vel procuratorē constituere Afflict. decis. 268. Rot. in antiq. decis. 31. Cappell. Tholos. decis. 143. quod etiam procedit si post litē contestatam superuenerit principali excommunicatio, repellitur illius procurator cum ad principalem spectet commodum, vel incommodum Cappell. Tholos. decis. 385. & quod dictum fuit de excommunicato pariter
5 procedit † in Bannito, qui cum amittat, quæ sunt iuris ciuilis procuratorem constituere non potest, cum id iuris ciuilis sit, & ita per Cameram Imperialem, quod etiam prosequi cęptam actionem prohibetur, fuisse pro uisum testatur Gail. de pace publica
6 lib. 2. cap. 11. & 12. Hæc † omnia non procedunt in pupillo, qui ante cæptū iudicium potest cum consensu tutoris procuratorem constituere Afflict. decis. 262. Minsynger. obseruat. 38. cētur. 2. Agust. in decis. nouiss. Rom. 1855. lib. 3. volum. 3. tamen talis procurator sic constitutus potest per solum tutorem reuocari Iafred. decis.
7 100. † tutor autem, vel curator procuratorem constituere non possunt, cum non sint domini, sed constituere possunt actorem Cappell. Tholos. decis. 43. & in tali actu debet interueniere decretum Præsidis, vel superioris Gail. obseruat 107. lib. 2. nec potest talis actor ad futuras lites, sed tantum ad præsentes constitui, Cappel. Tolos. decis. 85.
8 Aduertendum etiā est, quod † procurator ante litem contestatam aliū procuratorem substituere nō potest, post tamen contestationem valet, quia effectus est dominus litis, Bisignet. decis. 9. titu. de procuratoribus
9 Boer. decis. 285. sed † si procurator haberet mandatum procuratorium cū libera potestate, tunc, & ante, & post litem cōtestatam poterit alium procuratorem sui loco constituere Gail obseruat. 74. lib. 2. & pari modo procedit, si procurator haberet mandatū speciale cum potestate substituendi in quacunque parte, quia eo casu siue fuerit lis contestata, siue non, poterit constituere Rota in antiq. decis. 146. Surdus decis. Mantuæ 195. & etiā quando in procuratione adest clausula omnibus modis, Puteus decis. 230. lib. 2. vide etiam ad materiam Bellamer. decis. 8. Gratian. decis. Marchiæ 100.
10 Officium † tamen procuratoris minor viginti quinque annorum, dūmodo non sit illa ętate minor nō prohibetur exercere Rot. in antiq. decis. 801. sed contrarium censuit Cuiacius obseruat. 16. libr. 22. vbi multos alios allegat, quibus non obstantibus prima opinio est verior, & communior non solum iure canonicum, sed etiam ciuili, quam concordi consilio probasse Rotam refert Bellamer. decis. 143. idetiam probat Puteus dec. 155.
11 qui † tamen limitat non habere locum neque in beneficialibus, neque in causa momentaneæ possessionis Boer. dec. Burgel. 350. Guid. Pap. dec. 35. Contrarium autem dicendum est
12 de muliere, quæ prohibetur procurationem exercere Coler. decis. Germ. 67. vbi limitat in causa propria, in qua dicitur procuratrix Iafred. decis. 259. neque videtur procedere, dum mulier esset procuratrix pro parentibus, si ætate, aut morbo impediantur, nec alium, qui pro eis agant inueniant Mastrill. decis. Siciliæ 174. sic pariter venit dicendum de Abbatissa, quæ pro suo monasterio potest esse procuratrix Iafred. decis. 457. sed hoc mihi vanum videtur, cum Sanctimoniales perpetuæ clausuræ habitationē post professionem seruare debeant. Quod autem diximus de femina id e-
13 tiam videmus obseruari † in militibus armatæ militiæ, qui procuratoris officium ad iudicia exercere nequeūt Vinius decis. 144. sic etiam dicendum est de monachis, qui pro alijs exercere officium procuratoris non possūt, sed si habent officia beneficia, vel admini-

ministrationes aliquas in monasterio, vel extra monasterium possunt se super dictis officijs, beneficijs, & administrationibus tueri, & conuenire, non solum suo nomine, sed & pro ecclesia, & etiam pro laico ita voluit Rota in antiq. decis. 18. & consequen
14 ter venit dicendum idem esse † in clericis constitutis in Sacris, & Sacerdotibus, qui procuratores generales esse nequeunt ne à diuinis obsequijs auocentur, & litibus, ac contentionibus incumbat; Viuius decis. 151. sed bene possunt pro personis miserabilibus, pro ecclesijs suis, pro coniunctis clericos, sacerdotes non prohiberi procuratores esse etiam in sæculari foro Capell. Tolos. decis. 131. Balbus decis. 113. & in talibus casibus requiritur etiam superioris licentia Cappel. To-
15 los. decis. 14. & † licet dictis omnibus concurrentibus clericus, vel religiosus possit procuratoris officium exercere, non tamen potest alterum substituere ead. Cappel. Tolos. decis. 125.
16 Insuper † neque redemptores litiū procuratores esse possunt Crescent. decis. 10 hic pariter procedit in infamibus, qui procurationem exercere non possunt Guid. Pap. decis. 89.

Sed dum in pragmatica agitur de pœnis pro curatoris non ab re hic iniungendum puto pœnas falsi pro-
17 curatoris, quare scias, † quod falsus procurator co demnatur ad expensas, & punitur tanquam falsarius Bignet. decis. 12. de procurat. Caball.
18 resolut. crim. 176. imò † falsus procurator dicitur furtum cōmittere Bertazzol. in suo cons. crim. 412. vol. 2. & etiam si impetret, rescriptum esset nullū & omnia acta essent nulla Gail. obseruat. 47. lib. 1. Sed quo ad pœnam
19 falsi, nota quod † delictum vitabitur subsequente principalis ratificatione, & delictum tolli voluit Rota in antiq. decis. 13. quæ ratificatio posset etiam acta conualescere, & ita fuisse pluries obtentum refert Guid. Papæ in decis. 173. & decis. 326. immo
20 † & tacitè, & expressè fieri posse ratificationem actorum factorum à falso procuratore, noluerū Domini de Rota in nouis. in decis. 454. & decis. 455. Robuster. in decis. nouis. Rom. 105. contrarium tamen nullo modo ratificatione subsequēte acta valere voluit Surdus in decis. Mant. 289. Sed prima opinio verior est, & communior, siue ratificatio fiat ad damnum, siue ad commodum ratificantis Aufrer. ad Capel. Tholosan. in decis. 271.
21 Sed quod † ratificatio non admittatur, si falsus procurator in Consistorio principis actus gesserit, & eo casu ratihabitione acta non conualescūt, vt voluit Balbus in decis. 205. opinio autem illorum, qui dicūt ratificationem principalis subsequentem non posse acta conualescere, est intelligenda de actis substantialibus, siue essentialibus, secus autē in actis, vbi deficit consensus Balbus decisio. 255. & cum aliqua ratificatio superuenerit non conualescunt acta respectu Domini, quæ nunquam valent, sed bene respectu procuratoris, qui tenetur ad interesse, idem Balbus decisio. 234.

Posset autem dubitari, an procurator teneatur appellare, de hoc vide Capel. Tholos. in decis. 155. vbi dicit,
22 quod † procurator, qui effectus est Dominus litis, tenetur appellare, & ita pariter fuisse conclusum in Senatu Burdegalens. testatur Rot. in decisio. 285. Gail. obseruat. 139. libro primo, Thess decis. Pedemont. 107. quia si non appellaret, dolus & malitia inde argueretur, quibus obuiari oportet, aut esset summa segnities, & negligentia, vel cum parte collusio, & in talibus casibus Domino competit restitutio in integrum Cassad. decisi. 5. de appellat. Benintend. in decis. Bo
23 noniens. 26. & † tūc restitutio in integrum daretur, quando procurator non esset soluendo, quia si esset soluēdo ab ipso sumptus, & interesse exigeretur Balbus decis. 158. Crescent.

decisio.7.tit.de appellat. & eo modo
24 † tenetur procurator appellare, vt si
reperiamur in decreto interloqu-
torio tenebitur appellationem pro-
sequi Lancellot. in decis. nouiss. Ro-
25 man.178. lib.1. † dummodo tamen
causa esset agitāda in eadem ciuita-
te, vel loco, non in alio loco remoto,
& ita decisum refert Thes. quæst. Fo-
rens. lib.1. q.75. Sed si appellauerit à
diffinitiua, & procurator fuit solum
constitutus in illa causa, tūc prosequi
non tenetur Rot. in nouiss. decision.
147. Puteus decis.345. Si autem gene
raliter, vel specialiter in illa, vel alia
causa in eodem loco non alibi prose-
qui, tenetur Frāciscus Marcus in de-
26 cis.69. † nec procurator ad vnum a-
ctum cōstitutus, puta ad audiendam
sententiam non tenetur, nec potest
appellare, aut alium actum facere
Rota in antiquis decisi.63. Bilignet.
decis.2. tit. de procurat.
27 Sed quid, † si alius, qui nō est procu
rator appellauerit, & intra decem
dies ad appellandum datos superue-
niret procuratio cum promissione ra
ti, an appellatio valeat decisum affir-
matiue Rot. in antiquis in decisione
586. & eo magis, si in mandato procu
ratorio nōn solum dicit ad agendum
defendendum, appellandum, & appel
lationem prosequendum Rot. in no-
28 uis in decisio.147. Sed † si post prola-
tam sententiam principalis Domi-
nus ab eā appellauit, aliosque procu-
ratores substituit tunc primus procu
rator non potest prosequi, quia cen-
setur reuocatus. Rot. in nouis decis.
281. Si tamen est factum mandatum
substituentis in prima instantia ge-
neraliter in causa, & causis vertenti-
bus inter talem, & talem positi in lo-
cum ipsius substituentis, vt facere
possit omnia, quæ ipse facere posset
est sufficiens, non modo ad appellan-
dum, sed etiā ad appellationem prose
quendam Fabius in decis. nouiss. Ro-
man.62. lib.1. vol.1 Puteus decis.345.
lib.1.

Nec à nostræ materiæ sede abest
29 apponere hic, quod † specians pro-
curator non dicitur reuocari per da-
tionem procuratoris generalis. Rot.
in nouis decis.296. relegata per Put.
decis.167. lib.3. Cornazzan in decisi.
Lucens. 140. iuxta quorum sententiā
audio decisum per curiā Archiepisc.
Neapolit. licet procuratores primi,
& antiqui intelligantur reuocari per
cōstitutionem nouorum Rot. in an-
tiq. decis.171. & decis.17. Boer. decisi.
347. Magonius decis. Lucens.2. Viui.
decis.15. Surd. decis. Mantuæ 291. Cor
nazzan. decis. Lucens.188. & per pro-
curatorem constitutum in secunda
instantia censetur in prima instantia
constitutus reuocatus, licet cum pri-
mo sit facta litis contestatio Rota
in antiq. decis.479. Rota in nouis de-
30 cis.21. & etiam † si Dominus princi-
palis præsente, procuratore facit ali-
quem actum voluntarium in causa
censetur ipsum reuocare, secus verò
illo absente, vel si faceret actum ne-
cessarium faciendum per Dominum
Rot. in antiq. decis.341. eadem in no-
uis decis. 318. & decis. 386 secus est
quando duo procuratores insolidum
fuere constituti cum clausula, quod
non sit melior conditio occupantis,
& cum potestate substituendi, & re-
uocandi substitutos, si vnus ipsorum
primo substituat, & substitutus in pri-
ma instātia procedat, licet primi pro-
curatoris collega in secunda instan-
tia alium substituat, & iste substitu-
tus in secunda instantia procedat, nō
idcirco illi primus substitutus per a-
lium collegam censebitur reuoca-
tus, quin possit in tertia instātia pro-
cedere Rot. in nouiss. decis.161. Sed
31 tamen † si sunt constituti duo procu
ratores eodem tempore, & in solidū
in vno negotio, vel causa occupātis
conditio erit melior, si autem in eo-
dem instrumento super pluribus cau
sis, & negotijs essent constituti, & v-
nus vnū negotium occuparet, alius
posset occupare aliud, si simpliciter
non

non in solidum, diuident negotia inter eos Rota in antiq. decisio. 196. & etiam si procurator fuerit litem cõtestatus aduersario, & ipso procuratore contradicentibus, reuocatio fieri non potest, verum volente procuratore reuocato reuocatio subsistit, de cuius præiudicio non curatur, cũ non fiat, ac requiratur ad aliũ finem nisi, vt non præiudicetur suæ famæ cũ reuocatio statim quoad præiudiciũ reuocantis subsistat, non quoad alios, Capel. Tholos. decis. 276. Puteus decisio. 203. Oliuar. in decis. nouiss. Rom. 159. par. 1. vol. 1. Blanchet. in decisio. nouiss. Rom. 410. par. 3. vol. 1. vbi dicit, quod quantum ad alios vt posset illis reuocatio præiudicium afferre, debet illis notificari, & intimari, faciunt scripta per Boer. in decisione 343. & adeo est valida reuocatio, vt procedat, etiam si procurator vltimo loco constitutus mandatum non acceptauerit Rota in nouiss. decisio. 281. Bellamer. decision. 529. Attamen
32 sciendum est etiam quod † per cessionem, & renunciationem litis, & causæ factam a Domino procurator reuocatus censetur Cassad. decisio. 2. tit. de appellat. Fabius in decisio. 32. lib. 3. & quando aliquis habet plures procuratores ad negotia, & ad iudicia, quod si post modum constituat alium procuratorem ad iudicia cum reuocatione quorumcunque sub quauis generalitate verborum non cẽsentur reuocati, nisi procuratores ad iudicia, non autem procuratores ad negotia Rota in nouiss. decis. 256.
33 notandum est etiam, quod † constituens procuratorem, & cũ iuramento promiserit illum nõ reuocare hoc non obstante reuocare poterit Balb. in decis. 499. Magonius decis. Lucens. 25. Sed contrarium tenuit Rota in
34 antiq. decis. 104. vbi dicit, quod † qui cõstituit procuratorem ad resignandum, aut permutandum beneficium, & cum iuramento promisit non venire contra nullo modo, reuocare poterit, & contra iuramentum venire, quam opinionem videtur sequi Capel. Tholos. in decis. 260. Sed intellige, quod vbi fuit præstitum iuramentum, simpliciter procedit prima opinio; sin autem alteri parti iuramentum, & ad illius commodum esset ne illudatur, ac illi, sit damnosum, & præiudiciale, cum ab illo obligatio oriatur reuocari non poterit Boer. decis. 207.

Ad materiam procuratorum etiã non est alienum ponere casus, in quibus requiritur speciale mãdatum ad hoc, vt procurator possit agere, vnde
35 † in contrahendo matrimonio requiritur speciale mandatum Rota in nouis decis. 375. etiam exprimendo personam, cum qua est contrahendum matrimonium Rota in anti-
36 quis decisio. 713. sic † pariter speciale mandatum requiritur in acceptatione beneficij Ecclesiastici, Rota in antiquis decis. 104. Cantucc. in decis. nouiss. Roman. 14. nec interest an talis procurator sit laicus, vel clericus, cum vterque admittatur. Rot. in an-
37 tiquis 418. & † pro petenda in integrum restitutione exigitur etiã speciale mandatum ad hoc, vt causa exprimatur, ob quam cõcedi oporteat, & persona, quia non sufficeret dicere constituo procuratorem ad petendam restitutionem in integrum Cassad. decisio. 3. tit. de procurat. Capel. Tholos. decis. 55. Bellamer. decisio. 32. Minsynger. obseruat. 16. centur. 2. vbi
38 † limitat quando restitutio in integrum non principaliter, sed incidenter peteretur, quia speciali mandato tunc opus non esset, Balbus decisione
39 248. & sic pariter † iurisdictio prorogari non potest per procuratorem non habentem speciale mandatum aut mãdatum cum libera Papon. Arrestor. curiæ libr. 7. tit. 7. arrest. 16. 17. 18. & 19. Guid. Pap. decis. 462. Balbus
40 decis. 66. † nec non ad exigendum requiritur speciale mandatum, dum generale nõ sufficit, quia solutio est species

cies

cies alienationis Capycius decis.16.
Franciscus Marcus in decis. Delphin.
204.vol.2.Verall.decis.423. neque so-
lutio fieri potest procuratori dato ad
41 agendum † siue ad lites,sed debet ta-
lis procurator petere,quod soluat Do
mino Bellon.in decis.Gennæ 123. In-
42 super † ad compromittendum spe-
ciali mandato opus est, quia habens
generale mandatum compromitte-
re non potest, & ita voluit Rota Bo-
nonien. apud Barz. in decis.49. testa-
tur etiam ita pariter fuisse decisum
in Senatu Burdegalensi Boerius deci-
43 sio.283. Sed datur † casus quando ad
compromittendum non requiritur
speciale mandatum,& est quãdo sta-
tutum cogit compromittere Benin-
tend in decis. Bononiens.21. requiri-
tur etiam speciale mandatum ad iu-
randum de calumnia Rota in nouis
decis.37.&decis.40.Capel.Tholosan.
decis.132. Coler.decis. German.115.
vbi quo iure vtantur in hac conclu-
sione Lipsenses, & quid in Senatu Sa-
xonico, & ibi Iacobus Schulthes in
44 A posti illis,& etiam exigitur † specia-
le mandatum in petenda absolutio-
ne ab excommunicatione, maximè
quando petitur ad cautelam, vt con-
cludit Rota in nouis. in decisio.426.
Capel.Tholos decis.56. Viuius decisi.
45 212. Similiter † speciale mandatum
est necessarium, dum vult quis iudi-
cem suspectum allegare, & præser-
tim iudicium compulsoriarũ Veral.
46 decis.168.libro 1.& similiter † in pe-
tenda executione,& captura perso-
nalis debitoris vigore statuti,vel obli-
gationis requiritur speciale manda-
tum,vt voluit Caualcan. in decis Fi-
uizan.10. parte 1. ex qua conclusio-
47 ne insurgit alia cõclusio, † sic etiam
mandatum cũ speciali potestate exi-
gi in relaxatione capturæ, vel execu-
tionis, quia esset factam executionẽ
impedire, per quod incidere faceret
Dominum in pœnam, quod facere
minimè potest Capel. Tholos. in de-
cis.477.Benintend.in decisio.Bonon.
49.Chartar.in decis.Gennæ 94 Veral.
decis.229. Rota in nouis. decisio.81.
Bellamer.decis.55.Magonius decisio.
48 Lucens.51. Insuper † beneficij renun
ciatio non admittitur absque specia-
li mandato Papæ,& sic etiam in resi-
gnatione Rota in antiq. decisio.708.
Secus tamen est, si fieret renunciatio
liti, & causæ vertenti super aliquo
beneficio. ead. Rota in nouiss.decis.
49 557. neque † procurator cõstitutus
cum speciali mandato ad resignandũ
coram Papa potest interim resigna-
tionem facere coram alio Boerius in
50 decis. Burdegal.207. † est etiam ne-
cessarium speciale mãdatum quo ad
attentandum, puta ad capiẽdam pos-
sessionem lite pendente Randens. in
decis. Pisan.13. Rota in nouiss. in de-
cis.81. Verall. decis. 53. lib.1. Sed si se-
quatur ratificatio tacita, vel expres-
sa, idem operabitur, ac mandatũ Bal-
51 bus decis.225. Similiter † in præstan-
da fidelitate, siue iuramento fidelita-
tis speciali mandato opus est Fran-
ciscus Marcus in decis 1215. volum.
primo.& decis 692. & decisione 693.
vol.2. Cacher.decisio. Pedem.113.pa
52 riter † etiã exigitur speciale manda
tũ ad causas feudales, nec sufficit mã-
datũ generale ad omnes, & singulas
causas Balbus decis. 227. contrarium
tamen quod sufficiat mandatum ge-
nerale ad omnes causas, & ita fuisse
decisum; licet ipse nõ fuisset dictæ opi
nionis Afflict. in c. 1. in generali sub
num 9 & secundum hanc opinionem
fuisse alias decisum contra quendam
de familia Columnę refert de Anna in
53 allegat. 118. num.5. Item † ad vendẽ-
dum, & alienandum exigitur specia-
le mandatum, nec in tali actu sufficiet
generale mandatum Bellon. decis. 9.
num.4. & decis.53.num.1. Crescentius
decis.6.tit.de testamentis si tamen
procurator cum speciali mandato
venderet habita fide de pretio, id fa-
cere non posset, quia venditio fit præ-
senti pecunia Valasc. decis.21. Ludo-
uicus decis. Perus.73. sed contrariam
opi-

opinionem scilicet quod habens mandatum ad vendendum possit habere fidem de pretio tenuit Verall. decis.
54 276. insuper † requiritur speciale mandatum ad denunciandum, & interpellandum, vt quis possit constitui in mora Surdus decis. Mantuan 215. Afflic. decis. 316. Magonius in decis. Floren.
55 103. & etiam † interuenire debet speciale mandatum ad declarandum libellum obscurum, Boerius in decis.
56 Burdegal. 283. nec † transactionem pro alio quis facere potest, nisi speciale mandatum habeat, Rota in an-
57 tiquis decis. 62. & † speciale mandatum etiam requiritur in eligendo, quando contrahendum est matrimonium spirituale Rota in nouis. decis. 375. imo etiam in cognatione spirituali contrahenda non sufficit generale mandatum, sed debet contrahi per specialem procuratorem Capp. Tholos. decis. 157. sic olim Leo decimus Pontifex Maximus procuratorem constituit specialem ad leuandum in baptismo filium Ioannis Pici Mirandulæ, vt in epistolis Cardinalis
58 Bembi, † est tamen speciale mandatum necessarium in adeunda hæreditate, quia ex ea multa possent damna, & detrimenta oriri quo ad debita, & credita, ideo speciale mandatum interuenire debet Thesaur. decis. Pede-
59 mont. 155. nec † procurator exceptionem excommunicationis cõtra aliquem opponere potest, nisi habeat speciale mandatum, Balbus dec. 206.
60 similiter † etiam ad litigandum in Curia Romana speciale mandatum exigitur Bellamer. decis. 247. Verall.
61 decis. 196. & † procurator generalis si transtulit omnes vices suas in aliũ, non potest illas reassumere sine speciali mandato Bisignet decis. 11. de procuratoribus, Rota in nouis decis.
62 184. Item vt † quis appellare possit à decreto, siue pronuncia de exequendo speciale mandatum est necessariũ Magonius decis. Lucens. 18. & etiam
63 † ad faciendam extraiudicialem appellationem, vt deuoluatur requiritur speciale mandatum Fabius in decis. nouiss. Rom. 23. lib. 2. volum. 3. &
64 † procurator sine mandato speciali dominum super euictione nõ potest defendere, & ad euictionẽ dominus citari debet, non procurator, vt per Curiam Parlamenti fuisse ordinatum scribit Rebuff. in concord. tit. de electionis derogat. in verb. speciale versiculo trigesimus primus, sed nota,
65 quod † procurator habens speciale mandatum non habet dilationem ad consulendum dominum in partibus, tamen generale mandatum habenti similis dilatio conceditur Bisignet. decis. 1. tit. de dilat.

Vidimus tamen hucusque, & tractauimus de mandato speciali, & in quibus causis sit necessarium, videre nunc restat, vt hunc de procuratoribus potius tractatum, quam collectaneã ad finem reducamus de mandato
66 cum libera, † quod quidem mandatum habet eandem naturam, sicuti mandatum speciale, & paria sunt, Caualcan. decis. 21. part. 1. Franciscus Marcus decis. 481. & decis. 693. vol. 2. Magonius decis. Lucens. 51. Cacher. decis. 38. Balbus decis. 52. Crescentius decis. 6. tit. de testamen. Barz. in decis.
67 Bononiens. 154. † Procurator tamen cum speciali mandato, vel cum libera potestate potest facere approbationem, de qua in c. cordi nobis in fi. de appellat in 6. Rota in antiq. decis.
68 358. † si tamen factum fuerit mandatum procuratorium duobus cum libera, si non sit expressum in solidum vnicuique ipsorum non possent procedere, nisi simul Tholomeus in dec. nouiss. Rom. 360 lib. 3. volum. 3. scias
69 etiam † quod procurator cum libera potestate constitutus non potest donare, vel dilapidare. Gratianus decis. Marchiæ 79. Franciscus Marcus decis. 618. volum. 1. Barz. decis. Bonco-
70 niens. 125. potest † tamen procurator cum libera acceptare beneficium ecclesiasticum Bisignet. decis. 8. titu. de pro-

Digitized by Google

de procurat. Attamen si est procurator specialis cum libera non potest tractare & agere, nisi specificata, & solummodo actus, ad quos est constitutus Caualcan. in decis. Fiuizan. 31. vbi autem exigitur mandatum speciale, vel cum libera regulariter admittitur cum cautione rati Balbus decis. 54. sciendum est etiam, quod mandatum cum libera dicitur, cum in illo dicitur, quod procurator faceret quicquid ipse facere posset Barzius in dec. Bononiens. 125.

SVMMARIVM.

COLLECTANEA 197.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Quaestionibus.

Mandamus quoque, quod decreta de torquendo, &c.

ORdinatur hic, quod decreta de torquendo subscribuntur per omnes iudices votantes, & per duos ad minus exequantur.

Ma-

Materiam torturæ inferendæ, &
multa alia decisa non inutilia hic cō-
geram pro ornatu huius pragmati-
1 cæ, quare scire debes, quod † ad hoc,
vt tortura iuridicè inferatur indicia
vrgentia, & propinqua præcedere de-
bent, leuia autem non sufficiunt, vt
ex decisione Parlamenti Delphinalis
apud Franc. Marc. in decis. 182. part.
2. Faber in decis. 16. C. de quæstioni-
2 bus, vnde † tortura ad mandatū Prin
cipis sine indicijs inferenda non est,
vt ex decisione M.C.V. relata per Gra
3 matic. in Voto 32. & ideo † iudices in
quæstionibus inferendis non facilè
debent deuenire, nisi indicia sufficien
tia præcedant, & aliter veritas haberi
non possit, ex decisione Parlamenti
Delphinalis apud Franc. Marc. in de-
cis. 904. par. 1. & in decis. 93. part. 2. &
4 hinc † tortura sine indicijs illata non
iustificatur per superuenientia indi-
cia, ex decisione eiusdem Parlamenti
Delphinalis apud eundem Francisc.
5 Marc. in decis. 287. par. 2. & hinc † ne-
que tortura, neque confessio absque
indicijs valet, nec contra tertium ex
decisione relata per Grammat. in vo-
to 6. & hinc tortura propter incerti-
tudinem absque indicijs sufficienti-
bus non est inferenda Barz. decis. 48.
licet in aliquibus casibus possit infer-
ri non seruato iuris ordine, nec data
copia indiciorum in Regno, vt ex
decisione Sacri Consilij apud Afflict.
6 in decis. 391. & † tortura sine legiti-
mis indicijs, & confessio aliquibus cō
currentibus satis sit ad condemnan-
dum iuxta Decisionem Grammatici
7 94. Sed † testis pro indicio an, & quā-
do torqueri possit est videnda decis.
Mastrilli 192. qui in decis. 191. refert
si officiali cognoscenti inuitam mu-
lierem tortura non datis defensioni-
bus dari possit, vt etiam Franc. Marc.
in decis. 662. par. 1. dubitat, qui torque
ri non possint, & dicit resolutum per
Parlamentum Delphinale, quod Illu-
stres personæ, siue officiarij priuile-
gium habent ne torqueantur, licet
hoc fallat, vbi ageretur de grauissimis
8 criminibus. Sicuti etiam † tortura
non infertur Iurisconsulto egregio,
& ei, qui fuit iudex, & Decurio ex de-
cisione relata per Grammat. in voto
9 1. vt sic pariter † impubes torqueri
nequit, nisi in criminibus exceptis, in
quibus testes cum tortura deponere
debent, ex decisione Parlamenti Del-
phinalis apud Franc. Marc. in decisio.
10 891. par. 1. vt sic † filius Doctoris, aut
alterius, in dignitate constituti gau-
det tali priuilegio, idem in decis. 18.
par. 2.
Et senex etiam, nisi fuerit robustus
torqueri nequit, ex decisione Rotæ
Lucensis 13. apud Ludouic. & Garziæ
11 40. Sed † tortura, quando inferri de-
beat est vidēda decisio Francisci Mar
ci 60. & tortura quomodo possit dari
ob indicium malæ famæ, vide Viuium
in decis. 467. Sed tortura quando sit
repetenda est decisio Parlamenti Del
phinalis apud Franc. Marc. in decisio.
253. par. 2. & vide eundem in decisio.
279. 280. & 281. part. 1. & in decis. 288.
par. 2. & vide Magon. in decis. Lucens.
12 89. Sed confessio ratificata quomodo
debeat reuocari, vt sit locus repeti-
tioni torturæ, est videndus Cabal. in
13 resolut. crimin. 180. & † tortura an
sit reiteranda inquisito de homicidio
per testes de visu etiam mulieres cō-
uicto, & si fuerit per testes consangui
neos probata inimicitia testium ex
aduerso, non tamen specificata spe-
cie inimicitiæ, quod sic dicit indica-
tum Grammatic. in cons. crimin. 12.
14 Sed † an discursor Campaniæ ex in-
dicijs possit torqueri, quod sic, Muta
in decisio. 80. vbi etiam quid quando
15 torquetur. Sed quæro † an si tortus
præcedentibus indicijs nihil confes-
sus fuerit absolui debeat respondeas
affirmatiuè, quia censetur purgasse
indicia, ita Grammat. in decision. 96.
16 Boer. in decis. 163. Amplia etiam † si
tres socij criminis deposuerunt con-
tra aliquem consocium, quia tunc so
lum faciunt indicium ad torturam,

qua data si tortus illam substinuerit debet absolui, quia illa indicia remanent purgata per ipsam torturam, Viu. in decis..... imò etiam plena probatio tollitur Boer. in decisio. 39. aliquid per Ludou. in decis. Lucens. 19. licet Franc. Marc. in decis. 556. part. 2. dicat, quod, si adsunt plenæ probationes tortus potest nihilominus condēnari, ideo ad hanc difficultatem tollēdam hoc casu solent iudices protesta ri, torturam illam inferri sine præiudicio probatorum, & quod torquent ad sciendum complices, & alias qualitates delicti Franc. Marc. in decis. 156. Grammat. in decis. 69. licet per torturam indicia censentur purgata, & maximè per torturam reiteratam, quia tunc censentur quasi vera non fuerint, & propterea pœna debet moderari Grammatic. in decis. 8. quamuis
17 semel tortus non debet amplius torqueri Boer. citata decis. 163. Delphin. in decis. 155. quia tortura est remedium subsidiarium, quando scilicet veritas aliter haberi non posset, Franc. Marc. in decis. 904. par. 1. & 156. par. 2. Grammat. vot. 1. & 2. & tortus, & confessus si nolit se repetere, quid fiet, & de interpellatione terminorum, & actorum in tortura, vide Mut. in decisione 88.

18 Quæro secundo, an † inquisitus cōfitens delictum, de quo indicia vrgebant possit de alijs interrogari, & torqueri, huic quæsito respondet Grammat. in decis. 48. quod poterit interrogari, vt habetur aliquid per eundem in decis. 34. & in voto 13. vbi refert casum Decisionem, non tamen danda est tortura existentibus indicijs pro, & contra Grammat. voto.... sed debet terreri reus Franc. Marc. in decisione 516. & pro quibus criminibus inferatur, vide Peguer. in decis. 16. Francis. Marc. in decis. 904. in crimine veneni iudex debet esse promptior ad torturam, vt aliquid per Grammat. in decis. 33. & decis. 34. Cacheran. in decis.
19 79. Secundum † is, qui gratiam criminis obtinuit á Principe possit contra socios torqueri negatiuè Faber in decis. 14. C. de quæstionibus, & nunquid hodie ij, quos ius commune prohibet tormentis subiici possint, affirmatiuè
20 idem in decis. 13. eo. sed † qui torqueri minimè an saltim possint terreri affirmatiuè, idem in decis. 14. eo. reus iā
21 conuictus non torquetur, † Limita ad detegendum socios, idem in decis. 15. & 16. eo. ad torturam an deueniri possit antequam de mortuo corpore
22 constet, † quod sic in crimine assassi-
23 nii, idem in decis. 17. eo. & num † simulans furorem, ne de crimine interrogetur possit torqueri affirmat, idem Faber. in decis. 1. eodem titul. de
24 quæstio. † tortura quot vicibus repeti possit respon. tribus Magon. in decis. Lucen. 89. sed ex nouis indiciis vltra torqueri potest Faber. in decis. 2.
25 vbi supra, & † qui inuentus est vti sortilegio ad eludendum tormenta, iterum torqueri potest, idem Faber.
26 in decis. 3. eo. Testis † autem nō torqueri possit, quod sic, si duo concurrant, de quibus per Thesaur. in decis. 42. Tortura enim facit personam testis integram Faber. in decis. 23. ibi, &
27 num † testis varius possit torqueri decisum affirmat. idem Faber. in decis. 55. in tit. de testibus.

28 Sed † torquens reum indebitè, & si vti Commissarius cum præeminentia M.C.V. fuisset destinatus per Reg. Collater. Consil. quanam pœna sit puniendus, fuit per M.C.V. condemnatus quidam Commissarius Collateralis Consilii deputatus cum dicta præeminentia ob torturam indebitè reo illatam ad relegationem in insulam per S.E. eligendam per certum tem-
29 pus, & ad interesse partis. † Tortura an possit inferri ex processu informatiuo vigore præeminentiæ M.C.V. ab eademmet M.C. contra milites cuiusuis sint nationis pro omnibus criminibus talem torturam meretibus, concluditur esse ordinariè procedendum ad instar Ciuium Neapol. & ita plu-

Digitized by Google

pluries obseruatū vidisse refert Surg. in annot. ad opus eius fratris de Neapol. Illust. c. 16. sub num. 25. folio 341. versic. quod autem paulo ante refert ipso Fisci patrono existente fuisse denegatam talem præeminentiam iudici militum, sed tantum competere M. C. V. quare facta relatione in Collat. Consil. nulla habita ratione de dicta præeminentia per iudicem militum prætensa, fuit concessus terminus militi, vt se defenderet, & † tortura an inferri possit inquisito de venenatione, quæ non constabat, nisi per famam, & alia indicia, signanter per confessionem extra iudicialem inquisiti, non tamen facta in specie cadaueris ob ipsius corruptionem, fuit iudicatum, quod sit inferenda in certa Curia Regni. & admissa appellatione ad M. C. V. fuit decretum prædictum confirmatum Muscatel. in eius pract. Viui. in tit. de cognit. seu prob. delict. in genere in procemio operis num. 42.

SVMMARIVM.

1 *Banniti nequeunt receptari, & receptantes incurrunt pœnam excommunicationis latæ sententiæ, limitatur prout num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9 & 10.*

11 *Receptator inquisiti de crimine læsæ maiestatis est puniendus eadem pœna, qua principalis.*

12 *Receptator inquisiti de crimine læsæ maiestatis generali indultu non gaudet quoties indultu excipiuntur hi, qui de læsæ maiestatis crimine imputantur.*

13 *Officialis receptans bannitum qualiter puniatur.*

14 *Barones non possunt cognoscere illos, qui etiam in proprio territorio receptauerint contumaces M. C. V. vel R. Audientiæ, aut cum eis conuersati fuerint, seu aliter illis opem præstiterint.*

COLLECTANEA 198.

Super Pragmatica I. sub Rubr. de Receptatoribus malefactorum.

Præterea, &c.

SAncitum est in hac pragmatica, quod nec Barones, nec priuati malefactores recipiant, aut illis Guidatica concedant. Pro cuius ornatu omnino videas Mastril. in decision. Sicil. 219. part. 3. vbi tractat de Baronum, receptantium bannitos pœna, & quid de feudatariis, & notare non desinas.

1 Quod † banniti nequeant receptari, & quod receptantes incurrant pœnam excommunicationis latæ sententiæ, tu habes Bullam Sixti V. de non receptandis bannitis, & alias Bullas præsertim Gregorij XIII. quæ incipit Tanta, & scias, quod si Barones receptant facinorosos, ponuntur sub Regio sequestro Peguer. in decisione 36.

2 Limita tamen primo, † non procedere, quando bannitus appellauit à banno, durante enim tempore appellationis non dicitur bannitus, ac deinde receptari poterit, quemadmodum nec occidi Viuius decis. 334.

3 Limita secundo, † non procedere in ijs, qui quoad victum adiuuant in extrema necessitate Sayr. decisio. 57. 58. & 59. de sententia excommunicatione.

4 Limita tertio, † vt nec pariter cōprehendat illos, qui per ignorantiam receptauerint aliquos nescientes eos esse bannitos Thoming. in decis. 29. lib. 1. & ita fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana sub die 22. Septembris de anno 1620. in terminis Bullæ Gregorij XIV.

5 Limita quarto, † in dubitante quē esse bannitum, vt habetur per Sayr. in decis. 54. de sententia excommunic.

Digitized by Google

6 Limita quinto, † in receptantibus bannitos animo exhibendi Curiæ Iaffred. in decis. 25.

7 Limita sexto, † quoties huiusmodi receptatio à personis esset coactè, & non voluntariè facta propter violentiam bannitorum, adeo quod non possent illos expellere absq. eorũ periculo Camera, Imperialis in verbo Bannitos receptans, vbi sic decisum testatur.

8 Limita septimo, † in receptatoribus existentibus in Ruribus, seu Casalibus, vt fuisse promissum in causa Casalium Foriæ Salerni testis est Foller. in Constitut. Regni Patarenorum num. 49.

9 Limita octauo, † in receptante bannitum clericum, & consanguineum, nam non punitur, vt per Graminat. in decis. 29.

10 Limita nono, † in casu decisionis Sayri 53. de sententia excommunicationis, vbi quod Pontifex receptantes, & quomodolibet auxilium, consilium, vel fauorem bannitis præstantes excommunicans, eos solum intelligit, qui receptant, vel iuuant directè, vel indirectè bannitos quoad delicta, quæ exercent, non autem illos, qui neque directè, neque indirectè eos, vt tales adiuuant, eo quod in huiusmodi statutis, non rigor verborũ, sed intentio legislatoris ponderari debet, præsertim, quia in Bullæ proœmio significat se illos excommunicare velle, qui eos præsumptiuè receptarent, vel ad malefaciendum, aut in peccato perseuerandum iuuarent, nõ autem eos, qui salutem animarum eorum quouis modo procurarẽt, vel cibum eis in necessitate ministrarẽt, aut etiam eos iuuarent ad euadendum manus iustitiæ sine scandalo, & violentia ad finem melius se conuertendi, & pœnitendi.

11 Sed † receptator inquisiti de crimine læsæ maiestatis, qua pœna sit puniendus, dicas eadem pœna, qua principalis iuxta capit. Regni nuper apud Fanum, & ita fuit iudicatum in contingenti casu per Collaterale Cõsilium, vt refert de Ponte de potest. proregis in Rubric. de prouis. fic. tiso.

12 lit. §. 3. num. 10. Vnde nota, quod † receptator inquisiti de crimine læsæ maiestatis, generali indultu non gaudet, quoties in indultu excipiũtur hi, qui de læsæ maiestatis crimine imputantur, vt fuit decisum in Collaterali Consilio teste eodem de Ponte in decis. 22.

13 Et † officialis receptans bãnitum, aut illi opem, vel auxilium præstans qualiter puniatur, & quando quis dicatur receptare, vel auxilium præstare late nouiter demonstrat Mastril. in decis. 216. par. 3.

Scias tamen in practica, quod licet

14 † Barones possint cognoscere de causis suorum vasallorum, tamen respectu illorum, qui etiam in proprio territorio receptauerint, contumaces M. C. V. vel R. Audientiæ, aut cum eis conuersati fuerint, seu aliter illis opẽ præstiterint, non possint aliquo modo cognoscere, sed illorum cognitio spectat ad Regia Tribunalia Franc. in decis. 470.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis, & pecuniaria in vna, eademque receptatione, an possit imponi.*

2 *Pœna pecuniaria potest minui propter paupertatem.*

3 *Iudex primus si condemnauit ad pœnam pecuniariam secundus vero iudex minorauerit ex causa, hac pœna minorata Regi applicabitur.*

COL.

COLLECTANEA 199.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Receptatoribus malefactorum.

Per quanto, &c.

Statuitur hic, quod malefactores licet adhuc non contumaces nō receptentur etiam per patres, & alios consanguineos sub pœna ducatorum sex mille, & alia corporali arbitrio proregis.

1 Sed an † possit imponi vtraque pœna corporalis scilicet, & pecuniaria pro vna, eademque receptatione vide Anna in decisio. sine allegar. 40. ad quod faciunt pro negatiua opinione duæ decisiones D. Riccij scilicet decis. 42. vbi firmatur duplicem pœnam exigi non posse. & decisio. 57. parte 2. vbi quod pœna delationis armorū cōfunditur cum delicto vulneris, vel ho-

2 micidij, & † an hæc pœna pecuniaria possit minui propter paupertatem, quod sic, Ludouic. in decisio. Lucens.

3 115. & † si primus iudex, & sic Baronis condennauit ad pœnam pecuniariā hic expressam, secundus verò iudex Regius minorauerit ex causa, hæc pœna minorata, cui applicabitur Baroni, vel Regi, quod sit applicanda Regi dicit Claper. in centur. caus. fiscal. caus. 11. decis. 1.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio receptationis non cōprehendit coniunctos.*

COLLECTANEA 200.

Super pragmatica IV. sub Rubrica de Receptatoribus malefactorum.

Alli giorni passati, &c.

Haec pragmat. IV. corrigit pragmaticam præcedentem quoad patres fratres, & alios cōsanguineos receptantes bannitos, in quibus seruentur iura communia constitutiones, & capitula Regni.

1 De iure communi, vide text. in l. fin. C. ad l. Iul. de vi public. & de iure Regni lege constitut. patris, prosilijs, & constit. pœna carere volentes, & ad ornatum videas Grammatic. in decis. 29. & Iaffred. in decisio. 35. vbi quod † receptationis prohibitio non comprehendit coniunctos, fauore n. sanguinis multa permittuntur, quæ aliàs denegarentur Laurent. in decis. Auenion. 1.

SVMMARIVM.

1 *Plures confessiones plurium sociorū criminis in criminibus non producunt aliam probationem.*

2 *Confessio sola de per se in tortura facta non sufficit ad faciendam plenā probationem.*

3 *Pragmatica hæc loquitur de socys criminis, non autem de socijs in crimine.*

4 *Casus, in quo confessio trium sociorū criminis sufficit ad plenam, & concludentem probationem remissiuè.*

COLLECTANEA 201.

Super Pragmatica V. sub Rubrica de Receptatoribus malefactorum.

Essendo tanto, &c.

Viget ex dispositione huius pragmaticæ, quod contra receptantes puniendos stetur cōfessioni duorum proscriptorum etiam deponentium de actibus diuersis in tortura. Hoc est sūmopere notandum, & est correctorium iuris communis, quia

1 † in criminibus, etiam si essent plures confessiones plurium sociorum criminis non producunt aliam probationem, quam indicium ad tortura, vt per Peguer. in decis. 5. vbi latè agit quan-

quando possit licitè socius criminis interrogari de consocijs, de quo vide eundem in decis. 37. vbi declarat, an interrogatio permissa in socio criminis contra latrones possit fieri etiam contra simplices fures, vide Cabal. in resolut. crimin. 33. vbi adducit quæ requirãtur, vt socius criminis faciat indicium contra socium nominatũ, & in materia etiam vide Viuium in decis. 216. & D. Ricci. in decis. 292. par. 2. vbi habes qualem probationem faciant socij criminis in causa fidei.

2 Sciastamen, quod † hæc confessio sola de per se in tortura facta nõ sufficit ad faciendam plenam probationem, nisi postea fuerint repetiti citato eo, contra quem confessio facta fuit, vt sunt expressa verba pragmatic. 1. ibi *essendo repetiti citato quello*, sub Rubrica de prosequendis malefactoribus, & propter hunc defectum repetitionis parte citata euaserunt à furcis quidam de Ciuitate Marsico Noui, qui tanquam conuicti de receptatione delinquentium per confessionem plurium delinquentium fuerunt per tribunal Campaneæ cõdemnati ad furcarum suspendia, & per M. C. V. fuerat moderata pęna ad triremes in perpetuum, & interposita appellatione ad S. C. fuerũt absoluti defectu huiusmodi defectu.

3 Aduerte pariter, quod † hæc pragmatica loquitur de socijs criminis, non autem de socijs in crimine, quia inter hos est maxima differentia vide Caualcan. in decis. 13.

4 Et † aliud casum, in quo de iure regni sufficit confessio trium sociorũ criminis ad plenam, & concludẽtem probationem, si vis videre lege decision. Franch. 570. quia ibi reperies decisionem articuli.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio pragmatica an sit seruanda in omnibus alijs regni tribunalibus.*

2 *Pragmatica hæc, de qua relegatione, & exilio loquitur.*

3 *Deportati in insulas si ab eis recedẽtes iterum capiantur, in quam pœnam sunt condemnandi.*

4 *Condemnati ad perpetuos triremes, si aufugerint, pœna mortis non sunt puniendi, sed debent redire ad pristinos triremes.*

5 *Relegatus effectus clericus post relegationem, si decesserit ab insula iudex competens erit nouus.*

COLLECTANEA 202.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Relegatis.

Crescente in dies malitia, &c.

MAndatur hic, quod non seruantes exilium, & frangentes eius fines, & deportationem temporalem † uniantur, si ignobiles fuerint pœna duplicationis in Regijs Triremibus, si verò nobiles arbitrio Illustrissimi proregis.

Hæc pragmatica mandat, quod frangentes fines exilij, & deportationis temporalis debeant tempus finire, & illud tempus duplicari in Regijs triremibus, si ignobiles fuerint, &
1 quia poterat dubitari † an idem sit seruandum in omnibus alijs Regni Tribunalibus, & in ijs, qui cautionem pręstiterunt de seruandis finibus, propterea subsequetur alia pragmatica secunda disponens in ijs, qui præstiterunt cautionem de seruandis finibus, dictam pœnam non seruari, sed pęnã cautionis exigi, & eis solum duplicari exilium, & relegationem, & pœnam prædictam inferri his, qui promiserũt sub iuratoria cautione seruare exiliũ, & relegationem, & ista quoque mandat seruari in alijs tribunalibus, & ab omnibus Regni officialibus, & cum
2 etiam aliqui dubitarent † quod pragmatica ista loquatur solum de relegatione, non autem de exilio temporali, &

li, & dubium poterat esse, quia in hac pragmatica dicitur de condemnatis ad relegationem, & deportationem temporalem, nec loquitur de exilio ipso, quamuis hæc dubitatio non subsistat, quia apertè loquitur de exilio pragmatica secunda, nec ratio dubitandi militabat, tamen ad maiorem cautelam alia pragmatica in ordine tertia declarauit dictas præcedentes pragmaticas loqui etiam de exilio dicens de hoc non debuisse dubitari, & difficultari propter verba dictæ pragmaticæ, ex quibus satis dilucidè appareat, quod præfata pragmatica tertia non extendit hanc pragmaticam, & eius pœnam in exilio perpetuo, sed quod declarat solum eam loqui de relegat. & exilio, etiam temporali, cum de temporali loquatur, hæc & alia sequens pragmatica, tanto magis cum loquatur de duplicatione exilij, & relegationis, quę duplicatio in exilio perpetuo fieri nequit, & cum declaret nihil noui inducit, nec alterat naturam declarati, nec potest dici extẽsio, sed declaratio.

Pro coronyde videas omnino Frãcum in decis. 740. vbi † deportati in
3 insulas, si ab eis recedentes iterum capiantur, in quam pœnam sint condẽnati. & aduerte, quod pœnam spretæ deportationis nõ imponitur per hãc, nec alias pragmaticas, de quo cum fuisset dubitatum in Sacro Consilio, fuit in eo decisum, quod rumpentes deportationes, & frangentes eius fines puniantur, punirique debeant pęna mortis, sicque interpretati fuerũt tex. in l. relegati in glos. in verbo capi-
4 tis, ff. de pœn. verum † in condemnatis perpetuò ad triremes, si aufugerint à triremibus, fuit discusso negotio iudicatum in Sacro Consilio, non esse pœna mortis puniendos, nullo iure dictante, sed debere redire ad pristinam causam, & sic ad easdem triremes, de Franch. dicta decisione 140. num. 9.
5 Sed † quando relegatus effectus clericus post relegationem, si discesserit ab insula, quis debeat esse iudex competens vide Franc. in decis. 395. vbi dicit iudicatum, quod nouus iudex cognoscat, sequitur Cabal. resolut. 108.

SVMMARIVM.

1 *Represalia est potestas pignorandi contra quemlibet de terra debitoris dãta creditori pro iniurijs, atque damnis. & vbi debent dari represalie.*

2 *Represalia vnde sunt dicte, & in quibus casibus possunt concedi.*

3 *Represalia per alium concedi non possunt, quam per eum, qui superiorem, non cognoscit, sed limita prout nu. 4.*

5 *Represalia exequuntur contra bona existentia in territorio concedentis.*

6 *Superior illius, qui iustitiam denegat, aut negligit, prius adeundus est, si possibile est, quam represalia concedantur.*

7 *Facientes represalias, quomodo puniuntur remissiue.*

8 *Committens represaliam in libris publicis propter non habitam iustitiam, an & quomodo sit puniendus.*

9 *Represalia sunt concedende ad instantiam officialis, qui iniustè fuerat condemnatus à rectoribus ciuitatis in syndicatu ad soluendum quandam quantitatem pecuniarum contra prædictos rectores, qui iniustitiam fecerant. si. u al ios de natione.*

10 *Represalia fieri non debent Neapolitanis ementibus bona per loca regni pro grascia ciuitatis, stantibus eorum notarijs immunitatũ priuilegijs pro pontibus passibus, &c.*

11 *Bona omnia animalia res, & pecuniarũ quantitates per capuanos represaliata, & capta violenter eleuata Neapol. ex causa prædicta restituãtur patronis, si extant, sin autem eorum pretium liquidandum est.*

COL-

COLLECTANEA 203.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Represalijs.

Ad audientiam nostram &c.

MAndatur per dispositionem huius pragmaticæ, quod represaliæ pro iustitia denegata non fiant, sed ad superiores confugiatur. Ad Materiam represaliarum vide decisione Cameræ Imperialis apud Minsynger. in obseruat. 1. part. 6. vbi habes, quod
1 † represalia est potestas in pignorando contra quemlibet de terra debitoris data creditori pro iniurijs, atque damnis, & quod represaliæ sint dandæ vbi quis iustitiam dare neglexerit contra formam nostræ pragmaticæ, & in multis alijs casibus, vt ibi per eum, vide etiam Peguer. in decis.
2 crimin. 11. vbi etiam habes † vnde sint dictæ represaliæ, in quibus casibus possint concedi, & per quos debeant concedi, de quo videre poteris Fran.
3 Marc. in decis. 358. part. 2. vbi quod † per alium represaliæ concedi nō possunt, quam per eum, qui superiorem
4 non cognoscat, † nisi copia superioris haberi non posset, aut ex forma statuti, aut consuetudinis quilibet iudex laxare posset, & vide eundem in decis.
5 332. par. 2. vbi quod † represaliæ exequūtur contra bona existentia in territorio concedentis, & in materiā vide eundem in decis. 415. part. 2. vbi, quod neque in Nundinis Lugdunēsibus, quæ legis Authoritate introductæ sunt, neque in alijs represalias fieri conuenit, vide Guid. Pap. in dec. Gratianopolit. 32. vbi habes, quo iure, & causa, & à quo concedantur istę represaliæ, vide eundem in decis. 33.
6 vbi, quod † superior illius, qui iustitiā denegat, aut negligit, prius adeundus est, si possibile est, quam represaliæ cō cedantur, licet ipsorum stylus contrarium obseruet, vide Caball. in re-
7 solut. crim. casu 122. vbi habes † quomodo puniantur facientes represalias propria Authoritate, de quo vide etiam Peguer. in dec. 12. vbi quod rei per Biennium à Principatu Cathaloniæ banniti fuere vide pariter Cataalc. in decis. Finizanensi. 15. par. 5. vbi
8 declarat † an, & quomodo sit puniēdus committens represaliam in libris publicis, propter non habitam iustitiam.
9 Sed quæritur † an represaliæ sint concedendæ ad instantiam officialis, qui iniuste fuerat condemnatus à rectoribus ciuitatis in syndicatu ad soluendum quandam quantitatem pecuniarum contra prædictos rectores, qui iniustitiam fecerant, seu alios de natione, dicas affirmatiuè, vt fuisse in pleno consilio prouisum, esse concedendas represalias contra Florentinos, qui iniustè condennauerant in syndicatu officialem ciuitatis quendam officialem exterum, & Vasallum Regis Nostri, refert Put. de syndic. ver sic, quidam de Regno Siciliæ nu. 3.
10 Et † represaliæ, an fieri debeāt Neapolitanis ementibus bona per loca Regni pro grascia ciuitatis stantibus eorum notorijs immunitatum priuilegijs, pro passibus, pontibus, & c. dic negatiuè, vt fuit mandatum Capuanis sub formidabili pœna, quod non faciant Represalias Neapolitanis, vt habetur in litera Regia inter Capit. Neap. expedita de Anno 1538. die 21. Ianuarij fol. 114. & proinde decisum per Magnam Curiam Vicariæ, quod
11 † omnia Bona, Animalia, Res, & pecuniarum quātitates per Capuanos represaliatæ, & captæ violenter eleuatæ Neapol. ex causa prædicta restituantur patronis, & dominis ipsarū, si extant, sin autem eorum pretium liquidandum per dictam. M. C. V. die 4. Aprilis 1538. penes fidel. fol. 114. à tergo habetur, & iterum antea in anno 1533. facta relatione in Sacro Cōsilio per consiliarium de Sanctis decisum fuit per duo decreta, quod re-

præsaliæ vlterius non fiant contra Neapolitanos à Capuanis, & abstineāt ab exactione dictæ Gabellę Neapol. deferentibus Grasciam, vt fol. 86. à tergo, & fol. 87.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio an sit Principi permissa re nō integra, quando gratia iam fuit sortita effectum suum.*

COLLECTANEA 204.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Reuocatione, & suspensione Gratiarum.

Multa quidem temporis conditione &c.

HIc priuilegia, & scripturę quarumuis concessionum factarū à Rege Federico post diem 25. Mensis Iulij 1501. reuocantur: circa hāc pragmaticam vide latissimè ea omnia, quæ congerit Gramat. in decis. 5.

Sed ad ornatum Rubricæ hic quæ-
1 ritur † an reuocatio Principi sit permissa re non integra, quando gratia iam fuit sortita effectum suū, & negatiuè resoluo ex eo, quod Regia Catholica Maiestas, eiusque supremum Italicum Consilium mandauit, quod sententia publicetur, non obstante primo ordine suspensiuo, vt in literis expeditis in oppido Vallis Oleti die 8. Octobris 1601. quæ sic fuerunt exequutoriatæ per Regiam Cameram Actuar. est N. in causa Marchionis Grottulæ cum Regio fisco super Terzarijs Ferri, & Azzarii.

SVMMARIVM.

1 *Apponens scalas ad muros ad fenestras domus alienæ causa castitatis violandæ, vel furandi, aut aliquod maleficium committendi tenetur pœna mortis.*

COLLECTANEA 205.

Super pragmat. I. sub Rubrica de Scalarum prohibitione.

Perche intendemo, &c.

HIc habetur, quod noctis tempore nemo incedat cum scalis per Ciuitatem Neapolis sub pœna mortis naturalis. Tu autem ad materiām propriam huius pragmaticæ, vide Grammat. in decis. 36. & Franc. in decis. 333. Vide etiam Boer. in decisione 317. Peguer. in decisio. crimin. 26. Cabal. in resolut. crimin. casu 97. vbi a-
1 git † si apponens scalas ad muros, vel fenestras domus alienæ causa castitatis violandæ, vel furandi, aut aliud maleficium committendi, teneatur pœna mortis, vel alia maiori extraordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Doctorum, quæ sunt remissiuè,*
2 *Filij Doctorum de collegio debent gratis doctorari.*
3 *Doctores vt nobiles non patiuntur pœnas ignominiosas, quod secus est in licentiato.*
4 *Doctoratus probatur per solam famam.*
5 *Doctor non potest sua concubinæ donare.*

COLLECTANEA 206.

Super pragmatica II. sub Rubrica de Scolaribus doctorandis.

Hauendo la Cattolica Maiestà, &c.

CAuetur, vt doctorati per rescriptum extra Regnum non gaudeant priuilegio doctoratus.

1 Quæ † sint Doctorum priuilegia, vide tex. in clem. prima de magistris,

 & scias,

Digitized by Google

2 & scias, quod † filij Doctorum de collegio debent gratis doctorari Viuius
3 decisio. 159. quod † est vnum priuilegium. Secundum priuilegiũ est, quia Doctores, vti nobiles non patiuntur pœnas ignominiosas, licet secus in licentiato Franch. decis. 111.
4 Sed an † doctoratus probetur per solam famam vide affirmatiuè decisum apud Verall. in decis. 59. par. 1. &
5 an † Doctor possit suæ cõcubinæ donare negatiuè docet Garzia in decisio. 29.

SVMMARIVM.

1 *Officium aduocati non potest exercere ab eo, qui non studuit per spatiũ quinque annorum.*
2 *Licentiatus non habetur pro Doctore.*

COLLECTANEA 207.

Super pragmat. IX. sub Rubrica de Scolaribus doctorandis.

Per altre ordinationi, &c.

STatuitur certus terminus, quo debent vacare studio doctorãdi, tam in iure, quam in medicina.

1 Hic nota, quod † officium aduocati exercere non potest, qui per statutum tempus annorum quinque nõ studuerit Caragnol. in decis. Montis Ferrati in decreto 41. Franc. Marc. in decis. 793. vol. 1.

2 Item † licentiatus nõ habetur pro Doctore, vt decisum annuit Franc. in decis. 111. licet alias fuit quidã licentiatus condemnatus per sententiam in insulam Capræ ob homicidium, quod videtur contrariari d. decis. vt ibidem in nostris obseruat. diximus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Senatusconsulti Macedoniani, an locum habeat, quando filius familias falsò asseruerat cum iuramento se esse patremfamilias, seu viuere seorsum à patre.*
2 *Filij familias ex huiusmodi falsa assertione puniuntur aliquando, sed cõtrarium fuit dispositum per pragmaticam.*
3 *Contrahens cum filio familias tenetur scire eius conditionem.*
4 *Ampliatur dispositio pragmaticæ num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Sed limita prout nume. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*
19 *Filiusfamilias ad hoc vt dicatur viuere seorsum à patre sufficit, quod viuat seorsum à patre proprijs expensis.*
20 *Pater si transfert se ad habitandum cũ filio quid erit dicendum.*
21 *Filius familias, qui simul cum patre se obligauit, cum eius sit fideiussor in id, quod facere potest conueniendus est, nec carceratur.*
22 *Filiusfamilias in patria potestate existens contrahens societatem, ob quod fuit debitor effectus factus sui iuris, tenetur in quantum facere potest.*
23 *Filiusfamilias insimul cum patre obligatus si expresse renunciauerit beneficio, l. quod cum eo. an possit opponere exceptionem beneficij.*
24 *Filiusfamilias minor 14. annis, qui cõsensu patris alicui se obligauit facta liquidatione instrumenti, non obstante læsionis, seu restitutionis exceptione detrudi debet in vinculis.*
25 *Filiusfamilias obligatus cum patre simul, ob quod iuxta formam ritus M. C. V. causam eius in vinculis, aut facto deposito dicere debet, an audiendus sit extra carceres.*
26 *Filiusfamilias postquam effectus fuerit sui iuris, si ratificauerit instrumẽtum aliàs à se factum simul cum patre pro debito spectante ad patrem nõ perdit per huiusmodi ratificationem prædictum beneficium.*
27 *Filiusfamilias renuncians beneficio, quod cum eo, gaudet beneficio, & eo vti potest.*

COL-

Digitized by Google

COLLECTANEA 208.

Super pragmatica I. de Senatusconsulto Macedoniano.

Per excellentem, &c.

PEr hanc pragmaticam fuit dispositum, & prouisum omnes cõtractus, qui quomodocunque fiant à filijs familias absque præsentia, & consensu patris esse nullos, & quia attenta iuris communis dispositione dubium erat apud Doctores. Num dicti
1 † Senatusconsulti beneficium locum haberet, quando filius familias falsò asseuerat cum iuramento, se esse patrem familias, seu viuere seorsum à patre, ideò per eãdem Regiam pragmaticam videtur esse resolutũ, quod non obstante huiusmodi falsa assertione iurata nulla sit obligatio, idque à principe sæculari fieri potuisse pluribus rationibus probat Grãmat.
2 in decisio.12. Verum quia † ratione periurij, quod filij familias ex huiusmodi falsa assertione incurrebãt aliquando fuisse criminaliter punitos refert Vrsil. ad Afflict. in decisio.308. num.16. ideò hac de causa fuit edita alia pragmatica 64. §.9. sub titulo de offic.procur.Cæsar.qua cautum fuit, quod filijfamilias pro huiusmodi assertione iurata nullam pœnam incur-
3 rant, nam † qui contrahit cum filiofamilias, eius conditionem scire tenetur, imò ex speciali priuilegio cõcesso ad supplicationem huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis fuit specificè ordinatum, quod in obligationibus filiorum familias nullo modo apponatur clausula à Notarijs, quod viuũt seorsum à patre, & si secus quam cum cõsensu, & præsentia patris fiant sint nullæ, vt patet in capit.10. inter gratias concessas per Ducem Offunæ infert. in volumine capitulorum, & priuilegiorum Ciuitatis Neapolis.
4 Amplia primo, † dispositionem dictæ pragmaticæ procedere etiam si adsit iuramentum Grammat.decisio. 16. Franc.decis.71.
5 Amplia secundo, † procedere dispositionem huius pragmaticæ etiã in filio arrogato, qui pariter vtitur hoc beneficio, vt decisum in Rota Romana 2.Iunij 1599. & vide Seraphin.in decis.1286.
6 Amplia tertio † procedere, etiam si post contractum superueniat consensus patris, vt fuit decisum in causa Ioannis Angeli Baccarij cum Carolo Baccario referente magna Curia in Sacro Consilio Actuario M.C. Alifano, nunc Anastasio, vide etiam Fabrũ in decis.1. C. ad Senatusconsult. Maced. sed vide Merill. in decis.2. ad 1. fin. C. ad Senatusconf. Maced.
7 Amplia quarto, quod † neque per diuturnitatem temporis beneficio hoc priuetur filiusfamilias, vt per Frãch. in decis.221.
8 Amplia quinto, vt filiusfamilias, qui videns patrem creditorum mole grauatum, aliquod ex debitis paternis in se suscipiendo obligauit se citra patris consensum, opponere potest hanc exceptionem Macedoniani, & inde beneficio ipso potiri, vt decisum fuit in S.C. in causa Petri de Bonanno cum Io. Dominico de Crescentio sub die vlt. Ianuarii 1605.
9 Amplia sexto, † vt eodem modo iudicium agitatum cum filiofamilias absque patris consensu sit nullum Afflict.decis. 180 Guid.Pap.decis.54. & decis.526. Cappella Tholos. in decisio. 306. Balb decis.307.
10 Amplia septimo, † beneficium huius pragmaticæ posse opponi etiam post sententiam ad impediendam executionem sententiæ, vt decisum in causa Comitis Montellæ refert Minad. in Constit. in aliquibus notab.2. nu.34. per textum in l. filiusfamilias, ff. quod cum eo, imò põtest opponi etiam ad liquidationem instrumenti impediendam non obstante iuramento, cum sit exceptio proueniens ex

eodem fonte, iuxta tradita per Franc. in decis. 181.

11 Limita primo, † non procedere dispositionem pragmaticæ in filiofamilias mercatore, vt fuit decisum per Sacrum Consilium die 27. Octobris 1613. in causa Anibalis de Leone cum Luca de Felice patre Michaelis de Felice; Actuario Sarro, & vide Thesaur. nouissimè in quæst. forens. siue decis. 79. lib. 4.

12 Limita secundo, † in contractu facto per filiumfamilias extra Regnū, vt fuit decisum per Sacrum Consiliū in causa Fabij Caturii filijfamilias in Hispania se obligati, vt refert Franc. in decis. 72.

13 Limita tertio, † in filiofamilias cōmuniter reputato, & tractato sui iuris, vt per Laurenc. in decis. Rot. Auenion. 139.

14 Limita quarto, † in bonis Castrensibus, & quasi Castrensibus, quæ filiusfamilias habebat tempore cōtractus Franch. decis. 70.

15 Limita quinto, † hoc beneficio Macedoniani, non gaudere fideiussores Cartar. decis. Genuæ 7.

16 Limita sexto, † in filiofamilias, qui se obligauit in fauorem patris, nam exceptionem huius pragmaticæ opponere non potest, vt decisum refert Peregrin. in decis. Rot. Patauin. 51 & fuit decisum in Rota Romana in vna Brundusina pecuniariæ Lunæ 21. Aprilis 1614. vt testatur Farinac. in decis. Nouis. decis. 580. part. 1. to. 2. nam licet pater non potuit in suimet fauorem consentire, vt fuit dictum in eadem Rota Romana in vna Bononien. Census 29. Nouembris 1608. coram Reuerendissimo Attrebaten. hoc tamen procedit, vbi consensus requiritur ad integrandam personam contrahentis, non autem vbi ratione prę iudicij consentire debentis Franch. decisione decimaquarta, hic autem in terminis pragmaticæ requiritur consensus patris ratione præiudicii, & sic quandoque interrogatus respōdi multis amicis, qui de hoc articulo me consuluerunt.

17 Limita septimo, † vbi filijfamilias renunciassent huic beneficio pragmaticæ, nam in tali casu non gauderent opponere eius exceptionem, vt decisum per Consistorium Sacræ Regiæ conscientiæ Siciliæ refert Giurba in decis. 42. quæ opinio mihi non placet, nam licet in iure sit clarum quemlibet posse renunciare fauori pro se introducto, vt per Franch. in decis. 540. Cassador. in decis. 9. de appellat. Amat. decis. 16. Maceraten. libro resolut. 112. casu 13. Valasc. decis. 135. vnde videmus posse renunciari iuri præuentionis, vt per Franc. in decisio. 670. sic posse spoliatum renunciare petitioni restitutionis Rota in antiquis in decis. 3. 6. & 11. de renunciat. sic fideiussores beneficio ipsis competenti Thoming. in decis. Lipsiens. 1. sic donantem beneficio, l. si vnquam, C. de reuocand. donat. Mynsynger. obseruat. 63. cent. 5. sic mulierem beneficio Velleiani, dummodo sit certiorata Thesaur. decis. 222. sic venditorem beneficio, l. 2. C. de rescindend. vendit. idem Thesaur. decisione 165. sic duos reos debendi beneficio diuisionis Polidor. Rip. obseruat. 89. sic actorem iuri exequutiuo Mastrill. decis. 157. sic filium legitimæ, licet nō veniat in generali renunciatione Afflict. decis. 178. sic euictioni Thesaur. quæst. forens. 77. sic dispositioni tex. in l. de his, ff. de transact. Cacher. decisio. 112. sic posse renunciari à reo defensionibus existentibus in apicibus iuris, non tamen his, in quibus posset procedere totalis absolutio Triuisan. decis. 1. par. 1. & in summa posse semper quemquam renūciare fauori suo decidit Vinius in decis. 316. vbi hoc ampliat, Tamen non est verum hoc dicere vbicunque priuilegium, beneficium, siue fauor essent inducta in vtilitatem tertij, vt communis Doctorum Scola approbat, quod videtur fulciri ex decisione Mastrill. 169. vbi refert

Digitized by Google

refert decisum confugientem ad Ecclesiam non posse renunciare illius immunitati, quia immunitas est concessa respectu Ecclesiæ, sed sic est, quod beneficium huius pragmaticæ est inductum fauore, & respectu patrum ne filijsfamilias, vt plurimum in adolescentia, & iuuenili ætate constituti cupiditate explendi omnes luxus, & voluntates facile dissipent eorum bona, quod etiam aperte patet, nam in casibus, in quibus non affertur præiudicium patribus filijfamilias non gaudent hoc beneficio, ergo omnino venit dicendum tali fauori, & beneficio pragmaticæ per filios in præiudicium patrum, nequaquã posse renunciari.

18 Limita octauo, † in filiofamilias milite, qui obligatur ex contractu inito iuxta Decisionem Merilli 2. in l. fi. § fin. C. ad Senat. Consult. Maced.

Quia tamen in hac pragmatica disponitur valere obligationes factas à filijsfamilias habitantibus seorsum à

19 patribus, scias quod vt † filiusfamilias dicatur habitare seorsum à patre sufficit, quod viuat proprijs expensis, nec obstat, quod habitet in vna eademque domo cum patre, dummodo non viuat expensis patris, vt decisum in M.C.V. audiui mensibus elapsis, & notare non desinas pariter sufficere, quod filij per momentum seorsum à patribus habitent, vt eorum obligatio teneat, ex quo pragmatica non limitat tale tempus habitationis, vt fuit decisum in M. C. V. & in S. C. vt per Vrsil. in decis. 308. à num. 17. vsque ad num. 19.

20 Sed † quid dicendum sit, si pater trãsferat se ad habitandum cum filio, vide Polidor. Rip. in obseru. 227. vbi resoluit in tali casu filium, adhuc dici stare separatum à patre, & consequẽter obligari.

21 Nota tamen in materia, quod † filiusfamilias, qui simul cum patre se obligauit cum eius sit fideiussor, in id, quod facere potest conueniendus est, nec carceratur l. 2. & toto tit. ff. quod cum eo, dummodo sui iuris effectus paternam non adierit hæreditatem, vide Giurb. in decis. 43. adeo quod cũ dubitaretur si filiusfamilias, qui per multos annos steterat non soluere, iuuaretur beneficio, l. quod cum eo, vt non teneatur vltra quam facere posset, fuit decisum per M.C.V. esse liberandum, & interposita appellatione in S.C. quia pars in facto multa probabat fuit mandatum M.C. quod liberaret ipsum cum cautione de stando iuri Franch. decis. 221.

22 Et hinc † filiusfamilias in patria potestate existens contrahens societatem, ob quod fuit debitor effectus factus sui iuris, tenetur in quantum facere potest, vt decisum in M.C.V. in causa Alphonsi Solazzi audiui annis non longè decursis.

23 Sed † an filiusfamilias insimul cũ patre obligatus, si expresse renunciauerit beneficio legis, quod cum eo possit opponere exceptionem talis beneficij in liquidatione instrumenti; Fuit pluries practicatum obstare exceptionem periurij, & mox carcerati filijsfamilias excarcerati fuerunt non obstante tali renunciatione, imò etiam existente inualida absolutione iuramenti, vt tradit Vrsill. in decisio. 308. nu. 21 licet hodie per nouellam pragmaticam fuerit relaxata pœna periurij. In materia vide Mutam in decis. Sicil. 94.

24 Et quid dicendum † de filiofamilias minore 14. annis, qui cum consensu patris alicui se obligauit, an facta liquidatione instrumenti non obstante læsionis, seu restitutionis exceptione detrudi debeat in vinculis, fuit iudicatum, quod sic, in causa D. Ioannis de Montibus obligati cum patre Incert. Author de present. instrumẽt. ad form. Rot. fol. 613.

25 Item † si filiusfamilias obligatus cum patre simul, ob quod iuxta formam Rit. M.C.V. causam eius in vinculis, aut facto deposito dicere debet,

au

an audiendus sit extra carceres. In multis casibus fuit decisum esse audiendum extra carceres, & ad summũ teneri præstare cautionem de parendo Mandatis Curiæ, & se præsentando tempore expeditionis Molfes. con sil. 42. nume. 30 & seq. post comment. ad consuet. Neap.

26 An autem † filiusfamilias, si postquam effectus fuerit sui iuris ratificauerit instrumentum, aliás à se factum simul cum patre pro debito spectante ad patrem per huiusmodi ratificationem perdat beneficium. l. quod cũ eo; Dicas negatiuè fuisse decisum in S.C. in causa Philippi Sarachi sub die 11. Ianuarij 1591. referente Consiliario Olsignano Actuarius est Ascanius Longus.

27 Sed † quid si filiusfamilias renunciauerit huic beneficio, l. quod cum eo, an deinde possit vti, vide Franc. in decis. 164. Ego autem ex Molfes. in d. cons. 42. adduco plures decisiones factas, vt non obstante renunciatione filiusfamilias gaudeat dicto beneficio.

Sic igitur fuit iudicatum in causa Comitis Montellæ cum Alphonso Coppola die 29. Octobris 1532. & die 30. Ianuarij 1536. ad relationem Consiliarij Nicolai Maiorana, vt legitur in dicto processu penes Galterium.

Sic etiam fuit decisum in anno 1546. aliás 1547 in causa Io. Bernardini Crispi ad relationem Consiliarij Galeoti Fronsecchæ.

Sic etiã fuit decisum in anno 1546. die 29. Ianuarij in causa Hectoris Precci ad relationem Consiliarij Minadois.

Sic etiam fuit decisum iunctis aulis in anno 1549. die 12. Octobris in causa Marci Antonij de Azia ad relationem Cõsiliarij Io. Andreæ de Curte, qui quidem debitor, quia erat carceratus, ideo sub die 10. Maii 1550. facto verbo fuit habilitatus cum cautione de stando iuri, & de se præsentando tempore expeditionis causæ.

Sic etiã fuit decisum in anno 1587. die 19. Decembris ad relationem Cõsiliarii Petri Pauli Theodori in causa Thomæ Anelli Mazza fuit enim dictum, vt non teneatur, nisi quatenus erat in peculio, vt legitur in dicto processu penes Galterium fol. 54. in quo processu fol. 44. & sequent. sunt præsentatæ copiæ sententiarum desuper relatarum, & aliarum plurĩũ, vt cum dicto Thoma Anello fuit etiã prouisum, vt non teneatur, nisi quatenus erat in peculio, non obstante, quod ipse Thomas in computum sui debiti soluisset eius creditori ducatos 660. vt ex partita Banchi fol. 49. in eodem processu.

Sic etiã fuit decisum in anno 1588. ad relationem Consil. Cæsaris Vitelli in causa Io. Aloysij Candidi, & fratrũ in solidum obligatorum cum patre, fuit enim dictum, vt gaudeant dicto beneficio, non obstante eius renunciatione, vt legitur in dicta sententia, cuius copia est præsentata in processu Marchionis Campi Lactarii cũ Andrea de Tufo fol. 92.

Sic etiã fuit decisum in anno 1583. die 15. Septembris ad relationem Cõsil. Montoia in causa Vincentii de Salario, qui fuit pluries habilitatus, præstita solum cautione de se præsentando ad omnem ordinem Sacri Consil. & cum dicta cautione solum procedebatur in causa, vt legitur in dicto processu fol. 107. cum sequente.

Sic etiã fuit decisum in anno 1590. die 7. Martij in causa Caroli Brancaleonis cum eius creditoribus ad relationem dicti Consil. Theodori, vt legitur in dicto processu fol. 123. & licet esset renunciatum dicto beneficio, & talis exceptio fuerit opposita per creditores, & etiam quod erit periurus, & proinde non debebat audiri, nisi facto deposito, vel in vinculis seruata forma Ritus, vt legitur in dicto processu fol. 122. nihilominus domi fuit prouisum dictum Carolum esse audiendum, oppositis ex aduerso non

non obstantibus, vt legitur fol. 223. & dum ab hoc decreto esset reclamatū per creditores facto verbo, fuit dictū benè fuisse prouisum, vt habetur in dicto processu fol. 123. à tergo.

Sic etiā fuit decisum in anno 1597. die 29. Martij in carta Prosperi Cunighj obligati simul cum patre, & renūciantis dicto beneficio, fuit enim ad relationem Consiliarij Francisci de Curte prouisum contractus prædictos esse rescindendos, & dictum Prosperum ad nihilum teneri, vt legitur in dicto processu fol 755. vbi alias decisiones quisque legere potest, quarū aliquas retuli dicto consil. 4. in fi. retuli sic fuisse decisum in dicta causa Iulij Bianchi in anno 1600. meo Magistro patrocinante, sic etiam fuit decisum die 14. Martij præsēris anni 1616. in causa Principis Sanseuerij cū eius creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatur dispositio pragmaticæ, prout num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. & limitatur prout num 9. 10. 11. 12. 13 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Mater, quæ pecuniam mutuam accepit ad soluendum debitum filiorum, quorum tutrix erat, aut est conuenienda tanquam tutrix, aut iuuanda Velleano.*

21 *Mulier maior non restituitur ad appellandum à sententia, cui consensit, si nihil ab ea factum sit contra Velleianum.*

22 *Vxor, & vir si insimul cum iuramento confitentur pretium alicuius rei recepisse, & dubitetur penes quem cum effectu peruenerit non est præsumendum pro rata penes quemlibet peruenisse.*

23 *Exceptio Velleiani an militet si fuerit opposita per donatarium tertium possessorem bonorum donatorum aduersus creditricem donantis agente pro aliqua summa vigore instrumenti initi cum ipsa donatrice.*

24 *Renunciatio generalis non comprehendit renunciationem Senatusconsult. Velleian.*

25 *Mulier Velleiano non iuuatur, si obligatur in rem propriam, vel communem etiam si in communi renunciauerit.*

26 *Si fideiussor, qui pro muliere intercessit iuuetur beneficio Velleiani, an sequuta ratificatione teneatur remissiuè.*

COLLECTANEA 209.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Senatuscons. Velleiano.

Considerantes, &c.

Dispositio huius pragmaticæ tendit, vt mulieres nequeant contrahere renunciando beneficio Senatusconsulti Velleiani, etiam cum iuramento, Quare per hanc pragmaticam fuit sublata dubitatio si mulier posset renūciare exceptioni Velleiani, maximè cum iuramento, de qua quæstione latè sunt videndi Thesaur. in decis. 222. Cappella Tholos. in decisione 37. Gail. obseru. 77. lib. 2. Papon. lib. 12. tit. 5. Arrest. 5.

1 Amplia primo, † dispositionem huius pragmaticæ procedere etiā si mulier intercedat pro filio carcerato, nā hoc obstante, adhuc gaudet hoc beneficio, vt per Sacrum Consilium decisum annuit Franch. in decis. 578. & vide eundem in decis. 279.

2 Amplia secundo, † Velleiani auxilium dari etiam mulieri, quæ cum filio vendidit rem filii tanquam correa venditionis, vt decisum refert Faber in decis. 1. C. ad Senatuscons. Velleian.

3 Amplia tertio, † mulierem iuuari beneficio, Velleiani etiam contra suū fideiussorem, si ille soluerit, vt est eiusdem Senatus Decisio penes Fabrum in decis. 6. C. eod. tit.

4 Amplia quarto, † vt huius Velleiani beneficio iuuetur mulier, quæ se constituit corream debendi pro marito,

rito, siue simpliciter, siue cum clausula, quilibet in solidum, vide Decisionem apud eundem Fabrum in decis. 10. C. eod. tit.

5 Amplia quinto, † vt hoc beneficio iuuetur mulier, quæ mariti creditorẽ res eius distrahere parantem impediuit, suscepta condemnatione ex mariti obligatione inducta, vide decisionem in lib. Placit. Curiæ libr. 10. tit. 5. de Senatuscons. Velleian.

6 Amplia sexto, † vt mulier hęres cũ beneficio inuentarii, si proprio nomine promittat iuuetur beneficio Velleiani Franch. in decis. 323.

7 Amplia septimo, † vt exceptio huius pragmaticæ possit opponi etiam in exequutione sententiæ Mastrill. in decis. Sicil. 151. iuxta quam ipse rẽspõdi nonnullis quippe vicibus.

8 Amplia octauo, † mulierem, quæ verberibus, & minis adacta sollicitauit emptorem etiam ignorantem iuuari Velleiano, Faber in decis. 23. C. ad Senatuscons. Velleian.

9 Limita tamen † firmatam conclusionem, & consequenter dispositionẽ ipsius pragmaticæ non procedere primo in muliere intercedente pro filio ex causa dotis à nuru traditæ constituendo antefatum, nam ipsa non iuuatur hoc beneficio Velleiani mortuo filio aduersus petita per nurum, vt decisum testatur Franc. in decisio. 182.

10 Limita secundo, † vt mulier vidua non iuuetur hoc beneficio Senatuscõsulti Velleiani, si se obligauerit ad debita viri pro exoneratione conscientiæ viri, vide sic decisum apud Frãch. in decis. 237.

11 Limita tertio, † hoc beneficio nõ gaudere mulierem etiam ab alio deceptam aduersus eum, quem ipsa decepit iuxta decisionem Fabri 4. C. ad Senatuscons. Velleian.

12 Limita quarto, † hoc beneficio nõ gaudere mulierem, quæ accepit aliquid non parui momenti pro obligatione, sic decisum refert Gamma in decisione Lusitan. 121.

13 Limita quinto, quod † mulier non iuuatur Velleiano contra emptorẽ, quem ipsa quæsijt, si neque mariti creditor ille sit, neque ab eo subiectus, neque alia ratione color quæsitus sit in fraudem Senatusconsulti Faber in decis. 3. C. ad Senatuscons. Velleian.

14 Limita sexto, vbi † mulier sollicitauit, & quæsijt creditorem, etiam si sit facta correa debendi cum marito, idem Faber. in decis. 7. C. eod. tit.

15 Limita septimo, vbi † mulier se pro marito egeno obligauit de pecunia in causam alimentorum familiæ, conuersa, idem Faber. in decis. 8. eod. titulo.

16 Limita octauo, † vt cesset Velleiani beneficium in causa dotis per mulierem promissæ, ei, qui alioquin vxorem ducturus non fuisset, idem Faber in decis. 14 eod. tit. quam in facti contingentia sui sequutus, & iuxta ipsam audiui fuisse obtentum.

17 Limita nono, † mulierem non iuuari Velleiano, si se obligauerit pro marito liberando, qui in carceres detrusus erat ex causa delicti, secus si ex causa æris alieni Faber in decis. 16. C. eod. tit. vide tamen Papon. lib. 12. tit. 5. Arrest. 8 & 9. vbi quod exceptio Velleiani habet locum in vxore obligata, vt liberaret maritum à carceribus, & in Regno Franciæ concedi talem exceptionem non obstante iuramento testatur, vide Gamm. in decis. Lusitan. 318.

18 Limita decimo, † non iuuari Velleiano mulierem, quæ ad eludendam executionem, quæ fiebat contra maritum, vt executioni illuderet obligauit se pro marito, vt decisum reperies penes Fabr. in decis. 17. C. ad Senatuscons. Velleian.

19 Limita vndecimo, † mulierem, quæ cessit, & renunciauit iuri hypothecarum cum iuramento in venditione facta per virum, non iuuari Velleiano, ita Franch. in decisione 84. allegat Affl. in dec. 213. & Boer. dec. 23.

Scias

20 Scias autem, quod † mater, quæ pecuniam mutuam accepit ad soluendum debitum filiorum, quorum tutrix erat, aut est conuenienda tanquam tutrix, aut iuuanda Velleiano, sic decisum tradit Faber in decis. 22. C. ad Senatusconf. Velleian.

21 Item nota, quod † mulier maior non restituitur ad appellandum à sententia, cui consensit, si nihil ab ea factum sit contra Velleianum, idem Faber. in decis. 25. C eod. tit.

22 Tene quoque mēti, quod † si vxor, & vir insimul confitentur cum iuramento pretium alicuius rei recepisse, & dubitetur penes quem cum effectu peruenerit, non est præsumēdum pro rata penes quemlibet peruenisse, vide Thesaur. in decis. 222. numer. 14. vbi dicit iudicatum per Senatum per huiusmodi confessionem mulierem in nihil teneri, vide etiam Ann. in singul. 290.

23 Sed quæro, an † exceptio Velleiani militet, si fuerit opposita per donatarium tertium possessorem bonorum donatorum aduersus creditricem donantis agentis pro aliqua summa vigore instrumenti initi cum ipsa donatrice, ex quo facto demonstrabatur, quod donatrix, licet principali nomine se obligauerat creditrici, dū ipsa creditrix in contractu credidit, & soluit pecuniam tertio cum fideiussione ipsius donatricis, & tertius semper exigit à prædicto tertio, & eius filio, & ob id dum fuisset per donatarium oppositum obligationem non valere, quia fuerat intercessio, & successiuè non posse creditricem iuuari exceptionibus Senatusconf. Velleian. ex subscriptis, quoniam licet in cortice verborum apparebat, quod donatrix erat principalis, & ille tertius fideiussor, & apocha Banchi erat directa ipsi donatrici, tamen incontinenti partes declarauerunt, quod negotium spectabat ad ipsum tertium, qui promiserat extrahere ipsam indēnem, & illæsam, etiam ante damnum passum, qui quidem duo actus ex vicinitate actuum, & quasi connexitate reputantur vnus actus, & ob id multis rationibus corroboratur inualiditas obligationis. Primo, quia non succedit in locum illius, cum non sit actum, quod creditrix subintret in locum illius, nec aliter facta cessio. Secundo, quod contractus gestus non tēdit in causam propriam ipsius donatricis. Tertio, attenta donatione ipsa, prætendi nequit, quod donauerat pecuniam receptam. Quarto, longè abest reiteratio obligationis. Quinto, nec renunciatio Senatusconf. Sexto, licet assertio Notarii inesset, quod fuerit impetrata dispositio, adhuc non statur tali assertioni, cum sit extra eius officium, & id egit ad euitādam pœnam pragmaticæ, nam si adesset inseruisset in obligatione, & demum, quamuis reuocari possint donata per creditores futuros, quando excogitatè, & in fraudem creditorum fuerit facta donatio, quod cessat in casu isto, dum erat facta donatio loco pio, quare omnibus dimissis fuit decisum in S. C contra dictam obligationem, vt non valeat Io. And. Georg. in allegat. 37.

In materia videre poteris nouissimè Gruel. in decis. Senat. Dolan. 132. vbi aliqua de Velleiano adducit, & præcipuè dicit decisum per Senatum
24 sub generali renunciatione omnis beneficij, legum, non comprehendi renunciationem ipsius Velleiani, &
25 vide eundem in decis. 20. vbi † quod mulier Velleiano non iuuatur, si obligatur in rem propriam, vel communem, & etiam si Communitioni renunciauerit, & vide Nouissimè etiam Gaspar. Thesaur. in quæst. forens. 6. lib. 4.
26 vbi tractat † si fideiussor, qui pro muliere intercessit, iuuetur beneficio Velleiani, & an sequuta ratificatione teneatur.

Oo SVM-

SVMMARIVM.

1 *Magistratus omnes muneris gestationem reddere tenentur.*

2 *Officialis si conueniretur coram superiore durante officio, potest excipere expectandum esse syndicatum.*

3 *Officialis si conuenicatur, & conueniatur de barrattaria, tunc non est expectandus syndicatus, sed durante officio conueniri potest, & idem procedit in stupro, adulterio, & inobedientia, & sic pariter quando pro delicto imponeretur pœna priuationis officij, prout num. 4. item quando Princeps aliud mandaret, prout num. 5.*

6 *Administratio officij pendente inquisitione officij est suspendenda, & interdicenda si contra officialem procedi debeat durante officio, quod declara, vt num. 7.*

8 *Officialis tenetur in syndicatu eligens malum Consultorem, seu Iudicem imperitum.*

9 *Iudex tenetur in syndicatu, si non secundum allegata, & probata iudicauerit.*

10 *Officialis carcerans aliquem iniustè nõ iustificata causa legitima carcerationis tenetur in syndicatu de indebito carcere, & iniuria.*

11 *Officialis malè, & iniquè iudicans causam criminalem, si per imperitiam, aut per imprudentiam iudicauerit ad quod tenetur.*

12 *Officialis in ingressu officij solet iurare obseruare consuetudines Capitula, priuilegia, decreta eodem officiali ostensa publicata, & demonstrata per syndicum, & electos illius Vniuersitatis exhibita.*

Si officialis non obseruauerit aliquod Capitulum sibi ostensum tenetur in syndicatu.

13 *Debitor, si iurauerit soluere, compensare non poterit.*

14 *Periurus mortaliter peccat, & infamiã incurrit.*

15 *Periurus testis esse nequit.*

16 *Consuetudo non præsumitur, nisi probetur.*

17 *Officialis potest ex nouis allegationibus defendere suam sententiam, & ostendere condemnatum Ius fouere.*

18 *Officiales inquisiti de extorsione, si ante litem contestatam, vel sententiam non animo confitendi delictum, sed ad redimendam propriam vexationem pecuniam, aut res depositatas extortas depositent, excusantur, sed limitatur in crimine barrattariæ, & cæteris atrocioribus criminibus.*

19 *Officialis excusatur, & potest se defendere de delictis non commissis prætextu officij, nec pro debitis ciuilibus.*

20 *Gubernator non potest syndicari de adulterio.*

21 *Officialis excusatur pro delicto familiæ suæ, quando delictum non est commune cum officio, vt quia commiserit homicidium, vel furtum extra officium.*

22 *Officialis excusatur, si non fuit interpellatus in expediendo processum infra tempus statutum.*

23 *Officialis excusatur vbicunque ex aliqua causa pœnam pecuniariam augeret, vel diminueret, etiam quod iurauerit seruare statuta, & multis alijs modis excusatur, prout num. 24. 25. 26. 27. & 29.*

30 *Officialis finito syndicatu potest conueniri.*

31 *Officialis absolutus per syndicatores potest ad alium officium promoueri.*

32 *Officialis syndicatui debet adesse successor.*

COLLECTANEA 210.

Super pragmatica I. sub Rubr. de Syndicat. official.

Regiæ Dignitati, &c.

Mandatur hic, quod Officiales sistent syndicatui deposito officio, contra quos procedatur, etiã per inquisitionem.

Ma-

1 † Magistratus omnes muneris gestationem reddere tenentur ad text. in l. 1. C. vt omn. iudic. tam ciuil. quã crimin. §. si quis auth. vt omn. iudic. sine quoq. suffrag. nec id tantum corã Deo, qui cordium totius humani generis scrutator est, & cuncta videt ad textum in cap. cum æterni de sententia, & re iudic. sed pariter in hoc sæculo de gestis, & administratis coram superiore coguntur, vt per Maring. in decis. 73. vbi quod hic est iustitiæ neruus, & Reipublicæ pro pacifico Regni statu, illiusque conseruatione multum necessarius, & vtilissimus addens responsum illud, quod vnus ex Septuaginta Interpretibus Ptolomeo Aegyptiorum Regi reddiderat dicens. (*Inquisitionem aduersus iudices, vt iustitiã administrent, & neminem ladant rem esse, quæ valde Respublicas, & Monarchias conseruat, quia eò timore audacia coercetur.*) & ne iudices suorum Magistratuum imperio superbiant, iustitiam iure, & vrbanitatem, insolẽtiam, & Tyrannidem detorqueant, & vt sic intelligãt, se posse suis magistratibus priuari, & pro suis excessibus puniri, vt antiquis temporibus, in personas plurium Consultum Romanorũ seruatum legitur. Meritò igitur, officiales omnes sunt syndicandi, vt in nostra pragmatica cauetur, nam aliàs daretur occasio ad malum, quæ non est danda, vt per Franch. in decis. 283.

Deueniendo igitur ad explanationem ipsius pragmaticæ, dum dicit, quod officiales siẽt syndicatui deposito officio. Tu firmã conclusionem,

2 quod † si conueniretur officialis, coram superiore durante officio, potest excipere expectandum esse syndicatum, prout sæpissimè in M.C.V. indicatur.

Verum, quia regulariter omnis regula suam patitur exceptionem, ideò

3 notare debes, quod † si officialis conueniatur, & conuincatur de barattaria, tunc non est expectandus syndicatus, sed durante officio conueniri potest, l. iubemus, C. ad l. Iul. repetund. Franc. Marc. decis. 207. Capyc. decis. 121. & Mastrill. in decis. 188. vbi sic et dicit in stupro, adulterio, inobedientia, vel etiam negligentia in arduo delicto, vt ob nimiam sæuitiam durãte officio etiam remoueri posse, habes apud Guid. Pap. in decis. 62. licet si non essent grauia delicta quæ priuationem non inducerent, compelleretur ad vendendum officium, vt fuit in causa Gabrielis Capani iustitiariæ gratię practicatum, & in causa Marchionis Padulæ Dohanerij Menepecudũ Apuleæ, & † sic pariter quãdo pro delicto imponeretur pęna priuationis officij, quia ea non potest habere locum, nisi quando proceditur durante officio, & sic necessaria sequitur dispositio, quod eo tempore cognosci potest de tali delicto de Põte in decis. 25. & Cabal. in resolut. 76. ideoque si de eo delicto nõ fuisset officialis inculpatus durante officio, sed ipso finito, tunc, quia pœna priuationis officij à lege ordinata imponi nequit, eo quod officium est finitum, declarabitur, vt vlterius non sit ei officium concedendum, Maring. in

4 (see above)

5 decisio. 74. vbi † sic pariter recenset, quando rex, seu princeps aliud mandaret allegat Grammat. in decis. 40. afferendo etiam idem esse dicendum in officiali ad beneplacitum constituto, qui æquiparatur perpetuo, & consequenter vti talem posse durante officio conueniri, vnde infertur,

6 quod † si contra officialem procedi debeat durante officio, suspendenda, ac interdicenda est administratio officij pendente Inquisitione officij, Franc. Marc. decis. 654. volum. 1. quod

7 † tamen intelligendum est, quoties ex informationibus aliquid substantiale commissi criminis apparuerit, ex quo officio veniret priuadus, quo casu posset ab officij administratione suspendi, sed non priuari, Franc. decisio. 8. Cabal. resolut. 76. de Ponte, in

decisio.7. & 25. vbi plura cumulat in materia, quando suspēsio fieri debeat ab officio, vel etiam à beneficio, & quæ probationes requirantur, & pariter an debeat officialis audiri in iudicio suspensionis.

8 Tenetur autem † officialis in syndicatu eligens malum consultorem, seu iudicem imperitum, ita quod cōdemnatur ad expensas, & interesse partis, vt obtentum in causa cuiusdā Baronis testis est mihi Puteus de syndic. in verbo an potestas, asserendo etiam in verbo clericus officialis, reneri in syndicatu officialem, si pœnā in banno appositam, quod nemo per terram vicini pertransiens exigeret à clerico, sicque decisum recenset.

9 Pariter † tenetur iudex in syndicatu, si non secūdum allegata, & probata iudicauerit, & ratio est, quia iudex nedum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus tenetur iudicare secundum allegata, & approbata, licet vt persona priuata sciat veritatem esse in contrarium iuxta regulam text. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsid. & cap. iudicet, 3. quæstio. 7. cap. Deus omnipotens, 2. quæst. 1. Viuius decisio. 135. & 178. vbi latissimè hanc regulam examinat Cassador. decisi. 12. super Regul. Cancellar. licet in foro conscientiæ nedum non tenetur iudicare contra suam priuatam scientiam, sed nec potest sub pœna peccati mortalis, & sic etiam quādo est iudex supra legem, vt puta Imperator &c. iuxta decis. Balbi 99.

10 Item † officialis carcerans aliquē iniustè nō iustificata causa legitima carcerationis tenetur in syndicatu de indebito carcere, & iniuria, carceratio enim est nimium præiudicij, cū carcer squallor, & mala mansio appelletur, speciesque seruitutis sit, ita quod maior pœna in carcere stare iudicetur, quā in agro, vel quolibet alio publico opere laborare, & de iure canonico maior pœna, quæ infligi possit, quia mortis loco succedit Viuius decis. 201. nisi aliquem carcerari fecisset pro modica coertione, vt decisum refert Peguer. in decis. 82.

11 Item malè, ac iniquè † officialis iudicans causam criminalem, si per imperitiam, aut imprudentiam iudicauerit, vltra quod tenetur pro vt æquum religioni iudicantis videbitur, si per fraudem, vel per dolum iudicauerit, tenetur pœna capitali Grammat. decis. 99. cum iudex debet imponere reo pœnam delicto congruā Auth. omnes peregrini, C. communia de succeis. vbi pœna est commensuranda delicto.

12 Sic pariter, quia † solet in ingressu officij officialis iurare obseruare cōsuetudines, capitula, priuilegia, decreta eidem officiali ostēsa publicata, & demonstrata per syndicum, & electos illius vniuersitatis exhibita, dum officialis præfatus non obseruauerit aliquod capitulum, vel priuilegium sibi ostensum, & demonstratū, tenetur in syndicatu, quia incidit in periurium, cum iuramentum sit seruandum in forma specifica Laurent. in decis. Auenion. 7. & obliget præcisè ad factum Cacher. decis. 92. Ludouic decis. Lucens. 38. Guid. Pap. decisio. 627. Benintend. decis. 28. Laurent. decis. 108. Barzius decis. 63. vnde euenit, quod † si debitor soluere iurauerit, compensare non poterit, quia iuramentum præcisè seruandū compensationem excludit Caualc. decis. 11. lib. 1. Capyc. decis. 167. Ludou. decis. Perus. 15 quam opinionem approbasse sacrum nostrum Neapolis consilium testatur Afflict. in decis. 163. & 381. † periurus enim mortaliter peccat, capit. peruenit extra de iure iur. quinimò periurus infamiam incurrit cap. infamias, & cap. quicunque, 6. q. 1. capit. querelam de iur. iur. Franc. Marc. decis. 707. vol. 1. qua stante infamia † periurus testis esse nequit, cap. si quis conuictus, 22. quæst. 5. Cacher. decisio. 72. etiam si fuerit emendatus per penitentiam Franc. Marc. decis. 708.

(Right-margin numbers: 13 beside "nit, quod † si debitor", 14 beside "381. † periurus", 15 beside "mia † periurus testis".)

708. vol. 1. quare meritò annis elapsis quidam Capitaneus de terra Petræ Paganæ prouinciæ Basilicatæ fuit condemnatus ad exulandum per spacium cuiusdam temporis in syndicatu pro querela de periurio exposita coram syndicatoribus de inobseruantia capituli præfatæ vniuersitatis, licet secus sit pro consuetudine non obseruata per officialem, cum iusta quælibet causa excusat à periurio Magon decisi. Florent. 96. Barzius in
16 decis. 62. Gratian. decis. 148. nã † cõsuetudo non præsumitur, nisi probetur, l. in bello, §. factæ, ff. de capt. Bellamera decis. 63. & 461. Valasc. decisio. 162. Paleot. in decis. nouis. Rom. 508. lib. 3.

Quia autem retulimus aliquos casus, in quibus officialis tenetur in syndicatu, restat recensere aliqua circa defensionem ipsorum officialium in syndicatu, eò magis, quia ipsi alio nõ constito habent præsumptionẽ pro se, & in eorum fauorem, quod benè, & legaliter officiũ suum administrauerint, maximè si habeant manus mundas, & bonam famam, ita quod, si malefactum reperiatur, præsumitur id culpa partis, non autem officialis contigisse, l. 1. C. de suscept. & Anchar. lib. 10.

17 Propterea aduertas, quod † potest officialis ex nouis allegationibus defendere suam sententiam, & ostẽdere condemnatum ius non fouere Boer. decis. 259. eò magis si sententia ex nouis probationibus in iudicio appellationis reuocaretur, nam nõ dicitur iudex iniustè iudicasse, vt notatur in cap. cum Ioannes de fide instrum. &
18 excusantur † officiales inquisiti de extensione, si ante litem contestatã, vel sententiam, non animo confitendi delictum, sed ad redimendum propriam vexationem pecuniam, aut res depositas extortas depositent, licet aliud sit in crimine barattariæ, & cæteris atrocioribus criminibus, vt fuisse iudicatum in nostro Sacro Cõsilio Neapolitano scribit Viuius in decis. 146. & vide Boer. in decisi. 153. vbi latè declarat, & limitat, nouiter
19 Cabal. resolut. 56. Item † excusatur officialis, & potest se defendere de delictis non commissis prætextu officij, nec pro debitis ciuilibus, quia tunc non pertinent ad syndicatores, vnde meritò Ascia in decisione 92. decidit
20 † gubernatorem non posse syndicari de adulterio, quod commisit in officio non intuitu officij.
21 Sic pariter † excusatur officialis pro delicto familiæ suæ, quando delictum non est commune cum officio, vt quia commiserit homicidium, vel furtum extra officium, eo enim casu, nec criminaliter, nec ciuiliter conueniri potest, vide Balb. in decis. 500. Idemque dicendum erit, si ignotante officiale Domino famulus aliquid acciperet pro eo erogando Franc. Marc. decis. 425.
22 Et † excusatur iudex, qui non fuit interpellatus in expediendo processum infra tempus statutum Cartar. in decis. Genuæ 22. Sic etiam excusatur officialis iudicans contra cõmunem opinionem, quando manifestè lege, vel ratione communis opinio conuinceretur, vel si habeat opinionem alterius celebris Doctoris Ludo
23 uic. in decis. 1. & † excusatur officialis vbicunque ex aliqua causa pœnã statutariam augeret, vel diminueret, etiam quod statuta seruare iurauerit Cabal. resolut. 18. qui in resolut. 200.
24 dicit idem † procedere vbicunque contra iura, & regulas iuris communis, & statutorum processisset in atro
25 cissimis delictis, sic etiam dicas, † si ex iusta causa, & euidenti ratione relicta pena legibus ordinata eam augeret, vel minueret ad textum in l. si seuerior, C. ex quibus causis infam. irrog. namque pœna ex causa potest minorari, puta stante bona fama inquisiti Amat. decisi. 101. Item stante exculpatione partis Viuius decisi. 101. Item stante aliquo facto calore iracundiæ

cundiæ Barz.decis.155. Item existente minori ætate Thesaur.decisio.161. vnde minor nequit forindicari Ma-
26 stril.decis.161. † Item stante diuturnitate temporis Thesaur.decis.76.& sic in terminis Guid Pap. decis.206.
27 Peguer.decis.7. & † ita similiter excusatur officialis, si causam non determinauit, quando sibi non fuit exhibitus processus Caualc.decis.6.par.1. vbi ampliat etiam quod statutum diceret, quod debeat iudex intra certū tempus causam expedire, sic etiam
28 † excusatur ipse officialis de negligentia leui & parui momenti, quia diceretur scrupulosa Inquisitio,& ratio est, quia de minimis nulla est habenda ratio, nam de eis nō curat pretor vulgata.l.scio.ff.de in integr.restitut.ex quo meritò curia Archiepiscopalis Neapolitana decidit in facto
29 † moram modici temporis Canonici absentis post sex menses cum excusare, quominus episcopus non valeat priuare Canonicum vt testatur D. Ricc.in decis.208.par.2 & hac de causa eadem curia Archiepiscopalis indicauit falsificantem Apodixam banci quantitatis nouem ducatorum non esse puniendum pœna ordinaria falsi.
30 Sed num † officialis finito syndicatu possit conueniri affirmatiuè Balb.in decis.220 qui in decisio.387. tradit familiares officialis valere testificari pro eo, dum stat in syndicatu si sint probatæ vitæ,& in decisio 468. scribit, quod conuentus in syndicatu ob dolum appellare nequit, & in decis.102. affirmat fugam officialis existentis in syndicatu facere eum haberi pro confesso. Sed vide Vinium
31 in decis 509.Et an † officialis absolutus per syndicatores possit ad aliud officiū promoueri, videatur Mastrill. in decis.188. qui in decis.162. tractat, si cōdemnatus in syndicatu possit relaxari sub fideiussoribus, & syndicari possint officiales, nedum ad querelam partium, sed etiam ex officio affirmatiuè fuit decisum in facti cōtingentia.
32 Et an † in syndicatu officialium debeat interuenire successor affirmatiuè fuit decisum, vide Vrsil. in decis 1.& ita aliàs fuit practicatum in causa Capitanei Ciuitatis Tursi.

SVMMARIVM.

1 *Officiales omnes etiam post redditū syndicatum, & obtentas literas liberatorias possunt à quacūque tribunali inquiri etiam ex officio.*

COLLECTANEA 211.

Super pragmatica VII.sub Rubrica de Syndicat.official.

Dize sua excellentia.

1 MAndatur hic, quod officiales omnes etiam post redditum syndicatum, & obtentas literas liberatorias possunt à quocūque Tribunali inquiri, etiam ex officio, & ita decisum refert in Sacro Collaterali Consilio testatur de Ponte in decisi. 26. & nouissimè videte Mutam in decis. Sicil.5. vbi latè tractat materiam huius pragmaticæ.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatur dispositio nostra pragmatica, & limitatur, num.2.& 3.*
4 *Tentans aliquem de hoc vitio nefando potest impune occidi,*
5 *Maritus vxorem polluens extra claustra pudoris dicitur sodomita.*
6 *Mulieres inter se mediante aliquo instrumento ligneo, vel vitreo coeuntes dicuntur committere crimen nefandum, & contra naturam.*
7 *Sodomita non potest testari.*
8 *Religiosus de sodomia attentata condemnari nequit ex depositionibus laicorum, qui participes fuerunt.*
9 *Sodomitæ sunt dandæ defensiones, sed limi-*

limitatur in insigni, & notorio sodomita.

10 *Patientes an faciant indicium ad torturam remissiuè, & an confessio stuprati faciat indicium sine tortura.*

11 *Coiens in ore pueri qualiter puniatur, & qualiter puniatur sollicitans pueros de crimine nefando.*

12 *Quæ probationes, & indicia sunt sufficientia in hoc crimine.*

COLLECTANEA 212.

Super pragmatica II. sub Rubr. de Sodomia.

Hac nostra lege &c.

SEries huius pragmaticæ est, quod committentes nefandum crimē sodomiæ cōburantur, sublata etiam potestate proregi guidandi, aut assecurandi quomodolibet concordat tex. in authen. collat. 6. vt non luxur. contr. natur.

1 Amplia primo in committente sodomiam cum animalib. brutis, Boer. decis. 116. sic etiam in sodomia commissa cum fęmina, vt iudicatum, refert Clar. in §. sodomia num. 2. sodomia committitur tam cum masculo, quam cum fęmina, vnde meritò in oppido Talauere quidam combustus fuit, quia propriam vxorem contra naturam cognouerat.

2 Limita primo † firmatum conclusionem nostræ pragmaticæ non procedere in eo qui tentauit venire ad actum proximum huius criminis, vt decisum apud Rotam Cathaloniæ reperies in decis. 75. Peguera, vide latè D. Ricc. in decis. 142. part. 2.

3 Limita secundo † sub dispositione huius pragmaticæ non includi illum, qui non immisit in partes pudendas membrum, quia non potuit, sed immisit semen vide Peguer. in decis. 72. peccatum enim contra naturam nō committitur, nisi mēbrum inter pudendas partes imponatur.

Nota autem in hac materia, quod
4 † tentans aliquem de hoc vitio nefando potest impunè interfici, vt prą cticatum, & iudicatum reperies apud Baiard. in addit. ad Clar. in §. sodomia
5 num. 15. Item † maritus vxorem polluens extra claustra pudoris dicitur sodomita, vt per Franc. Marc. in de-
6 cis. 871. sicut etiam † committere crimen nefandum, & contra naturā dicuntur mulieres inter se mediante aliquo instrumento, puta ligneo, vel vitreo coeuntes, ita vt quasdam moniales, quæ ita coibant fuisse combustas legi, vide Peguer. in decis. 72.

7 Nota pariter, quod † sodomita non potest testari, vt per Cappellani Tho. los. in dec. 96. etiam si adhuc non fuerit condemnatus Franc. Marc. in decis. 891.

8 Item scias quod † Religiosus de sodomia attentata condemnari nequit ex depositionibus laicorum, qui fuerūt participes, vide decisionem Rotæ Pisan. apud Mart. in decis. 138.

9 Sed an † sodomitæ sint dandæ defensiones, vide quod sic, resolutum reperies apud Cabal. in resolut. crimin. 41. vbi tamen limitat hoc nō procedere in sodomita insigni, ac notorio,
10 sed † an patientes faciant indicium ad torturam, vide Pegner. in decis. 76. Triuisan. in decis. 14. part. 2. & an confessio stuprati faciat indicium sine tortura, vide Cabal in resolut. 84. vbi quod confessio stuprati aliquando facit indicium sine tortura.

11 Qualiter autem puniatur coiens in ore pueri docet decisio, seu resolutio criminalis Caball. 16. & qualiter puniatur sollicitās pueros de crimine nefando, vide decisionem curię Archiepiscopalis Neapolitanæ apud
12 Ricc. in decis. 118. par. 2. & † quæ probationes, & iudicia sint sufficientia in hoc crimine vide Caualc. in decis. 13. par. 5. Triuisan. in decis. 13. & 14 par. 2. Cabal. resolut. crimin. 84. & nouissimè Mastril. in decis. 295. par. 3.

In materia nouissimè poteris videre-

Digitized by Google

dere decisionem Siciliæ apud Mutã in decis. 85. vbi plures nefandi criminis species enumerat, & vide etiam Gaspar. Thesaur. in quæst. forens. 17. lib. 3. vbi, quod Senatus obseruat facere strangulare, & deinde comburi sodomitas, & quod in tali crimine est locus confiscationi bonorum, & sic dicit Senatum censuisse, & vide Antonin. in decis. 46. libr. 3. vbi quod sodomię crimen potest cõiecturis probari, atque per ecclesiasticum iudicem puniri, ac separari matrimonium quo ad Thorum vna cum restitutione dotis.

Sed dum limitatur potestas officialibus assecurandi, & guidandi, aut compõnẽdi in hoc delicto, dicas procedere etiam in Baronibus iuxta dispositionem pragmaticæ 3. eodem titulo, sed scias non procedere quando Guidaticum fauore boni publici fieret, aut pro directione Iustitiæ, vt per Pegner. in decis. 39.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quando in sponsionibus apponitur illud momentanee computatur.*

2 *Sponsiones inter spectatores ludi facta non valent quando ludus est reprobatur.*

3 *Conuentio facta super sententia certo modo ferenda non valet.*

4 *Conuentio inter socerum, & generum super successione dotis vxoris pragnantis ad ultimum mortis statum permanentis per modum donationis, qua pariens moritur, & post eius mortem e'timestris natus vixit per 28. dies, valet.*

5 *Sponsiones, qua fiunt super re honesta, puta super matrimonio futuro, vel super masculo, aut famina nascitura.*

COLLECTANEA 215.

Super pragmatica I. II. III. & VI. sub Rubr. de sponsionibus mercatorum.

Reuerende Vir Regia fidelis &c.

Sponsiones prohibentur ab istis pragmaticis prima enim pragmatica prohibet, nẽ mercatores faciant sponsiones vulgò dictas *le scommesse*, super valore frumenti declarando in festo S. Ioannis, secũda emanat super prohibitione sponsionum super partu puerorum matribus prægnantibus, tertia, & quarta prohibẽt sponsiones super creatione summi Pontificis sede vacante. Tu poteris videre Bullam Gregorij XIII. quę pariter prohibet istas sponsiones.

Ad materiam tamen istarum sponsionum poteris videre si lubet, decisionem Rotæ Florentinæ 8. apud Ma-
1 gon. vbi reperies etiam, quod † quando tempus in sponsionibus apponitur illud momentaneè computatur, vide Gaspar. Thesaur. in quęst. forens. siue decis. 19. libr. 4. vbi num. 9. resolu-
2 tum reperies † sponsiones inter spectatores ludi factas non valere, quando ludus est reprobatus, licet aliter dicant practicatum quo ad ludos non reprobatos, vide etiam nouissime D. Ant. Monach. in decis. Florent. 2. vbi agit de ludo sponsionum, quem vocat, à maschio, & à femina, vide Fran. in decis. 113. & Garziam à Toleto in decis. 12. vbi dicit decisum, quod valeat sponsio facta, quæ vulgo dicitur *la scommessa* videlicet si hoc anno morietur Pontifex, Titius det decem Caio, sin autem minimè decederet Caius det centum Titio.

3 Sed num † conuentio facta super sententia certo modo ferenda valeat negatiue decisum est apud Gaspar. Thesaur. in quæst. forens. siue dec. 19.
4 & num † conuentio inter socerum, & gene-

& generum super successione dotis vxoris prægnantis ad vltimum mortis statum permanentis per modum donationis, quæ patiens moritur, & post eius mortem octimestris natus vixit per 28. dies valeat, affirmatiuè decisum tradit Marta in decis. 55. & in materia latè tradit Criuell. in dec. 57. vbi refert decisum per Senatum
5 Dolanum † valere sponsiones, quæ fiunt super re honesta, puta super matrimonio futuro, vel super masculo, aut femina nascituro, & eas licitas esse, & obligare eos, qui ipsas ineunt, sicuti faciunt alij quicunque contractus.

SVMMARIVM.

1 *Suspicio iudicis potest allegari à tertio pro suo interesse.*
2 *Iudex recusatus potest cognoscere de suspicionibus alterius coniudicis simul recusati in eadem causa.*
3 *Suspicio officialium baronum potest cognosci per officiales eiusdem Baronis.*
4 *Iudex suspectus semel allegatus, & negotio deciso non potest iterum allegari suspectus.*
5 *Causa, propter quas quis potest legitimè allegari suspectus plures sunt prout, nu. 6. & 7.*
8 *Causa suspicionis iudicis qua sunt.*
9 *Officialis in causa sua suspicionis potest examinari vt principalis.*
10 *Iudex pendente suspicione ingerat se in eadem causa redditur suspectus, licet causa allegata sit falsa, & etiam si cessest postea causa, per quam declaratus fuit semel suspectus.*
11 *Monasterium potest allegare suspectum iudicem ex persona monachi, ex cuius persona agit, vel excipit.*
12 *Ius recusandi vni litigantium competens contra iudicem aduersario minimè competit, si ex sui parte suspitio nō oritur.*
13 *Præside tribunalis suspecto possunt recusari eiusdem tribunalis iudices.*
14 *Iudices proponentes eisdem crimina in alijs causis, vt suspecti recusantur.*
15 *Recusatio cum appellatione facta processum nullum deinde factum.*
16 *Recusationis materia est fauorabilis.*
17 *Recusatio iudicis vt valeat quid faciēdum est remissiuè.*
18 *Iudex recusatus potest interrogare, & tenetur iurare.*
19 *Recusatio non operatur effectum, si non fuerit notificata iudici.*
20 *Iudex est suspectus ob ludum.*
21 *Suspicio generalis non admittitur.*

COLLECTANEA 214.

Super pragmatica I. sub Rubr. de suspic. official.

Statuimus &c.

HIc cauetur, quod causa suspicionis allegata debeat decidi per collegas absente ipso recusato.

Opportunum fuit istud remedium concedi partibus, vt valeāt suspiciones in personas iudicum allegare, cū nil gauius, & periculosum sit, quam coram iudice suspecto litigare cap. qui suspecti 3 quæst. 5. D. Riccius in dec. Curiæ Archiepiscopalis 233. par. 2. & vide Amat. In dec. 14. Ambrosin. in decis. 50 & Magon. in dec. Floren.
1 50. vnde merito † suspicio iudicis potest allegari à tertio pro suo interesse Anna, qui sic decisum refert in sing. 500.

Verum deueniendo ad pragmaticam, nota quod † iudex recusatus po-
2 test cognoscere de suspicionibus alterius cōiudicis simul recusati in eadem causa, vt fuisse decisum in regno Aragoniæ testatur Sessa decis. 200. &
3 facit decisio de Graff. 2. de except. † & suspicio officialium Baronum potest cognosci per officiales eiusdem Baronis, vt fuit determinatum per Magnam Curiam Vicariæ in facti cō tingentia, & confirmatum per Sacrū Consilium in anno 1596. die 6. Octobris per text. in cap. si contra de offi.

Pp deleg.

deleg.in 6. aduertendum tamẽ, quod
4 † iudex suspectus, semel allegatus, & negotio deciso non potest iterum allegari suspectus, vt fuit determinatũ in collaterali Consilio referente Regente Reuerterio die 1. Decembris 1575. in causa suspicionis allegatæ per Ioannem Baptistam Abebunabulo in personam Præsidentis Sacri Consilij, & nouissimè ita iudicatum refert Muta in decisione Siciliæ 15.
5 † Causæ autem, quibus iudex potest legitimè allegari suspectus sunt quãplures, vt si animi sui votum ante sententiam iudex aperuit, quo casu ipso iure efficiatur suspectus, Mainard.decis.44.part.1. Viuius decis.36. & 363. Rota in antiquis decis.38.de concess. præbend. Et si non expressim declarasset, sed iudicium aliquod adhibuisset, quo animi sui motus detegeretur ad textum in l. obseruandus, ff. de offic. præsid. Giurb. in decis. Sicil.54. vnde sententia data à tali iudice est ipso iure nulla Mastrillus decis.72. Castill. in decis.6. Rota diuers.decis.2.part.2. licet secundum de Grass. in decis.32. de recus.iudic. hoc procedat quoties fuerit ab eo appellatum, vide Verallum decis.149.lib.1.
6 Item † suspectus iudex recusari potest, eò quia fuerat lis in casu dignitatis cum litigante in aliis causis, vt decisum fuisse per Collaterale Consiliũ inter Ducem Vietri scribam portionis, & Don Bernardinum Mõtalnum Præsidem propter litem præcedentiæ circa sessionem in Tribunali Regni Arsenalis, vide de Ponte in decis.30.
7 Et † suspicio obstat iudici, qui litẽ habet cum alio officiali conueto per aliquem, ita vt ob talem suspicionem possit recusari, vt fuit decisum in Sacro Consilio iunctis tribus aulis referente Consiliario Valcarel. penes Secretarium in banca de Felice.

Et in hac materia plures causas suspicionum in actu practico habes apud Franc.Marc.decis.332.par.1. Triuis.in decis.46.lib.2. Ripa in obserua. 197. & Caualc.decis.28. qui refert 84. causas suspicionis iudicis, quas ad tui vtilitatem hic apponere libuit.

8 Causæ suspicionis iudicis hæ sunt num.84. ex Caualcano.

Prima, Amicus nimis partis.

Secunda, Affinitas.

Tertia, Aduocatus in eodem negotio, aut connexo.

Quarta, Aperiens animum suum in causa.

Quinta, Assessor in illa causa.

Sexta, Aduocatus, qui scit secreta recusantis.

Septima, Appellans à sententia in alia causa.

Octaua, Amans mulierem partis.

Nona, Consanguineus excepto Papa.

Decima, Clericus.

Vndecima, Commensalis nimis.

Duodecima, Canonicus in eadem Ecclesia.

Decima tertia, Conductor in vno Collegio.

Decima quarta, Consultor.

Decimaquinta, Compatriota in parte extranea, aut contra forensem in sua.

Decimasexta, Compater sub dubio.

Decimaseptima, Contrahens amicitiam, aut parentelam cum inimico partis.

Decimaoctaua, Cõfederatus cum inimico partis.

Decimanona, Commodum percipiens ex iurisdictione.

Vigesima, Corruptus à parte.

Vigesimaprima, Causa iniuriarũ, & omnes, quibus competit actio possunt recusare.

Vigesimasecunda, Causa similis à iure expressa, vel minor.

Vigesimatertia, Doctor.

Vigesimaquarta, Dominus.

Vigesimaquinta, Dicẽs verba iniuriosa parti.

Vigesimasexta, Iudex ad petitionem partis.

Vi-

Vigesimaseptima, Disputās de priuilegio Papæ, & actu ab eo confirmato.

Vigesimaoctaua, Defectus iurisdictionis pariter concludens in incidente, sicut in principali.

Vigesimanona, Defectus potestatis.

Trigesima, Defectus subiectionis partis, vt quia dicat se exemptum, & iudex negat.

Trigesimaprima, Episcopo in causa suorum Clericorum contra non suum diœcesanum, secus in ordinario.

Trigesimasecunda, Excedens fines iurisdictionis, & exequutionis.

Trigesimatertia, Famulus.

Trigesimaquarta, Familiaris valdè.

Trigesimaquinta, Fideiussor.

Trigesimasexta, Filius aduocati.

Trigesimaseptima, Fauens nimis aduersario.

Trigesimaoctaua, Habens causam suam coram aduersario.

Trigesimanona, Habens eandem dignitatem aduersarii, & super illa disputaretur.

Quadragesima, Habens cognitionem super causa notoria, & casus sit dubius, & non notorius.

Quadragesimaprima, Iudex aliàs in illa causa.

Quadragesimasecunda, Iudex, qui secretè ad aures auscultat partem, nisi statim pulchrè reuelet.

Quadragesimatertia, Iudex si supplet in facto vltra casus à iure expressos.

Quadragesimaquarta, Inimicus partis, & eius Domini.

Quadragesimaquinta, Ignarus, & grossulus in casu subtili.

Quadragesimasexta, Litigās cum parte.

Quadragesimaseptima, Locus non tutus.

Quadragesimaoctaua, Magister.

Quadragesimanona, Notatus aliquo defectu, vel infamia, quæ sit opposita à parte recusante.

Quinquagesima, Omnes causæ, quibus procurator, & arbiter reiicitur, vel causatur.

Quinquagesimaprima, Prælatus in causa Ecclesiæ.

Quinquagesimasecunda, Procurator.

Quinquagesimatertia, Pater si filius est aduocatus.

Quinquagesimaquarta, Possidens bona litigiosa partis, & è contra.

Quinquagesimaquinta, Prohibēs solita fieri.

Quinquagesimasexta, Partia lis vbi sunt partes.

Quinquagesimaseptima, Procurans causam sibi committi.

Quinquagesimaoctaua, Priuignus in causa vitrici.

Quinquagesimanona, Procedens extraiudicialiter iniustè, & postea nolens iudicialiter procedere.

Sexagesima, qui subditum inuitū ducere voluerit in vxorem, nam ipsa, & eius familia potest recusare.

Sexagesimaprima, Reconciliatus inimicus.

Sexagesimasecundb, Rescriptum esse falsum opponens.

Sexagesimatertia, Scolaris.

Sexagesimaquarta, Socius.

Sexagesimaquinta, Subditus.

Sexagesimasexta, Suffraganeus etiam in causa subditi suffraganei.

Sexagesimaseptima, Sollicitator causæ.

Sexagesimaoctaua, Socer si gener est aduocatus.

Sexagesimanona, Similem causam habens.

Septuagesima, Sibilando ad aures iudicis secretè.

Septuagesima prima, Subditus inimici partis.

Septuagesimasecunda, Subdelegatus non in totum, sed in parte.

Septuagesimatertia, Succedēs parti in totum, vel in parte.

Digitized by Google

Septuagesimaquarta, Succedens iudici à quo, vel aliquem.

Septuagesimaquinta, Successor in dignitate, vel officiosi antecessor fuit recusatus.

Septuagesimasexta, Si est oppositum, quod causa est alteri commissa.

Septuagesimaseptima, Testis iam in causa.

Septuagesimaoctaua, Tāgens causam aliquo modo iudicem.

Septuagesimanona, Vicarius in causa Episcopi.

Octuagesima, Vasal lus.

Octuagesimaprima, Verisimilitudo lædendi partes.

Octuagesimasecunda, Via non tuta.

Octuagesimatertia, Vicarius, quādo Episcopus recusatur.

Octuagesimaquarta, Vitricus, vel priuignus.

9 An autem † ipse officialis in causa suæ suspicionis possit examinari vti principalis affirmatiuè Thesaur. decisione *6.* licet secus in aduersario in causa principalis, qui non debet examinari vti principalis in causa suspicionis, prout fuit dictum in causa suspicionis propositæ per Ducem Nuceriæ in personam Regii olim Consiliarii Marci Antonii de Ponte in causa vertente inter Marchionem Fuscaldi, & dictum Ducem vti creditores Comitis Sanctæ Seuerinæ apud Cæsariam Secretarium.

10 Scias insuper, quod † si iudex pendente suspicione ingerat se in eadem causa redditur suspectus, licet causa allegata sit falsa, & etiam si cesset postea causa, per quam fuit declaratus semel suspectus Franch. decis. *719.* & fuit decisum in Collaterali Consilio pro creditoribus Comitis Coreti in suspicione Regentis Castelletti.

11 Item nota, quod † Monasterium potest allegare suspectum iudicem ex persona monachi, ex cuius persona agit, vel excipit, vt fuit decisum per Sacrum Consilium iunctis duobus aulis in causa vertente inter Monasterium Sanctæ Mariæ Reginæ Cœlorū, & aliquos de familia Pignatellorum super successione Ioannis Andreæ Pignatelli, nam fuit admissum monasterium, quod concurrebat ad successionem ex persona sororis Clementiæ Pignatellæ sororis defuncti, & monialis in eodem monasterio ad allegandum suspectū D. Ioannem Sanchez de Luna Regium Consiliarium, & S.C. Propræsidentem, fundando causam suspicionis in persona dictæ sororis Clementiæ apud Mondellum actuarium.

12 Insuper notandum est, quod † recusandi ius vni litigantium competens contra iudicem aduersario, minimè competit, si ex sui parte suspicio non oriatur Giurb. decis. *99.* vide ad materiam Castill. in decis. *75.* & suspicionis causa contra reprobatum iudicem non probata poterit Prorex facere mandatum, quod iudex non se impediat Giurba decis. *48.*

13 Sed † an Præside Tribunalis suspecto possint recusari eiusdem Tribunalis iudices, negatiuè decisum refert Giurba in decis. Siciliæ *27.* vide Capy. decis. *138.* & Marta decis. *142.* & Ludouic. decis. *108.* vbi tamen dicit cōtrarium, scilicet ministros Gubernatoris esse suspectos quādo ipse est suspectus. Et an iudex possit recusari in partibus, non obstante, quod procurator consenserit in Curia, affirmatiuè Mo-

14 hedan. decis. *1.* de offic. deleg. Et † iudices per opponentes eisdem crimina in aliis causis, an vt suspecti recusentur affirmatiuè Franc. Marc. decis. *324.* par. *2.* Et iudex ordinarius suspectus, an penitus remouendus, vide Viuium decis. *363.* & iudex ordinarius an possit in criminalibus recusari af-

15 firmatiuè Cacher. decis. *15.* Et † recusatio cum appellatione, an faciat processum nullum, deinde factum, affirmatiuè Rot. Rom. diuers. *2.* part. *2.* &

16 vide Bellamer. decis. *604.* & † recusationis materia, an sit fauorabilis, ita quod leuis causa sufficiat affirmatiuè

eadem

eadem Rota Romana in decisio. 93.
17 part. 1. Et † recusatio iudicis, vt valear in Rota, quid faciendum est, & quomodo calumniosè iudicetur eadem Rota decis. 563. par. 1. in nouissi-
18 mis Seraphini. Et † iudex recusatus, an possit interrogari, & teneatur iurare affirmatiuè Thesaur. decis. 6. & si iudex non admissa recusatione ad vlteriora procedat, an ipse processus nullus sit affirmatiuè Cappella Tholos. decis. 479. quoniã recusatio impedit processum ad vlteriora Verallus decis. 7. par. 3. & vide eundem in deci-
19 sio. 172. par. 1. Et an † recusatio operetur effectum, si non fuerit notificata iudici negatiuè Triuisan. in decis. 51. part. 1. Et recusatio, & appellatio, quomodo æquiparetur, vide Ca-
20 cher. dec. 84. & † ob ludum iudex an sit suspectus affirmatiuè Mainard. in decis. 80. part. 1. firmans in decisio. 82. quod iudex recusari possit, eo quod sit collega aduersarii, & in decis. 85. dicit Senatores Clericos recusari posse, si eorum collega in functione Ecclesiastica sit alter litigantium, & in decis. 91. tradit iudicem recusari, si eius filius secum habitans sit in causa aduocatus, firmando decis. 88. quomodo fiat recusationis iudicium.

Et in materia vide Mastrillum in decisione 151. & Minsynger. in obseruat. 63. centuria tertia & Gail. in obseruat. 33. parte prima. & Boer. deci-
21 sione 269. & nota, quod † suspicio generalis non potest subsistere, nam præsumitur fraudulenta, vt in facto fuit iudicatum, & vide Capyc. in decis. 138. vbi latè.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fiscalis non potest recusari.*

COLLECTANEA 215.

Super pragmatica IV. sub Rubr. de Suspicionibus official.

1 QVatenus in hac pragmatica prohibeatur expressè † recusatio Aduocatorum fiscalium, ibi, *Aduocati fiscali tanto della detta Regia Camera, quanto della predetta gran Corte*, aduerte, quod ita fuit decisum in facto in Collaterali Consilio, iunctis supremis Tribunalibus in causa successionis Principis Bisiniani, & iuxta hanc sententiam iudicatum fuisse in Regno Siciliæ, latè nouiter demonstrat Mastril. in decis. 214. parte 3. vbi meminit de nostra pragmatica, & ita cautum in illo Regno affirmat ex pragmatica vnica, §. 4. de reformat. Tribunal. & vide Boer. in decis. 258.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio recusationis de nouo superueniens in quacunque parte litis obyci potest, etiam si in causa conclusum fuerit.*

COLLECTANEA 216.

Super Pragmatica VII. sub Rubr. de Suspic. official.

Vniuersis, & singulis.

HAec pragmatica prohibet suspiciones allegari post conclusionẽ in causa, de quo tu videas Minsynger. in obseruat. 59. centuria quarta. & Mainard. in decisione 91. par. prima.
1 vbi tamen, quod † exceptio recusationis de nouo superueniens in quacunque parte litis obiici potest, etiã si in causa conclusum fuerit, quod ita demum recipiendam esse Domini in Camera censuerunt, si notoriè, & euidenter iudici constet eam de nouo superper-

peruenisse, quod est sublatum per nostram pragmaticam.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio huius pragmaticæ non seruatur in capite hic relato.*

COLLECTANEA 217.

Super pragmat. IX. sub Rubrica de Suspicion. official.

Ancorche le pragmatiche, &c.

Hic de suspicionibus officialium, proponendis noua forma, & sua instantia statuitur.

Notare non desinas in hac pragmatica, quod licet hic statuatur, vt etiã per viam abdicationis iurisdictionis nequeant iudices determinare, quod deposita restituantur, quoties determinatur suspicionem non subsistere,
1 Tamen † hoc non seruatur, vt pluries fuit decisum, & præcipuè iunctis aulis in suspicionibus propositis per Franciscum Ciminum in personas Regionum Consiliariorum Gizzarelli, & de Curte penes Cæsarium Secretarium, & sic etiam per Regium Collaterale Consilium in suspicione proposita per Ducem Andriæ in personã Regentis Castelletti in causa Ducis Neritonis cum Regio fisco penes Barrilem Regium à mandatis scribam.

SVMMARIVM.

1 *Præses S.C. quamuis sit declaratus suspectus ista suspicio allegata, & obtenta non militat in decretationibus supplicationum ei porrectis per partes aduersas concernentibus causarum commissionem, & similium.*

2 *Index suspectus, qui nequit in causa votare potest eandem causam alteri cõmittere, & delegare.*

3 *Modus recusandi Consultores in Curia Archiepiscopali remissiuè.*

4 *Suspicio non militat in persona iudicis, qui iudicaturus sit in causa sui confessoris.*

5 *Aduocatus, qui fuit nequit esse index, licet aliud sit in Aduocato fiscali, numero 6*

COLLECTANEA 218.

Super pragmatica XI. sub Rubr. de Suspicionib. official.

Non è cosa alcuna, &c.

Hic reformantur suspiciones officialium, & declarantur nonnulla circa modum proponendi dictas suspiciones.

Dum in 3. capite incipit, *Quale alteratione*, fit expressa mentio de persona Præsidentis Sacri Consilij, aduerte, quod † quamuis Præses Sacri Consilij sit declaratus suspectus ista suspicio allegata, & obtenta non militat in Decretationibus supplicationum ei porrectis per partes aduersas concernentibus causarum commissionẽ, & similium, excepto si fuisset exceptio ex causa inimicitiæ, vel quia ageretur ex suo interesse, vt fuit decisum in Collaterali Consilio die 11. Iulij de anno 1581. in suspicione allegata in personam Præsidentis Orificij.
2 Et scias, quod † iudex suspectus, qui nequit in causa votare potest eãdem causam alteri committere, & delegare, vt in facto decisum refert nouissimè Laratha in cons. 32.

Versic. *& elassi li termini sopradetti.* dum mandatur non posse proponi suspiciones ob causam præteritam, etiam si pars iurasset postea superuenisse ad eius notitiam, neque per viã restitutionis in integrum. Aduerte corrigi per hoc decisionem Franch. 431. & decisionem eiusdem S.C. factã die 20. Decembris referente Cõsiliario Mastrillo in causa suspicionis allegatæ per Ducissam Nuceriæ in personam

sonam eiusdem Præsidis de Franchis, antequam promoueretur ad officiũ Præsidis penes Cæsarium Secretariũ.

Versic. *Volemo di piu che nissuno giudice*. pro ornatu videte D. Ricc.
3 in decis. 233. par. 2. vbi refert † modũ recusandi cõsultores in curia Archiepiscopali Neapolitana asserendo, quod consultores talis curiæ spontè recedunt.

Versic. *Allegandosi alcun giudice per sospetto per causa di inimicitia*. In materia suspiciones circa caput inimicitiæ, vide penes Capycium in decis. 138. & aliquid habes penes Milanens. in decis. 16. lib. 1. & vide Franc. Marc. in decis. 92. par. 2. vbi agit de recusatione propter inimicitias, & lites, quod tibi deseruit pro ornatu versiculi *ordinamo di più che quando*.

Versiculo *Dichiaramo, che le cause del parentesco spirituale &c*, Quod iudex recusatur, quando est compater alterius partis vide Mainard. in deci-
4 sio. 89. par. 1. & nota † quod suspicio non militat in persona iudicis, qui iudicaturus sit in causa sui confessoris, vt fuit dictum in Regio Collaterali Cõsilio, vt olim Regens Marthos suspectus allegatus per Marchionem Campilactarij, tanquam pœnitens Reuerendissimi Episcopi N. qui cum eo litigauerat interuenire deberet in decisione causæ non obstante suspicione allegata.

Versic. *Il giudice ch'è stato Auuo-*
5 *cato*. quod † aduocatus, qui fuit nequeat esse iudex, vide sic decisũ apud Capyc. in decis. 146. & vide de Ponte in decis. 32. nouissimè Laratha. consil. 32. vbi agit, quod olim causæ aduocatus prohibetur in illa eadem iudicare, & quod alteri committere, & delegare suspectus iudex possit, sic referens decisum in Sac. Collat. Consilio nostri Regni Neapolit. in personã D. Antonij Orphicij Sac. Cõsilij Præsidẽtis, & alias in causa Ioã. Baptistæ Caranei cum illis de Spinola penes secretarium Regni die 2. Septembris
6 1617. licet id † quod disponitur in iudice non procedit in fisci patrono, qui licet fuerit aduocatus pro vna parte, poterit deinde in eadem causa interuenire vti aduocatus fisci, si tamen vti aduocatus priuari defendit illam partem, cui adhæret fiscus, alias si fuisset aduocatus alterius partis contra fiscum, si postea vellet esse aduocatus fisci committeret crimẽ prænaricationis, & ita fuit iudicatũ per Regiam Cameram in causa inter villas Portici, & Resinæ ex vna, & magistrum portulanum ex altera.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio pragmatica intelligitur secundum ius commune.*

2 *Testes si recipiantur vltra numerum datur producente electio, quos admittere voluerit in causa habentium in integrum restitutionem.*

3 *Testes singulares induci possunt ex statuto.*

4 *Testes singulares quid probant in genere.*

5 *Testes singulares admittuntur de probando aliquid in genere.*

6 *Testis vnicus admittitur in excusando aliquem à pœna, & in multis alijs casibus prout numer. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*

14 *Religiosus pro monasterio non est idoneus testis, & non probat.*

15 *Vasallus pro domino non est idoneus testis, quod declara.*

16 *Subditus quolibet modo pro domino non admittitur, dummodo salarium accipiat, vel sit verè subditus.*

17 *Ciues pro sua patria non admittuntur, dummodo de interesse tractetur.*

18 *Testes familiares non sunt idonei.*

19 *Proxeneta non est idoneus testis ad probationem dotis, nisi vtraque parte volente.*

20 *Procurator causæ qui litem contestatus est, uel litem duxit nõ est idoneus testis.*

21 Te-

COLLECTANEA 219.

Super pragmatica I. sub Rubrica de Testium refrenatione.

Statuimus, &c.

SAncitum est in hac pragmatica, quod pro quolibet articulo recipiantur septem testes, & non vltra, nisi in materia confinium, & factis
1 antiquis. Circa quod scias, quod † intelligitur secundum ius cōe scilicet, quod testes sunt omni exceptione maiores & idonei; Scias insup ad eui
2 dentiam, quod si † testes recipiantur vltra numerum datur producēti electio quos admittere voluerit in causa habentium restitutionem in integrum. Secus in rebus priuatorum, vt fuit decisum in causa vniuersitatis Turturellæ cum Comite Policastri. Galterio a Quario. Item scias, quod multis in casibus in iure expressis potest minor testium numerus admitti, & iudex etiam ex causa potest augere aliquando, vt in finalibus verbis huius pragmaticæ habetur. Et quod
3 † aliquando testes singulares ex statuto induci possunt vide Frāc. Marc. decis.

decis.455.par.2. Testes enim singula-
4 res probant † quid in genere Gar-
5 sias à Toleto decisio.26. & † quando agitur de aliquid probando in genere, vt hæreticum, vel decimam, vel iurisdictionem, testes singulares admittuntur; licet de actibus in specie deponant. Franc. Marc. decisio.461.
6 par.1. Et † in multis etiam casibus vnius testimonium receptum est, videlicet in excusando aliquem à pœ-
7 na. Item † vbicunque de nullius præiudicio agitur, & in alijs casibus, vt per Viuiū dec.172.& quod testis vnus cum fama concurrentibus alijs adminiculis in criminalibus, & in causa criminali plenam probationē faciat fuit decisum in Rot. Rom. Verall.decis.288. par.3. Sed si alia adminicula non adsunt non probant ex decisio.
8 eiusdem 271.& 296 par.3. Itē † quando agitur de paruo præiudicio in causis breuibus vnius dicto standum est Franc. Marc. decisio.456. par.2. Item
9 † testis singularis probat de voluntate partium. Minsynger. decis.26.par.
10 5. Item † possessio probatur per testes singulares, dummodo in aliqua generalitate contestes existanr. Verall. decis.269.par.3.
11 Item † in possessorio modici præiudicij vnicus testis aliquando sufficit
12 Gratian. dec.192. Item † testis vnus de visu facit semiplenam probationē, duo verò de publica voce, & fama alteram semiplenam, hæ probationes in causa ciuili simul iunctæ sufficiunt Verall. decis.300.par.1. Item † testis de auditu sufficit in possessorio, Rot. Rom. decis.10 de testibus in antiq. & decis.8. de restit. spol. in nouis, ad hoc nota quod tunc testes non dicuntur singulares quando cōcordant in vno rei fine, & quando dicantur singulares, vide apud Minsynger. decis. Cameræ Imperialis, 20 par.2.

His positis, cum supra visum fuerit de numero testium; transeundo ad maiorem pragmaticæ euidentiam, dum ibi dicit *septem testes* non intelligendum est de quibuscunque, sed de idoneis testibus, vt supra dictum est, proinde consentaneum est videre ad ornatum pragmaticæ, qui testes sint in quolibet actu idonei, qui verò non.
14 Vnde nota ad ornatum quod † nō est idoneus, & non probat religiosus pro monasterio Triuisan.dec.35.par. 1. sed vide Ricc. in decis.296.par.2. se-
15 cundo † Vassallus pro domino, & eo magis si deponat in causa vertēte super Castro, item maximè si est rusticus vilis, vel pauper Verall. decis.276. part.3. tamen Afflict. decis.304. quod Vassallus pro domino testis esse potest etiam si ille merum, & mixtum imperium habeat, fidelitatemque iurauerit, dūmodo non probetur quod grandi amicitia domino coniunctus sit, item vilis persona non existat, itē etiam testis idoneus est Vasallus, vel ciuis, vel subditus, quando agitur de causa matrimoniali, nam quilibet in hac causa idoneus probatur, in qua etiam consanguinei, atque affines, & quantumuis coniuncti admittuntur
16 Verall. d. decis. 376. part.3. Tertio † subditus quolibet modo pro domino non admittitur, dummodo salariū accipiat, vel sit verè subditus id. Veral.
17 decis. 279.par.3. Quarto † Ciues pro sua patria nō admittuntur, dummodo de eorum interesse tractetur Afflict. decis 400.& Marta decis.199 nouiter Mastrill. in decis. 255.part. 3.& ideo secus si ageretur de singulorum laude, vel vituperio, & ita de eorum interesse, Put. decis.325. part.3. & an testes de vniuersitate deponentes in fauorem vniuersitatis quando vtilitas non totaliter in beneficium vniuersitatis vergit vide Grammat. dec.
18 77. Quinto † non admittuntur testes familiares, vel de familia, familiares autem appellantur consanguinei, colonus, adscriptitius, mercenarius, filius in potestate libertus, seruus, atq. omnes in domo habitantes, Viuius decis. 349. Sed familiaris aliquando non repellitur, sed in iudicis arbitrio

residet iuxta affectionis qualitatem, de quo vide Cæf.de Graff.dec.4. & 13. de testibus. Coniuges autem pro se ipsis testes esse non possunt Viuius decis.167. tamen maritus aliquando cogitur testificari contra vxorem, quando aliunde probari non potest, Corser.dec.Cappell.Tholos.3.& 123. & ita etiam familiaris,vel seruitor cõtra Dominum ex eadem decis.4. & vxor etiam potest testificari pro hærede mariti, Gartar.decis.23.vltimo neque syndicus, neque actor constitutus pro altero collega testificari potest,Corser.decis.18.

Secundo nota principaliter, quod
19 † proxeneta non est idoneus testis ad probationem dotis, nisi vtraque parte volente Ioseph.Ludouic.decis. Perusina 95.

20 Tertio Nota,quod † procurator causæ,qui litem contestatus fuit, vel causam duxit, non est idoneus testis Rot.decis. 11. de testibus Put.decis. 294.par 2.Cæf.de Graff.decis.2. de testibus verum procurator probat collationis pertinentiam Bellam. decis. 570. Et procurator substituens nõ potest esse testis Rot. diuers. decis. 59. par.3.lib.1.

21 Quarto Nota,quod † testes litem sustinentes non sunt idonei, Verall. decis.264.part.3.Et adhærentes appellationi non sunt idonei testes Rot. decis.51.de appellationibus in nouis.

22 Quinto Nota quod † blasphemia contrarietas,& falsitas testem repellunt, sed quando vide Cæf. de Graff. decis.6.de testibus, & inimicitia etiã capitalis testem repellit, etiam si de ea non constaret, dumodo de causa odij appareat Crescent decis 3.de testi.Franc.Marc.decis.891.par.1. Mainard.decis.Cappell. Tholos.83. & 84. part.4. & vide etiam de tali inimicitia Gramat.decis.86.

23 Sexto Nota quod † excommunicatus non est idoneus testis, & ita etiam quilibet infamis Put.dec.3. par. 1.Mainard. decis.96. part.4. & testes excommunicati post publicationem iterum produci possunt, Corser.dec. Cappell. Tholos.33.& 422. Put.decis. 4.in fine par.1

24 Septimo Nota quod † accusator, & testis quis vnico contextu esse nõ potest, & sic denunciator tanquam accusator non potest esse testis, sed aliquando potest,quando ad correctionem denunciat, & quæ requirantur,vide apud Triuisan.dec.29 par.2.

25 Octauo Nota quod † frater pro fratre idoneus testis non semper est, cũ de causa graui agitur, Cæf. de Graff. decis.Rot.Rom.2.de testib. Mainard. decis.Cappell.Tholos.77 par.4 & ad impugnationem alicuius frater pro fratre nõ admittitur,& etiam in causa criminali neque frater, neque sobrini, neque agnati neque cognati testimonium ferre cogendi sunt quamuis sint idonei in causa hæresis Franc. Marc.decis.Delphin.893.par.1.

26 Nono est notandum, quod † Mercenarius cohabitans testis esse non potest, sed extra domum habitãs pro conducente eius operas testificari potest. Put.decis.4.par.1.Rot.Genuę decis.195.in antiq.

27 Decimo Nota † casus aliquos in quibus testes repelluntur.

Primo testes super impertinentibus non probant, & si in causa appellationis testes super articulis in prima instantia datis ex indicis inaduertentia deposuerint,nullo modo probant, quoniam subornati præsumuntur Guid.Pap.decis.358.

Secundo si testis eo anno Sanctissimam Eucharistiam non susceperit, Cæf.de Graff.decis.9.de testibus.

Tertio testis respondens ad illatiuum,vt ponitur est suspectus Gasp. Gugliel.decis.164.part.2.

Quarto testimonium illius, qui aliás in causa criminali capitali deposuit contra quem producitur,tanquam ab initio latum repellendum est, si id sponte fecerit, aliás secus Franc.Marc.decis.894.par.1.

Vnde-

Vndecimo nota, quod testis de auditu nihil probat Viuius decis. 386. & multo minus si non respondet interrogatorijs, & qualis esse debeat tali testis, vide Mart. decis. Pisan. 118.

28 Duodecimo nota, quod † lite non contestata regulariter testes recipi non possunt, sed ad futuram rei memoriam admittuntur. In hac autem receptione differentia inter actorē, & reum obseruanda est. Actori enim tria necessaria sunt, quod testes sint senes, vel valetudinarij. Reus autem indifferenter quoslibet testes producere potest Gail. decis. 92. par. 1. Minsynger. decis 72. par. 3. Quādo autem examinentur testes ante litis contestationem vide apud eundem Minsynger. decis. 71. par. 4. An autem testes super prioritate donationis possint examinari ad perpetuam memoriam, vide Laurent. decis. 83. Et testes ad futuram rei memoriam, super quibus articulis examinari non possint, vide apud Bellamer. decis. 726 & Rot. decis. 21. de testib. in nouis.

29 Decimotertio nota, † quod testi super facto suo proprio deponenti credendum non est Achill. de Grass. decis. 3. de testibus. Verum aut tractatur de interesse, siue commodo ipsius testis deponentis de gestis à se, vel in eo aliqua affectionis qualitas consideratur, & nullo modo creditur, aut secus, & admitti potest, quæ omnia sunt iudicis arbitrio consideranda. Benintend. decis. Bonon 63. Rot. diuers. decis. 354. par. 4. & 630. eiusdem partis, & de aliquibus alijs quæ requiruntur ad hoc, vt credatur alicui de facto proprio, vel non, vide Valasch. in decis. Lusitan. 73. Hic obiter vide in quibus probent Baiuli, qui simplicem operam in deferendo præstiterunt. Rot. Genuæ decis. 94. in antiq.

30 Decimoquarto nota, quod † neque mulier, neque impubes, neque minor testis est idoneus. Franc. Marc. decis. 900. & 890 par. 1. & etiam nullum indicium facit examinatus propter reuerentiam certarum personarum. Franc. Marc. decis. 95. vel 895. par. 1.

31 Decimoquinto nota, quod † si testis non citatus voluntariè venerit, ac deposuerit subornatione suspectus est, ideo fidem facere non videtur, sed contrarium dicendum esse, fuit decisum per Rot. decis. 22. de testibus Minsynger. decis. 16. part. 6. Cappella Tholos. decis. 385.

32 Decimosexto nota, quod † probatio damno testes super quantitate etiam inhabiles admittuntur, quia hic ex quadam æquitate potius proceditur. Pur. decis. 229. & intelligitur, quādo post publicationem apparuit de damno, quando autem testium examinationi non obsit publicatio, vide Gail. decis. 105. part. 1. Rot. diuers. decis. 136. par. 3. lib. 2. Guid. Pap. decis. 72. & 124. Franc. Marc. decis. 542. par. 2. Et quando admittantur testes super nouis post publicationem, vide Capyc. decis. 81.

33 Et † quando super omissis recipi possint testes, vide de Franch. decisio. 371. Et an publicatio coram arbitris obsit testibus producendis coram Ordinario, vide Capyc. decis. 47. Testes autem post publicationem non recipiuntur ad probandum famam Surd. decis. 59. Et quando sint admittendi testes noui ad comprobandum, vide apud eundem Surd. decis. 296.

34 Decimoseptimo nota, quod † obiectus contra testes in prima instantia examinatos potest dari in secunda, & quomodo? Afflict. decis. 266. Mastrill. decis. 97. Thesaur decis. 259. In quibus autem iudicijs summarijs obiectus contra testes non admittatur, vide apud Capyc. decis. 55.

35 Decimooctauo nota, quod † testes contra matrimonium inducti omni exceptione maiores esse debent, alias, non admittuntur. Verall. decis. 286. par. 3.

36 Decimonono nota, quod † testes examinati per viam exceptionis, etiam inter easdem personas fidem nō fa-

faciũt in alio iudicio per viam actionis intentato, quoniam ad diuersum finem agi videtur. Put. decisione 68. parte 1.

37 Vigesimo nota, quod † testes in iudicio momentaneo faciunt fidem in ordinario Gail. decis. 103. par. 1.

38 Vigesimoprimo nota, quod † testis instructor, & subornator aliorum repellitur Marta decis. Pisana 117.

39 Vigesimosecundo nota, quod † testes cum præmeditato sermone sunt suspecti Viuius decis. 164. Item festinans dicere est pariter suspectus, id. Viuius decis. 171. Item testis non verisimilia deponens ex eod. decis. 199. Et si nulliter testes examinati sunt vi gore remissoriæ per notarium ab vna partium suspectum iuratum ipsa nullitas per commissionem non sanatur Veral. decis. 292. par. 3.

Vigesimotertio nota, quod ne indicium quidem testes non citata parte faciunt, præsertim ad futuram rei memoriam. Et contra omnes iuris regulas recepti nullum penitus adminiculum præstant, sed in totũ reijciendi sunt, sed si vnum tantum defectum paterentur, adminiculum præstare possent. Rot. diuersor. decis. 38. parte 4.

40 Vigesimoquarto nota, quod † testes voluntarij, reprobantur. Voluntarij autem testes dicuntur, qui absque præuia citatione, iudicisque præcepto audiri curant. Mainard. decis. 87. par. 4. quando autem testes propter delicta reprobentur, vide Mainar. decis. 75. par. 4.

Vigesimoquinto nota, & vltimo, 41 quod † testis inhabilitas non suppletur ex habilitate alterius Mainard. decis. Cappel. Tholos. 68. par. 4.

Hactenus de his, qui non sunt, nũc de ijs, qui idonei sunt, videre est consentaneum.

42 Circa, quod aduerte primo, quod † mediator est testis idoneus. Veral. decis. 267. par. 3.

43 Secundo, quod † Procurator contra dominum est idoneus testis Guid. Pap. decis. 45.

44 Tertio, † Aduocatus potest esse testis. Surd. decis. 219.

45 Quarto † propter facti infamiam quis a testimonio non repellitur, sed tanta fides non adhibetur Corser. decis. Cappel. Tholos. 174.

46 Quinto, † testimonium impuberis doli capacis, saltem sufficiens indicium facit Corser. decis. 238. Et in criminalibus, vbi veritas haberi non potest, testes non integri admittuntur. Viuius decis. 19. idemque iudicium fit de minoribus viginti annis Francisc. Marc. decis. 890. par. 1.

47 Sexto, † mulier in delictis de iure Canonico nullum indicium facit, nisi in casibus, in quibus infames admittentur. Franc. Marc. decis. 900. parte prima.

48 Septimo, † in causa matrimonij admittuntur consanguinei, & affines Triuisan. decis. 10. par. 1.

49 Octauo, † parentes pro filijs admittuntur, si de probanda consanguinitate agatur, aut de probando fœdere matrimonij Franc. Marc. decision. 541. par. 2.

50 Nono, † illæ personæ, quæ de iure testimonium inuitæ ferre non compelluntur deficientibus alijs probationibus compelli possunt Corser. decis. 355. Franc. Marc. decis. 382. par. 2.

51 Decimo † testis relegatus in contumaciam non reprobatur. Mainard. decis. 93. par. 4.

Sed dũ ista pragmatica dicit, quod in factis antiquis debeant recipi de-52 cem testes. Quæro, † quando dicatur factum antiquum vide Polidor. Rip. in obseruat. 69. vbi dicit centum annis.

SVMMARIVM.

1 *Testes post publicationem non recipiuntur, nisi fuerint antea nominati.*

2 *Limitabis à num. 2. vsque ad 16. inclusiue.*

Publi-

17 *Publicatis attestationibus per viam restitutionis alij testes produci possunt.*

18 *Minor, vel Ecclesia per viam restitutionis in integrum idem, vel contraria articulis alterius partis opponi possunt post publicationem.*

19 *Tertius post publicationem testium potest facere examinari testes, quod declara num. 20.*

21 *Testes super nouis articulis dependentibus à primis post publicatum in causa de nouo produci possunt, declara ibid.*

22 *Testes induci possunt post publicationẽ si instrumentum fuerit productum, quod egeat probatione. Item in causa matrimoniali, num. 23.*

24 *Testes non recipiuntur in causa super articulo præsentato per eum cũ clausula iudicis, saluo iure impertinentiũ, non concernente contrarium; quod fuerat productum, & verificatum ab alia parte, nec recipiuntur ad probandam bonam famam, nec ad probandũ testes reprobatorios, num. 25.*

26 *Post testificata didicita etiam publicatione non facta testes nouos producens non auditur, & quando dicatur testificata didicisse.*

27 *Publicatio facienda est etiam in iudicio summario.*

28 *Publicationis petitæ denegatio reddit sententiam nullam, & effectus publicationis qualis sit.*

29 *Decretum, quod detur summarium testium, non habet vim publicationis.*

COLLECTANEA 220.

Super pragmatica II. sub Rubr. de test. refrænat.

Quandoque solent.

Disponitur per hanc pragmaticã, 1 quod † post publicationem testes non recipiantur, nisi fuerint antea nominati. Sed num † recipi pos-
2 sint ad comprobandum dicta priorũ affirmat. Surdus in decisio. 126. Item
3 † recipi possunt, cum ob culpam, vel malitiam examinatoris factum est, quo minus reciperentur de Franchis
4 in decis. 371. sic † ob nullitatem examinis, vbi alij testes vltra iam examinatos recipi possunt Thesaur. in deci-
5 sione 28. Item † in causa criminali, etiam ad offensam, idem in decisione
6 261. Item † si post publicationem reperiantur testes non repetiti in causa criminali Guid. Pap. in decision. 72.
7 Item † perempta instantia, & in aliis casibus, quos vide per te in Afflic. de-
8 cis. 216. Sic † quando probari posset testes corruptos falsum dixisse, Cappell. Tholos. in decis. 284. & 285. Item
9 † produci possunt post publicationem ad confirmandum eorum fidem, præsertim in ijs, quæ primo loco posuerunt, si per alios aduersæ partis testes diminuta sit eorum fides, Giurb. in decis. Sicil. 74.
10 Sic † in minore muliere, & rusti-
11 co. Guid. Pap. in decis. 124. Item † ex officio iudicis, aliave ex iusta causa mouente iudicem, idem in decisione
12 201. admittuntur † etiam ad declarandum eorum dicta obscura Faber
13 in decis. 2. de testibus. Item † si ante publicationem de probatione cõtraria instrui non potuerit, idem in de-
14 cis. 62. eo. tit. Item † si testes fuissent male interrogati, quia ex integro audiendi sunt, etiam post publicationẽ
15 idem in decis. 47. ibid. Itẽ † quando publicatio nõ est ritè facta ijdem testes, vel alij super ijsdẽ articulis produci possunt Rota in nouis in decisi.
16 13. de testibus, † siue ad instantiam producentis testes, siue alterius publicatio facta fuerit, eadem Rota in decis. 11. de probat. vide etiam Rot. in antiquis in decis. 1. de testibus. Item
17 † publicatis attestationibus per viã restitutionis alij testes produci possunt eadem Rota in antiquis in decisio. 4. de testibus. Item post publicationem examinari possunt testes, si appa-

appareat de damno, vt sic decisum in Rota Romana tradit Puteus in deci-
18 sio.219.par.2. Item † minor, vel ecclesia per viam restitutionis in integrum idem, vel contraria articulis alterius partis opponere possunt, vide Afflict. in decis.216. & Surd. in decis.126. licet cōtrarium Amat. in decis.78. sic etiā licet principalis propter publicationem exclusus sit, tertius tamen litem ignorans exclusus
19 non est & sic post publicationē † tertius potest facere examinari testes,
20 † nisi principalis tertium ignorantem malitiosè venire procurasset, vt
21 ex Afflict. in decis.235. † Item testes super nouis articulis dependentibus à primis post publicatum in causa de nouo produci possunt, dūmodò tales articuli, vel probanda in eis in antiquis de necessitate probationis iuris, vel facti non includantur Capyc. de-
22 cis.81. Item † testes possunt induci post publicationem, si instrumentū productū fuerit, quod indigebat probatione testium ad concomitātiam, vt fuisse practicatum dicit Afflict. in
23 decis.216. sub num.5. Item † in causa matrimoniali testes post publicationem produci possunt, vt decisum in curia Archiepiscopali Neapolitana dicit D. Ricc. in decis.44 par.2.
24 Non † recipiuntur tamen testes post publicationem in causa super articulo præsentato per reum cū clausula iudicis, saluo iure impertinētiū, concernente contrarium, quod fuerat productum, & verificatum ab altera parte Afflict. decis.33. Gramm. de-
25 cis.95. Caroc. decis.49. Item † testes post publicationem non recipiuntur ad probandam bonam famam Surd. in decis.59 Item nec ad probandum testes reprobatorios, idē Surd. in decisio 296.
26 Et scias, quod † etiam publicatione non facta, is, qui testes nouos producere vult, non auditur, si testificata didicerit, vide Surd. in decisio.153. vbi benè habes, quando quis dicatur didicisse testificata ad effectum excludendi ab alijs probationibus.
27 Neque notare desinas, quod † publicatio facienda est etiam in iudicio summario Vin. decis.32. & publicatio testium super interrogatorijs nō impedit dari articulos idem cōtinentes ex decision. Rotæ Romanæ apud Put. in decis.258. lib.2. qui in decisio.
28 122. lib.1. dicit, quod † denegatio publicationis petitæ reddit se tertiam nullam. Sed effectus publicationis qualis sit apparet ex decisio. Cameræ Imperialis apud Gail. in obseru.105. lib.1. & ex decis. Parlamenti Delphinalis apud Franc. Marc. in decis. 504. vol.1. & videre poteris Guid. Pap. in
29 decis.586. Scias tamen, quod † decretum vt detur summarium testiū non habet vim publicationis, vt apparet ex decisione Rotæ Romanæ, apud Cæsar. de Grass. in decisio.11. de testibus.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatur dispositio pragmatica.*

2 *Vagabundi an possint vbicunque conueniri, vel debent remitti ad eorum iudices competentes remissiuè.*

3 *Vagabundi an possint exulari, & in triremibus poni ad tempus.*

4 *Vagabundi possunt à iudicibus incompetentibus capi.*

COLLECTANEA 221.

Super pragmat. II. sub Rubrica de Vagabundis.

Alli anni passati, &c.

POena remigationis per quinquēnium hic est imposita vagabundis, & meritò quidem, nam huiusmodi vagabundi, & otiosi sunt venenum Ciuitatis, sunt proni ad libidines, inuidiam, seditiones, & turbas, & propterea Ciuitas purganda est malis istis vagabundis, vt apparet ex decisione

par-

parlamenti Delphinalis apud Franc. Marc. in decis. 436 par. 2.

1 Amplia † dispositionē huius pragmaticæ procedere etiam in Mendicantibus validis, vt per Cabal. in reso lut. crimin. cas. 178. vbi resoluit, quod edictum de vagabundis comprehendit mendicantes validos, de quo vide etiam pragmat. 1. sub Rubric. de Mēdic. circa cuius materiam sunt viden di Peguer. in decis. Cathalon. 47. & D. Ricc. in decis. Curię Archiepisc. Neapol. 285. par. 2.

2 Sed † an vagabundi possint vbique conueniri, vel debeāt remitti ad eorum iudices competentes vide abun dè Peguer. in decis. Rot. Cathalon. 3.

3 Quod † autem vagabundi possint exulari, & in triremib. poni ad tēpus est decisio Regni Siciliæ apud Mutā in decis. 64. vbi ita etiam dicit de rixari solitis, & diffamatis.

4 Et aduertē, quod † vagabundos potest iudex incompetens capere, vide Minsynger. in obseruat. 75. cent 2. & Koppen in decis. 43. iuxta quam sententiam ego Nouarius consului in facto.

SVMMARIVM.

1 *Remissio delinquentis est facienda ad locum delicti.*

Ampliatur hac conclusio pro vt nu. 2. 3. 4. 5. & 6. sed limitatur vt num. 7. 8 9. 10. & 11.

12 *Exemptus an subiaceat ordinario ratione delicti*

13 *Quæ requiruntur ad finem remittendi inquisitum vna cum processu.*

14 *Remissio cuius expensis fit.*

15 *Remissio vt fiat necessarium est, quod plen. ssimè constet de delicto.*

16 *Iudex remittens causam Baroni nō potest prasigere terminum, infra quem causam habeat expedire.*

17 *Baro, cui nō competit iurisdictio aliqua aduersus quem alterius Baronia, an possit illum capere, post hac verò ad Baronem, delictique iudicem remittere.*

18 *Delinquens in Ciuitate Neapolis, seu in eius casalibus non venit remittendus ad Baronem, & quid si alibi delinquat*

19 *Iurisdictione concessa in vasallos non circumscripto territorio, si illi delinquant extra territorium, & in carcerationē prauenian M.C. veniāt remittendi postea ad Baronem.*

20 *Remissio delinquentis non est ad iudicē loci delicti facienda post sententiam.*

21 *Delinquens in mari, si prauentus fuerit à M. C. V. non est remittendus ad M.C. admiratiæ habente iurisdictionem in eos, qui viuunt de arte maris.*

22 *Remissio capti quando, & quomodo sit concedenda remissiue.*

23 *Remissio causa, an sit facienda ad iudicem secundariū causarum à Barone electum habentem talem cognitionē primarum, & secundariū vigore eius priuilegij, si per decretum S.C. fuisset prouisum, quod circa assagium faciendum in frumentum appellaretur ad Capitaneum.*

24 *Remissio carcerati delinquentis, an sit facienda ad iudicem, ad quem erat destinatus subditus ex præcedentibus præparatorijs.*

25 *Remissio causa intentata ex remedio l. diffamari, C. de ingen & manu. corā vno iudice iudici conuenti fieri non potest.*

26 *Remissio delinquentis subditi alicuius Baronis priuilegium habentis, & iurisdictionem in eius vasallos delinquentes extraterritorium cum clausula abdicatiua, & priuatiua si delictū esset commissum in territorio alterius baronis pariter priuilegiū habentis, & iurisdictionem contra quascunque personas delinquentes in eius territorio, an sit facienda iudici, seu baroni loci delicti, vel baroni originis.*

27 *Remissio alicuius inquisiti subditi magno admirato de resistētia facta Algazerijs M.C. an sit facienda curia ipsius, cum sint offensa aures M C.*

28 *Re-*

28 *Remissio causæ possessory intentati per laicos vigore cap. Regni soluédi decimas capitulo Episcopali integrè, an sit concedenda, si fuerit petita per capitulum ad curiam Episcopalem facta citatione per edictum, & de facto contra laicos agebatur.*

29 *Remissio vasalli percutientis actuariũ curiæ ipsius est facienda baroni obstantibus ritibus M.C.V.*

30 *Remissio causæ ad curiam alicuius artis an sit facienda non obstãte electione fori facta per pupillum.*

31 *An remissio causæ intentata in M.C.V contra aliquem, qui post litem contestatam petierat remissionem ad curiam artis sericæ, vel alterius curiæ tale priuilegium habentis, si nihil in termino præfixo probauerit.*

32 *Remissio clerici effecti post clericatum impetratum fieri debet ad iudicem ecclesiasticum.*

COLLECTANEA 222.

Super pragmat. I. sub Rubrica Vbi quis de delicto conueniatur.

Licet, &c.

SAncitum est hic, quod delinquentes remittantur puniendi ad locũ delicti. Tu videas textum de iure cõmuni in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet in Auth. qua in prouincia, C. eod. tit. vide Laurent. in decis. Rot. Auenion. 114. Franc. Marc. decis. 920. p. 2. Peguer. decisio. 66. vbi assignat plures
1 rationes, quare † remissio delinquentis sit facienda ad locum delicti, & vide eundem in decis. 87. Cabal. resolut. 162 Franc. in decis. 37. vbi quod forũ delicti dicitur, & est potentius foro originis, & domicilij, & ad materiam vide Koppen in decis. 43. & Boer. in decis. 29.
2 Amplia primo † procedere dispositionem huius pragmaticæ, & sic delinquentem esse remittendum ad locum delicti etiam si aliter extaret cõtraria consuetudo Boer. decis. 29.
3 Amplia secundo † procedere etiã in mandate fieri delictum, quia ipse pariter est remittendus, & puniendus ad locum delicti Guid. Pap. decis. 104.
4 Amplia tertio † etiam in testibus, qui remittuntur puniendi ad iudicẽ, coram quo falsum deposuerunt Afflic. in decis. 219. & 230. Peguer. in decis. 60. & in decis. 79.
5 Amplia quarto † etiam procedere in damnificantibus seminata, quia sortiuntur forum illius territorij, in quo damnum fecerunt Anna, qui sic dicit iudicatum, & esse praxim in syngul. 137.
6 Amplia quinto † in tantum supradicta esse vera, vt iudex originis nequeat punire originarium subditum, qui in alieno territorio deliquit, vt decisum in Senatu Pedemont. testatur Thess. decis. 90. licet contrariam opinionem approbauerit Sacrum Consilium Neapolitanum teste Franch. dec. 66. ac Rot. Lucensis teste Magon. decis. 170. Peguer. decis. 67. Koppen decis. Germ. 43.
7 Limita primo, † in fure, qui potest puniri in loco, vbi reperitur cum re furtiua Boer. decis. 218. Capic. decis. 104. Peguer. decis. 29.
8 Limita secundo † quãdo iudex domicilij, vel originis præuenissent in cognoscendo iudicem delicti, quia in tali casu non erit faciẽda remissio de Franch. decis. 505. licet contrarium fuerit decisum in causa Marchionis Brancialiani, & Baronis Casalis Siriani.
9 Limita tertio † in miserabilibus personis delinquentibus, vt per Fran. Marc. decis. 83. par. 2.
10 Limita quarto † vbi ageretur ciuiliter in delictis Cappella Tholos. in decis. 320. vbi etiam in contractibus sic firmat, de quo vide Franc. Marc. in decis. 400. par. 1. & 244. par. 2.
11 Limita quinto † pœnam non posse infligi in loco delicti, nec ad eum esse

esse faciendam remissionem ad terrã alterius Principis diuersi Imperij, vbi fuit commissum delictum Peguera in decis. 2.

12 Sed an † exemptus subiaceat ordinario ratione delicti vide Antonin. in decis. 4. libr. 3.

Ad materiam autem nota plures
13 deisiones, & primo † quæ requirantur ad finem remittendi inquisitum vnà cum processu, fuit decisum per
14 Guid. Pap. decis. 202. & † cuius expēsis fiat delinquentis remissio fuit decisum expensis petentis de Franch. dec. 312. Boer. decis. 307. Ludouic. decis. Perus. 71. & an vt fiat remissio ne-
15 cessarium sit, quod † plenissime constet de delicto affirmatiuè fuit determinatum apud Gam. decis. 363. Item
16 num † iudex remittens causam Baroni possit præfigere terminum, infra quem causam habeat expedire negatiuè fuit decisum, vt refert Anu. in
17 singul. 269. Item † Baro, cui non cōpetit iurisdictio aliqua aduersus quē, alterius Baroniæ delinquentem, possit ne illum capere, post hac verò ad Baronem delictique iudicem remittere, fuit decisum negatiuè in Senatu Catalon. apud Peguer. decis. 3. & num
18 † delinquens, in ciuitate Neapoli, seu in eius casalibus veniat remittendas ad Baronem, negatiuam partem tenet de Franc. decis. 128. sed quid si alibi delinquat affirmatiuè decisum fuit in Ror. Lucen. decisione 70 & de
19 Franch. decis. 66. Item † concessa iurisdictione in vasallos non circumscripto territorio, num si illi delinquant extra territorium, & in carceratione præueniat magna curia veniant nihilominus remittendi postea ad Baronē, decisum affirmatiuè
20 Mianard. decis. 18. Item † an remissio delinquentis sit ad iudicem loci delicti facienda post sentētiam, decisum
21 negatiuè Gram. decis. 27. Item † si Mag. Curia præueniat in carcerãdo aliquem in mari delinquentem, an habeat remittere ad Curiam Admiratiæ, cui competit iurisdictio in omnes in mari delinquentes, decisum negatiuè de Franch. decis. 142.

22 Et † remissio capti quando, & quo modo sit concedenda lege Antonin. in decis. 53. libr. 3. & remissio causæ ad iudicem competentem, vt locum habeat quomodo practicetur in materia l. diffamari C. de ingen. & manumiss. hoc est an is qui prouocat aliquem ad agendum tanquam iactantem ius habere in aliqua re, vel conuentus qui agere compellitur, fuit decisum actorem esse prouocantem aliquem ad iudicium, & ideo si actor erit, debet super hoc conuenire illū, qui se iactat in foro suo, & locum habebit remissio, & sic fuit exequutum Afflict. decis. 268. Franc. decis. 657. Ca-
23 pyc. decis. 18. & † remissio causæ an sit facienda ad iudicem secundarum causarum à Barone electum habentē talem cognitionem primarum, & secundarum causarum vigore eius priuilegij, si per decretum S. C. fuisset promissum, quod circa assagium faciendum per Capitaneos in frumentum appellaretur ad Capitaneū, fuit decisum non esse locum petitæ remissioni ex causis discussis Franc. dec.
24 511. Et † remissio carcerati delinquētis an sit facienda ad iudicem, ad quē erat destinatus subditus ex præcedentibus præparatorijs, vt in milite religionis Hyerosolomitanæ, qui factis probationibus pro admissione, & se præparasset accedere ad locum iudicis delinquentis, fuit decisum quod non, Franc. decis. 449. nec minus Caball. resol. crimin. cent. 1 cas. 65. & remissio causæ ad hoc vt iure militet exquiritur vt non solum conuenti subsint iudici alicuius artis, vel Collegij, sed etiam de illo negotio spectāte ad illam artem, & ad illud negotiū, ita quod sit diuersum inter iudicem, & reum, aut conuentum, nec aliquod interesse habeat iudex, aut ars, seu Collegium, & proinde in occurrenti casu non fuit facta remissio ad Colle-

Rr gium

Digitized by Google

gium Medicorum, ex quo causa erat inter Collegium, & Medicum petentem salarium Doctorum, ne Collegiū ipsum fieret iudex in causa propria,
25 Vrsill. decis. 41. † Et remissio causæ intentatæ ex remedio, l. diffamari, C. de ingen. & manu. coram vno iudice, an fieri debeat iudici conuēti fuit decisum, quod non, nam iudex causæ præparantis erit iudex causæ præpa-
26 ratæ Vrsill. decis. 268. † Et remissio delinquentis subditi alicuius Baronis priuilegium habentis, & iurisdictionē in eius vasallos delinquentes extra territorium cum clausula abdicatiua, & priuatiua, si delictum esset commissum in territorio alterius Baronis pariter priuilegium habentis, & iurisdictionem contra quascunque personas delinquentes in eius territorio, an sit facienda iudici, seu Baroni loci delicti, vel Baroni originis, concluditur, quod si priuilegium primi iudicis esset anterius priuilegio secundi iudicis, id est loci delicti, ibi remittēdus erit delinquēs, & ita decisum fuisse testatur Tartaglia in Margarita Fisci, cap. 8. num. 2. & bis sic fuit etiam decisum in S. C. in causa Ducis Atriolæ cū Principe collis, & in causa Marchionis Braciliani cum Barone Siani, & confirmatum iunctis aulis, vbi apparet remissos fuisse vasallos ad iudicē delicti, & sic ad Baronem, in cuius territorio fuit commissum delictum, & habebat anterius priuilegium. Et an
27 † remissio alicuius inquisiti subditi magno Admirato de resistentia facta Algezerijs M.C. sit facienda Curiæ ipsius, cum sint offensæ aures M.C. decisum fuit affirmatiuè vigore ipsius Curiæ priuilegiorum de Franch. decisio. 722. & Viscon. in eius addit. sub num. 1. tradit decisum fuisse per S.C. ad fauorem Marchionis mōtis Fortis vtilis Domini terræ Carditi.
28 Et † remissio causæ possessorij intentati per laicos vigore Capit. Regni soluendi decimas Capitulo Episcopali integrè, an sit concedenda, si fuerit petita per Capitulum ad Curiā Episcopalem facta citatione per edictum. & de facto contra laicos agebatur. Item stantibus prouisionibus Collateralis Consilij expeditis ad instantiam Capituli mandantibus Capitaneo Terræ, vt cogeret illos subditos ad soluendum decimas, fuit iunctis aulis in S.C. datus terminus, in quo receptis probationibus ambarū partium, postmodum decisum fuit in fauorem Capituli prædicti esse manutenēdum in possessione exigendi integrām decimam, decidēdo articulum possessorij in beneficium Ecclesiæ. Et
29 † remissio vasalli percutientis actuarium Curiæ ipsius, an sit facienda Baroni obstantibus ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ, fuit decisum per S.C. affirmatiuè, & sic in fauorem Baronis A-
30 scia. deter. 107. Franch. 407. Et † remissio causæ ad Curiam alicuius artis puta serici, vel lanæ, an sit facienda, non obstante electione fori facta per pupillum, & iuramento perhorrescētiæ, fuit in duobus casibus relatis à Bottis in addit. ad Constit. statuimus, vt M. C. incipit nota, quod in anno
31 1541. decisum, quod non. Et an † remissio causæ intentata in M.C. Vicariæ contra aliquem, qui post litem cōtestatam petierat remissionem ad Curiam artis Sericæ, vel alterius curiæ, tale priuilegium habentis, si nihil in termino præfixo probauerit, & cum esset denegatum in M.C. fuit appellatum ad S.C. qui pronunciauit benè appellatum, & proinde causa fuit remissa ad Curiam artis Serici in causa Anelli de Conteno, cum Medoro Bono. Et remissio petita per Baronem exterum feuda in Regno possidētem, & conuentum super re in Regno existente à Ciue Neapolitano priuilegium trahendi habente, non obstante comparitione dicti exteri in M. C. Vicariæ petentis, se hæredem declarari sui consanguinei interposita appellatione ad S.C. per actorem, an sit concedenda dato termino super remissione

sione causæ, fuit per S.C. innctis aulis decisum non esse locum petitæ remissioni penes de Ferrarijs, in causa Marchionis Orioli cum Principe Auriæ.

32 Et an † remissio clerici effecti post delictum patratum fieri debeat ad iudicem ecclesiasticum, decisum fuit per M.C. Vicariæ in causa D. Ludonici de Baucio Capuani, affirmatiuè in Banca Micenæ de Laratha consilio 105.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si fuerit lata in prima instantia ab alio iudice, quam à iudice sui domicilij dicitur nulla.*

Limitatur hac conclusio, prout num. 2. 3. & 4.

5 *Iur amentum per horrescentia non præstito Baro poterit petere causæ remissionem. n. 26.*

6 *Aduersus iuramentum hoc non datur probatio in contrarium.*

7 *Personæ miserabiles, dum eligunt forum, eligere debent forum, & tribunal Principis, & non inferiorum.*

8 *Miserabiles personæ non solum possunt eligere vnum forum, sed variare ad aliud, ampliatur hac conclusio, vt num. 9 10 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21. & limitatur, vt nu. 22. 23. 24. & 25.*

26 *Electione fori facta statim sunt ligata manus iudicis coram quo litigatur.*

27 *Exceptio electionis fori semper potest opponi.*

28 *Priuilegio electionis fori per miserabiles personas renunciari non potest.*

29 *Textus Sacri Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. vers. exceptis, an comprehendat text. in l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. remissiuè.*

30 *Cognitio suorum vasallorum denegatur Baronibus, quando vasallus Baronis est inquisitus de receptatione contumacis Regij Tribunalis, aut de conuersatione, vel de ope præstita.*

31 *Remissio non datur Baronibus, vbi agitur de delictis patratis intus Ciuitatem Neapolis, etiam si delictum esset factum intra, & ita etiam ageretur de causa damni dati, & ita pariter de causa administrationis.*

32 *Dominus plurium Prouinciarum, vel terrarum separatarum, & distinctarum non potest subditos vnius Prouinciæ, vel terræ delinquentes conduci facere ad aliam prouinciam, vel terram, & ibi eos processari, & puniri facere.*

COLLECTANEA 223.

Super pragmat. II. sub Rubrica Vbi de delicto quis conueniri debeat.

Querula dispositione, &c.

Mandatur hic, vt pro primis causis nemo extrahatur à proprio domicilio. Vnde † si fuerit lata sententia in prima instantia ab alio iudice, quam à iudice sui domicilij, dicitur nulla, & certum est, quod Baroni est remittendus suus vasallus, etiam post sententiam Tribunalis superioris, per quod fuit condemnatus, vt pluries fuit decisum per Sacrum Consilium, & signanter in fauorem Nicolai Grimaldi, tunc Principis Salerni in causa illius de Pinto, qui fuerat condemnatus ad mortem per M. C. V. & sententia confirmata per S. C. & sic obseruatur in Regijs Tribunalibus, vt constat ex quamplurimis exemplis inductis in processu Donati la Veglia in Banca Scipionis de Ruggerio, qui post sententiam M.C.V. fuit remissus ad Marchionem Griptilarũ, ita quod vasalli nequeunt huic priuilegio renunciare, & prorogare iurisdictionẽ Tribunalis superioris inuito Domino, vt decisum testatur Capyc. in decis. 9. & vide Franc. in decis. 529. vt sic etiam procedit respectu Baronum, vt nequeant euocare eorum vasallos extra districtum de vna Terra ad a-

 liam

liam ad instantiam cuiusuis personæ Franc. in decis. 526.

2 Limita primo, † nisi iudex Ordinarius loci sit alicui parti suspectus, quo casu poterit Baro deputare alium iudicem non suspectum extra districtũ, dummodo sit intra prouinciam, vt decisum per Regiam Audiētiam tradit Carauita in Ritu 265. nu. 34.

3 Limita secundo, † quando causa esset ardua, & timeretur de carcerum fractione, vel vrgeret alia causa necessaria, nam tunc poterit Baro extrahere vasallos carceratos de vna terra ad aliam Franc. in decis. 526.

4 Limita tertio, † in causis miserabilium personarum, nam in tali casu dispositio nostræ pragmaticæ non procedit, nec habet locum, cum vigore Constitutionis Regni statuimus illis concedi iur electio fori, quam debent facere mediante iuramento allegando perhorrescentiam partis aduersæ, vt hic mandatur, vnde euenit, quod

5 † isto iuramento perhorrescentiæ nō præstito Baro poterit petere causæ remissionem, vt testatur decisum in Sacro Regio Consilio, Franc. in decis. 257. in causa Ducis Grauinæ, & Re-

6 gij Fisci die 9. Augusti anno 1581. † Aduersus, quod iuramentum non datur probatio in contrarium Rota in Antiquis in decis. 79. Rota in Nouis in decis. 42. licet contrarium penes Cappellam Tholos. in decis. 237. reperiatur bis decisum.

7 Debent † tamen istæ personæ miserabiles, dum eligunt forum, eligere forum, & Tribunal Principis, & non inferiorum, vnde meritò in quadam facti contingentia dum esset electus à quadam miserabili persona iudex secundarum causarum patrocinante Domino meo Genitore Ioanne Dominico Nouario Iurisconsulto Eruditissimo, fuit decisum illum iudicem non esse competentem, sed Tribunalia Regia esse adeunda.

8 Et † non solum miserabiles personæ possunt eligere vnum Forum, sed variare ad aliud, quia vbi electio datur licita est variatio, ita quod praxis quotidiana est, vt bis, & ter concedatur variatio, tàm à Curia domicilij, quam à Magna Curia, & Regia Audientia.

9 Amplia primo, † miserabiles personas non tantum posse eligere forum, vt etiam consortes litis cum ipsis gaudeant eodem priuilegio electionis fori Viu. in decis. 521. vbi refert sic decisum per Signaturam iustitiæ Romæ coram Illustrissimo Cardinali Sfortia.

10 Amplia secundo, † Vxores miserabilium personarum gaudere eodẽ priuilegio electionis fori, vt eorum mariti, vt in quadam facti contingentia fuit decisum in Sacro Consilio.

11 Amplia tertio, † Miserabiles personas habere priuilegium electionis fori, etiam si Barones, & Domini habeant iurisdictionem primarum, & secundarum causarum derogantem omnibus priuilegijs, vt decisum in Senatu Sabaudiæ in anno 1591. dicit Gaspar Thesaur. in addit. ad Patr. in decis. 177. quia per clausulas generales non dicitur derogatum huic priuilegio Grammat. decis. 20. Castill. decisione 39.

12 Amplia quarto, † Electionem fori competere personis priuilegiatis, etiam si Princeps per titulum Feudi, aut donationis concesserit alicui inferiori Domino Castrum, aut Ciuitatem per verba amplissima Peregr. in decis. Patau. 129.

13 Amplia quinto, † etiam si per Regem fuerit iurisdictio, concessa cum derogatione, l. vnic. C. quando Imper. & venditione, postmodum intermedia in Demanium iurisdictio reuersa sit Vniuersitati, concessaque cognitione primarum causarum, pro quibusuis causis ciuilibus, & criminalibus iuxta decisionem factam in Sacro Regio Consilio, de qua per Franch. in decis. 517.

14 Amplia sexto, † personas miserabiles

les habere fori electionem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis, vt est Ritus in Regno 230. & ipse in casu occurrenti vidi decisum.

15 Amplia septimo, † competere hoc priuilegium personis miserabilibus, etiam si agant ex Iure cesso, vt decisum, & sic practicari in Senatu Cathaloniæ dicit Cancer variar. resol. ca. 2. de iurisd. iudic. part. 2. num. 28. etiam si cessio fuerit facta ex causa lucratiua, & non onerosa, vt dicit iudicatum die 3. Nouembris in anno 1578. Frãc. in decis. 195.

16 Amplia octauo, † Miserabiles personas habere hoc priuilegium tam si sint pauperes, quam si diuites Thesau. sic dicens decisum in Senatu in decis. 177. num. 3. & sic indistinctè iudicari in nostro Sacro Cõsilio refert Franc. in decis. 100. & seruatur per Senatum Cathaloniæ, vt per Cancer. vbi supra, & iuxta hanc sententiam fuit decisum Romæ in vna Reatina D. Virginiæ viduæ coram Illustrissimo Cardinali Sfortia, teste Vinio in decisione 521. qui pariter sic scribit pluries fuisse decisum in Regia Audientia Barensi.

17 Amplia nono, † etiam si cęptum sit iudicium coram iudice Ordinario posse adhuc vti priuilegio miserabiles personas, vt decisum fuisse in Senatu Sabaudię refert Gaspar. Thesau. in addit. ad patrem in decis. 177. num. 6. & sic pariter decisum in M. C. V. dicit Vrsil. in decis. 257.

18 Amplia decimo, † electionem fori factam cõpetere miserabilibus personis, etiam si deinde cesset causa miserabilitatis, vt per Valasc. in decis. 57. Gaspar. filius in addit. ad Thesaur. patrem in d. decis. 177. num. 4. vbi sic decisum refert in Senatu in causa pupillorum, qui inceperant in minori ætate iudicium, & interim adulti facti erant, & vide nouissimè Mastrill. in decis. 268. par. 3.

19 Amplia vndecimo, quod † si lite pẽdente quis efficiatur miserabilis, potest statim deinde gaudere beneficio electionis fori in illa causa decisum per M. R. C. Regni Siciliæ tradit Giurba in decis. 82. num. 10. in fi.

20 Amplia duodecimo, † electionem fori competere miserabilibus personis, etiam si eorum culpa in talem miserabilitatem deuenerint, vt fuit decisum, & practicatum in S. C. in Regia Camera, & in Audientia Apuleæ dicit Viuius in decis. 268.

21 Amplia decimotertio, † vt miserabilis persona accusans in Regia Audientia officialem, coram syndicatoribus querelare possit, vt fuit decisum in M. C. V. & in S. C. in facti contingentia.

22 Limita primo, † miserabiles personas non habere fori electionem in lite incępta cum defuncto, cui successit, vt est Ritus M. C. V. 234. & fuit decisum in eadem M. C. V. in causa illorum de Throisio Gefunensium, vide Franch. in decis. 234. & Valasc. in decis. 136. lib. 2.

23 Limita secundo, † beneficium electionis fori non competere miserabilibus personis, vbi agerent contra alias miserabiles iuxta decisionem nostri Sacri Consilij, de qua per Franch. in decis. 188 Viu. decis. 49. quod procedit etiam si actor sit magis priuilegiatus, quia conquassan. ur priuilegia.

24 Limita tertio, † vbi agitur de causa concurrentiæ in quinquennali dilatione, nam si agentes sint miserabiles personæ non possunt vti electione fori, vt per Viu. sic decisum referentem in decis. 38.

25 Limita quarto, vbi † Barones haberent priuilegium cum clausula abdicatiua, quoad ipsas miserabiles personas, nam in tali casu nequeunt eligere forum, etiam si Baro renunciaret illi priuilegio, iuxta decis. Franch. 541.

26 Scias autem in materia, quod † facta electione fori statim sunt ligatæ manus iudicis, coram quo litigatur Franch.

Digitized by Google

Franch. in decis. 294. subdens acta facta per iudicem declinatum fuisse declarata nulla, & ita pluries iudicatũ in Tribunalibus Regni Siciliæ testatur Mastril. in decis. 127.

27 Item nota, quod † exceptio electionis fori semper potest opponi, ita quod etiam post conclusum in causa, & præsentatum ius illa sibi locum vẽdicet Viu. in decis. 521. num. 17. sic seruari dicens.

28 Sic etiam scias, quod † huic priuilegio electionis fori per miserabiles personas renunciari nequit, Franch. in decis. 187 & 192. Giurb. decis. 82.

29 Sed an † textus Sacri Concilij Fridentini sess. 24 cap 20. versic. exceptis comprehendat textum in l. 1. C. quando Imper. inter pupil. & vide scribit Mart. in decis. 209. vbi refert affirmatiuè fuisse decisum, licet contrarium ipse d. fendat.

30 Item † denegatur Baronibus cognitio suorum vasallorum, quando vasallus Baronis est inquisitus de receptatione contumacis Regij Tribunalis, aut de conuersatione cum similibus, aut de ope præstita eisdem Franch. decis. 470.

31 Sic pariter, vbi † agitur de delictis patratis intus Ciuitatem Neapolis non datur remissio Baronibus, nec etiam si delictum esset factum intra suburbia Franc. decis. 129. & ita etiam si ageretur de causa damni dati, nam non remittitur, sed vbi est illatum dãnum ibi iudicatur Anna in sing. 132. & idem ratione rei sitæ Franc. decis. 389 & in decis 77. & sic etiam si ageretur de causa administrationis, administrator enim debet reddere rationem in loco, in quo administrauit, vt fuit decisum in Rota Romana in vna Firmana olei 29 Nouemb. 1577. coram Cardinali Blanchetto, & in vna Lugdunensi redditionis rationis 17. Martij 1589. coram R.P.D. Penia, & vide Decisionem Rotæ Marchiæ apud Gratian. in decis. 180.

Ad ornatum huius pragmaticę nõ desinas videre Caball. in resolut. 120.

23 vbi agit, quod † dominus plurium prouinciarum, vel terrarum separatarum, & distinctarum non potest subditis vnius prouinciæ, vel terræ delinquentes in ea conduci facere ad aliam prouinciam, vel terram, & ibi eos processari, & puniri facere, vel aliter in eos contentiosam, iurisdictionem exercere, nisi iusta causa, licet in gratijs delegationibus, & similibus, quæ voluntariæ sunt iurisdictionis potest vbique extra subditorum prouinciam facere, quæ præsens in prouincia illorum posset.

S V M M A R I V M.

1 *Vt procedat dispositio huius pragmaticæ delinquentes debent esse verè delinquentes, & non indiciati per coniecturas.*

COLLECTANEA 224.

Super pragmatica III. sub Rubrica Vbi de delicto quis debet conueniri.

Cum fuerit, &c.

Statuitur, quod delinquentes transfretantes ad Regnum Sicilię vltra Pharum remittantur ad suos iudices competentes, & ita è contra.

1 Aduerte † ex primis verbis huius pragmaticæ, ibi *Delinquentes, & facinorosi homines, &c.* quod vt dispositio talis, de qua hic procedat, opus est, quod delinquentes sint verè delinquentes, ita vt sint conuenti de delicto per veras probationes, non est enim sufficiens, vt sint indiciati per coniecturas, & indicia, vt est videre decisionem Lusitaniæ apud Gammam in decisione trecentesimasexagesimatertia.

S V M-

SVMMARIVM.

COLLECTANEA 225.

Super pragmatica V. sub Rubrica Vbi de delicto quis debet conueniri.

Item quod officiales, &c.

1 Habes hic, quod † delinquentes remittãtur ad officiales loci delicti, nisi sint publici latrones, qui vbi capientur, ibi puniantur.

2 Amplia primo, † procedere etiam in furtis priuatis, quando fur fuit captus contrectando rem furto subtractam eodem die, quo alibi furtum cõmisit, etiam si furtum esset commissum in Ciuitate Neapolis, vt per Capyc. in decis. 104.

3 Amplia secundo † procedere etiã in vasallis ecclesiæ, vt decisum fuisse per Sacrum Consilium refert Salern. in additi. ad consuet. Neap. in proœm. §. præfatis versic. pro conclusione fol. 37. lit. D.

4 Amplia tertio hanc pragmaticam † procedere etiam in raptoribus mulierum, vt per Maring. in decis. 8. vbi allegat tex. in l. raptores C. de Sacrosan. eccles.

Sed an si ex duobus publicis latronibus, qui simul, & semel deliquerunt vnus sit captus per Regiam Audientiam, seu M. C. alter verò per iudicẽ loci delicti, an Magna Curia possit hunc captum per iudicem loci ad se auocare, ne continentia causæ diuidatur, vide Franc. in decis. 416

5 Limita primo † nõ procedere quoties dirrobator non fuerit captus ab aliquo iudice, nec per se, neque per suos ministros, sed ab alio, qui postmodum eum tradidit huic iudici, idẽ Franc. in decis. 342.

6 Limita secundo, † non procedere contra Neapolitanos, qui nec etiam consentientes possũt alibi puniri, quã in M. C. V. vt decisum tradit Vrsil. in decis. 41. vbi refert fuisse auocatam causam per M. C. V. à Curia Theani quæ ceperat ciuem Neapolitanum, ob delictu dirrobationis, & ratio est

7 quia † ciues Neapolitani, & habitãtes in ipsa ciuitate priuilegio eisdem concesso, nec ciuiliter, neque criminaliter vocari possunt extra ciuitatẽ Neapolis etiã ex delegatione regia, siue ratione rei, siue contractus, siue ratione delicti, vt ex ritu M. C. V. 301. Et nedum conuenti habent priuilegium declinandi forum quodcunq. & petendi se remitti ad M. C. V. ve-

8 rum † etiam conueniendo alios non tenentur sequi forum eorum, sed possunt eligere tribunalia Ciuitatis Neapolis, adeo quod dicuntur habere priuile-

uilegium electionis fori, & possunt in ciuitatem Neapolis trahere, & ipsi extra eam no trahuntur, vt patet inter priuilegia Neapolitanorum, ad quæ latius me remitto, & itaquotidie practicatur, & obseruatur.

9 Et hinc videmus, quod † licet Author laudatus debeat comparere in foro laudantis ad textum in l. venditor, ff. de iudic. Boer. decis. 69. tamen

10 † Neapolitani laudati in Anthores, in Curijs Regni non tenentur ibi litigare, sed remittuntur ad Tribunalia Neapolitana vt decisũ testatur An-

11 na singul. 45. † quamuis in alia causa Sacrum Regium Consilium in contingentia facti determinauerit, quod teneatur defendere in loco iudicij emptorem, verum sententia quatenus veniret proferenda contra Neapolitanũ proferatur in ciuitate Neapolitana, pro vt fuit decisum in causa ver. ente inter Ioannem Antoniũ, & Ioãnem Michaelem Triascum Cauentẽ, & Ioannem Carolum de Sernio in M. C. V. facto verbo in S. C. die 28. Augusti 1560. vt refert addit ad c. 53. Regis Catholici fol. mihi 43.

12 Imò non tantum Neapolitani, sed etiam eorum Negociorum gestores habent priuilegium declinandi forũ, & illos trahendi in Tribunalibus M. C. V. vt tradit Anna singul. 401.

Et Neapolitani gaudent priuilegio trahendi non solum si agunt pro causa onerosa, sed etiam si pro lucratiua, vt in Sacro Consilio decisum refert Vrsil. in addit. ad Afflict. in decis. 74. num. 6.

13 Et in tantum † Neapolitani gaudent hoc priuilegio trahẽdi aliàs personas, ut possint trahere etiam miserabiles personas, vt sic practicari refert Viscont. in addit. ad Franch. in decis. 416. quod apparet dispositum per Cap. Reg. 53.

Et id procedit etiam in Neapolitanis ordinarijs habentibus domicilium extra ciuitatem, vide Gramat. in decis. 87.

14 Et sic etiam audiui iudicatum † procedere in hominibus casalium ipsius ciuitatis, quæ decisio potest fundari, quia ipsa Casalia ciuitatis Neapolis gaudent omnibus priuilegijs, quibus gaudet ipsa fidelissima ciuitas Franc. decis. 316. & facit decisio Rotæ Lituaniæ apud Roiz in dec. 3. Valasc. decis. 179. Achil. de Graff. in dec. 3. de decimis Guid. Pap. decis. 265.

Quamuis supradicta nõ procedant

15 † quotiescunque Neapolitani extra ciuitatem Neapolis delinquerẽt, vel contraherent tanquam Barones, nã tunc sunt conueniendi coram iudice loci delicti, vel cõtractus, vt in Sacro Regio Consilio iudicatum, & decisum refert Capic. in decis. 59.

16 Et † sic etiã dicas in muliere Neapolitana nupta extero, nam non gaudet priuilegio fori dum ad domiciliũ mariti fuit ducta, vide Franch. in decis. 416.

17 Et ita pariter † in regia Dohana Menepecudum, cuius Dohanerius merum, mixtumque Imperium habet à Rege, nam in ipsa Dohana Neapolitana minimè gaudent fori priuilegio, vt in facti contingentia iudicatum refert de põte de potestate proregis tit. 4. de regalibus impositionibus § 8. num. 48.

SVMMARIVM.

1 *Gabella semel soluta pro contractu non est soluenda tempore aduenientis conditionis.*

2 *Gabella non soluitur pro retrouenditione conuenta à principio.*

3 *Ius acquirendi uectigalia quomodo probetur.*

4 *Transines, quando incidat in pœnam nõ solutæ.*

COL-

COLLECTANEA 226.

Super pragmatica I. sub Rubrica de vectigal.

Licet inter caetera &c.

MAndatur quod semel solutum ius dohanae amplius nõ exigatur in venditione mercium.

Pro ornatu videas Ludonic. in dec.
1 Perus. 114. vbi quod † gabella semel soluta pro contractu non est soluenda tempore euenientis conditionis,
2 & vide Surd. in decis. 231. vbi quod † gabella non soluitur pro retrouenditione conuenta à principio.
De iure autem vectigalium acquirendo vide Minsynger. in obseruat. 29. cent. 5. qui in obseruat. 30. eadem
3 cent. discutit. † quomodo probetur ius acquirendi vectigalia, & ibidem obseruat. 31. tractat quando validum sit priuilegium nouum exigendi vectigalia, & vectigaliũ praestatio quomodo fieri debeat vide Franc. Marc. decis. 420. part. 2. qui in decis. 422. scri-
4 bit † quando transiens incidat in poenam pedagij non soluti, & in decis. 128. par. 1. firmat portatores merciũ debere singula indicare, quae inspici debent.

SVMMARIVM.

1 *Socius non debentis gabellam debet pro portione sua illam soluere.*
2 *Vir immunis potest accommodare nomen suum eius vxori, & ita etiam pater filio nu. 6. sed declaramus num. 8.*
3 *Maritus, & vxor vna eademque persona censentur.*
4 *Vxor, & vir non debent ad imparia iudicari.*
5 *Vxor habet priuilegium electionis fori, vt vir*
7 *Priuilegium concessum patri extenditur ad filios.*

COLLECTANEA 227.

Super pragmatica VI. sub Rubr. de vectigal.

Perche siamo informati &c.

VIgore huius pragmaticę nemo immunis debet accõmodare nomen suum ijs, qui non sunt immunes a dohana, & alijs iuribus incontractibus, & in extractionibus aliàs puniuntur vt hic.
1 Amplia † dispositionem nostrae pragmaticae procedere etiam in socio immuni, qui nequit nomen suum accommodare alteri socio non immuni, cum socius non debentis gabellam pro portione sua debeat illã soluere iuxta decisionem Senatus Burdegal. apud Boer. in decis. 300.
2 Limita tamen primo, † in viro immuni, qui potest accommodare nomen suum eius vxori, quia priuilegiũ immunitatis concessum marito, intelligitur etiam cõcessum vxori, quae ipsi marito annexa esse dicitur, &
3 † vna eademque caro esse censentur Chartar. in decis. Gen. 23. Amat. in de
4 cis. March. 16. † vxor enim & vir non debent ad imparia iudicari c. si quis vxorem, 33. quaest. 1. Mantica in deci-
5 sio. Rot. Rom. 50. vnde meritò † vxor habet priuilegium electionis fori, vt vir, & decisum in Sacro Regio Consilio Neapolitano retulimus in praxi elect. for. quaest. 47. sect. 1 vbi plurima adduximus ad confirmationem, vt poteris videre.
6 Limita secundo † in patre, qui pariter potest accommodare nomen suum filijs, qui non sunt immunes à
7 dohana, † priuilegium enim concessum patri extenditur ad filios Francisc. Marc. decis. 487. par. 1. vnde Doctorum priuilegia eorum filijs competere suadet text. in l. medicos, C. de profess. & medicis li. 12. & vide Guid. Pap. decis. 389.

8 Verum declara † procedere in filijs, dummodo habitent cum ipso patre, secus si diuertant ab eo, vel eo mortuo, vt in simili decisum refert Fab. in suo Cod. lib. 3. tit. 17. definit. 3. vbi Senat. vel Clarif.

SVMMARIVM.

1 *Pœna fraudantium gabellas quænam sit, & nu. 2. & 3.*
4 *Pœna ob gabellam fraudatam cui applicetur remissiue.*
5 *Exigens gabellam præter taxam tenetur actione furti.*
6 *Gabella an debeatur ex oneribus accollatis.*

COLLECTANEA 228.

Super pragmatica V. sub Rubrica de Vectigalibus.

Perche per euitare le fraudi, &c.

Mandat, quod fraudantes gabellas vnius grani pro quolibet rotulo puniantur, vt hic.

Regulam firmo pro Choronide huius pragmaticæ, quod † fraudantium gabellas pœna est, vt res quæ vehuntur, de quibus gabella solui debebat, & non fuit soluta incidunt in cõmissum, & confiscantur, l. 1. & 2. C. de vectigal. l. cõmissa, in princ. ff. de public. l. cum proponas. C. de naut. fœnor. l. qui fiscales, C. de nauicularijs, lib. 11. Artaman. obseruat. 5. tit. 48. lib. 2. latè Koppen in decis. 50. p. 1. qui ampliat gabellotũ posse pignorare, & detinere fraudatoris res, & merces, donec satisfecerit, allegat Artaman. in libro 2. obseruat. 1. tit. 48. afferendo, quod quamuis aliàs defraudans possessionem rerum non ipso iure eandem, sed per declaratoriam amittat, consuetudine tamen vniuersali Germaniæ obseruari gabellarios, quos ipse appellat stationarios, defraudatores statim nõ expectata declaratoria sententia detinere, & pignorare posse, imò & dominia rerum defraudatarum ipso iure amitti Gail. obseru. 51. p. 2.

2 Amplia etiam, quod † non soluens gabellam amittat similiter merces, quæ non erant propriæ, sed alterius, vt latè habetur per Thesaur. in quæst. Forens. c. 52.

3 Amplia pariter † quod fraudãs gabellas perdat animal, vt habetur per Guid. Pap. in decis. 572. licet contrarium seruari in nostris gabellis referat Anna in sing 225.

4 Sed † pœna ad gabellã fraudatam, cui applicetur, vide Francisc. Marc. in decis. 422. qui in decis. 421. p. 2. tra-
5 dit, quod † exigens gabellam præter taxam tenetur actione furti.

6 Et † gabella an, & quando debeatur ex oneribus accollatis nouissimè declarat Mastrill. in decisio. 209. par. 3. quem videas in facto.

SVMMARIVM.

1 *Testes in crimine vsurarum debẽt esse fide digni.*
2 *Testis singularis non probat aliquid in specie, probat tamen vbi agitur de paruo præiudicio, num. 3. sic etiam de consensu partium, nu. 4. & ubi agitur de probanda possessione, nu. 5.*
6 *Statutum inducere potest, vt testi singulari credatur.*
7 *Nullus in facto suo probat.*
8 *Coniuges prohibentur inter se testificari, licet maritus cogatur aliquando testificari contra vxorem.*
9 *Vxor potest testificari pro hærede mariti.*
10 *Testes litem sustinentes non sunt idonei.*
11 *Monachus non probat pro monasterio, sic etiam ciuis, neque pro vniuersitate, vbi agitur de singulorum interesse.*

COL-

COLLECTANEA 229.

Super Pragmatica I. sub Rubrica de Vsurarijs.

Quia nuiter, &c.

HIc habes, quod tres testes, licet singulares, & in facto proprio deponentes sufficiit in causa vsurariæ prauitatis.

1 Pro Choronide aduertas, quod † testes in crimine prauitatis vsurariæ debent esse fide digni, & ista qualitas est probanda, vt per Asciam in decisi. 97. & nota, qd dispositio huius pragmaticæ est limitatiua duarum regu-

2 larum, quarum prima est, quod † testis singularis non probat, vnde euenit, quod testis singularis nõ probat, quid in specie, licet benè aliquid in genere ex decis. Garziæ 26. & Franc. Marc. in decisio. 461. par. 1. Vt etiam

3 † quando agitur de paruo præiudicio in causis breuibus vnius dicto statur iuxta decis. eiusdem Franc. Marc. 456.

4 vol. 2. & sic etiam † vbi adest volutas partium testis singularis probat, vt per Minsynger. in obseru. 26. cent. 5. & ita pariter vbi agitur de probanda

5 possessione. † nam possessio probatur per testes singulares Veral. decis. 269. lib. 4. & in materia vide eundẽ in decis. 30. vbi agit quid probet singularis. Sed singularis quando probet in possessorio, vide Gratian. in decis. 192. Et

6 scias, quod † statuto induci potest, vt testi singulari credatur Franc. Marc. decis. 455. vol. 2.

Altera regula, quæ limitatur à no-

7 stra pragmatica est illa, quod † nemo in facto suo probat tanquam interesse habens Cæsar de Grass. in decisi. 3. de testibus, & vide Benintend. in decis. 63 & decis. Rot. Rom. 354. part. 4. in nouissimis Blãchetti, & decis. 630. eiusdem partis Lancelloti. & vide Va-

8 lasc. in decisio. 73. & ideò † coniuges pro se ipsis testes esse prohibentur, vt per Viuium in decis. 167. licet maritus aliquando cogatur testificari contra vxorem, vt per Capel. Tholos. in

9 decis. 123. & † vxor potest testificari pro hærede mariti iuxta decisio. Car-

10 tarij 23. & hinc † testes litem sustinentes non sunt idonei testes Veral.

11 decis. 264. libro 3. & hinc † religiosus nõ probat pro monasterio Triuisan. decis. 35. par. 1. & ciues vbi agitur de singulorum interesse pro vniuersita-

12 te neque probant Afflict. decisio 400. Mart. decisio. 199. & ideò si ageretur de singulorum laude, vel vituperio, & ita de eorum interesse testes idonei non existerent Puteus decision. 325. par. 3.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ sunt prohibitæ.*

2 *Principes laici nequeunt concedere Iudæis, vt vsuras exerceant.*

3 *Consuetudo fœnerandi per usurariam prauitatem non excusat à pœna temporali.*

4 *Contractus usurarius quando dicatur, & quando non, nu. 5.*

6 *Crimen usurarum est mixti fori.*

7 *Barones possunt cognoscere de crimine vsurarum.*

8 *Pactum vsurarum non uitiat pactum licitum, nam utile per inutile non uitiatur.*

9 *Contractus ad gaudimentum est licitus.*

10 *Vsurarius tenetur ad restitutionẽ usurarũ, sed an possit cogi integraliter, vel deducto ne egeat. num. 11 & an pro tali restitutione sint bona usurarij tacite hypotecata, nu. 12.*

13 *Exceptio usuraria infra quod tempus debeat opponi remittitur arbitrio iudicis, & ita id cauit author.*

14 *Vsurarum causa est summaria.*

15 *Delationes sunt summariæ in arbitrarys.*

16 *Exceptiones dilatoriæ debent probari infra tempus iudicis arbitrio assignãdum.*

Ss 2 Ex-

Exceptio usuraria est dilatoria.

27 *Vsurarij non incurrunt pœnas impositas ipso iure.*

COLLECTANEA 230.

Super pragmatica III. sub Rubric. de Vsurarijs.

Item aduertendo alle molte, &c.

COmmittentes vsurariam prauitatem vigore huius pragmaticæ debent puniri iuxta sacras constitutiones Regni.

Enormissimũ est hoc vsurarum crimen, quarum vt plurimum, & sæpè sæpius miseri pauperes, & egeni grauantur,& corroduntur propter ipso-
1 rum egestatem,& inopiã,† ideo meritò,& iuridicè reperiuntur prohibitę, easque committentes puniuntur capit.1.cum seq.14.quæst.3 & 4. c.quia in omnibus,cap.super eo cap.consuluit,de vsur.c.1.eodem tit.in 6.Clem. vnic.cit.tit.

2 Quare euenit † principes laicos non posse concedere Iudæis,vt vsurã exerceant absque consensu Summi Põtificis, vt decisum refert Thesaur.
3 in decis.57.& hinc † neque consuetudo fœnerandi per vsurariam prauitatem excusat à pœna temporali Peguer.decis.34.

4 Aduerte autem † quod id, quod ratione moræ soluendæ dotis legatur, vsura est, Puteus decis.60.& 70.lib.1. & ita etiam iudicatum recenset Antonin.in decis.59.lib.1.

Item interesse pecuniæ taxatum vniformiter facit contractum vsurarium, vt resolutum in Collegio Pisano testis mihi est Marta in decisione 165. sic pariter committitur vsura, quoties venditur annui redditus certi;& ad eorum tempus Viuius decis. 84. Similiter pactum de retrouẽdendo temporaliter cũ modicitate pretij facit contractum vsurarium Marta decisio.44. Rota in nouissimis 57. par.5.coram Orano, & 801.parte 4. quæ in decis.401.par.4.declarat, quibus concurrentibus pactum de retrouendendo faciat contractum vsurarium. Item quando emptio redditus excedit solitum modum,nam tali casu cẽsetur vsuraria, & illicita Papon. Arrest.8.lib.22.Caualc.decis.14 parte 2 qui in deci.13. recenset coniecturas, ex quibus contractus dicitur vsurarius.

5 † Non tamen est vsura promissio interesse taxati habito respectu ad fructus Cæsar de Grassis in decisio.1. de Vsuris. Sic pariter venditio pannorum ad tempus chariori pretio facta non est vsura,Rota Rom. decisio. 30.par.3.in nouissimis. Item pactum de mutuando non facit contractum locationis vsurarium eadẽ Rota decis.119.par 5.in nouissimis. Similiter locatio Armenti cum aliqua promissione non facit contractum vsurariũ eadem Rota decis.118.par.5. Pariter non est conuentio vsuraria, vt creditor fructus rei,debitor vsum pecunię habeat Camera Imperialis in decisi. 71.par.6.Maynard.decis.28.par.2. Et non est vsurarius contractus Antichreseos Gail. obseruat.3.libr.2. Sed qui sint isti contractus vide Raudens. in decis.28. Item non est vsuraria cõuentio, quod creditor fructus rei pignoratæ lucretur Thesaur. decisi.78. quod limita,nisi interesse partis probatum fuerit Pegner.decisio.127. Insuper iuxta decisionem Martæ 213. Mons impresititi potest erigi cum solutione damni emergentis, atque salarij ministrorum,& conuentio non erit vsuraria.Similiter in venditione sub hasta non habet locum præsumptio vsuræ Gamma decisio. Lusitan. 178. Item si in contractu mutui, vel cuiusuis alterius speciei sit promissa solutio in pluribus tandis,cum pacto quod si defecerit in vna tanda cõtractus possit rescindi pro tota integra sorte, non erit contractus vsurarius, sed validus, vt in facto fuit iudicatũ

per

Digitized by Google

per Sacrum Consilium, & passim hodie deciditur, licet contrarium videatur ex Sessa in decis. Aragon. 110.

Quid autem in contractu locationis, qualiter committatur vsura vide Mastrill. in decis. Sicil. 106. & an committatur vsura si vendantur in hasta publica, & addicantur pensiones domus certæ, & indubitatæ, v.g. quadraginta millia de futuro, pro 20. aut 30. millium de præsenti negatiuè Phæbus in decis. 7.

6 Sed an † crimen istud vsurarum sit mixti fori affirmatiuè Cacher. in decis 137. Peguer. decis. 30. Franc. Marc. decis 532. vol. 2. Cabal. resolut. 188. & an vterque iudex ad priuatam vtilitatem procedere possit vide Peguer. in decis. 35.

7 Num tamen † Barones habentes merum imperium possint recognoscere de hoc crimine affirmatiuè fuit decisum in Sacro Regio Consilio in causa Lucæ Mutinæ vasalli Comitis Montellæ iunctis tribus aulis, & sic dum esset reclamatum fuit pariter cōfirmatum decretum, & legite Viuium in decis. 237.

8 Nota autem, quod † pactum vsurarium non vitiat pactum licitum, sed pro nō adiecto habetur cum vtile per inutile non vitietur, si ab eo separari potest, vide Gail. in obseruat.

9 5. libro 2. Item, † contractus ad gaudimentum vulgo detto (*à godere*) est permissum vide Minsynger. in obseruat. 71. cent. 6. & Koppen in decisione 22.

10 Et quia clarum est vsurarios teneri ad restitutionem vsurarum receptarum, cap. cum tu, & cap. Michael de vsuris, & ex voluntate Dei sæpè numero postquam pauperum sanguinē frixerunt ad talem paupertatem, & inopiam deuenerint, vt non solum nō habeant, vnde illarum restitutionem facere valeant, sed neque vnde

11 se alere possint, propterea quæro † an vsurarius possit cogi ad vsurarum restitutionem integraliter, vel deducto ne egeat, In quo articulo intrepidè dum de hoc essem Consultus respō di, & sic fuit exequutum non posse cogi ad restitutionem illarum, nisi

12 deducto, ne egeat. Et an † pro tali restitutione vsurarum sint vsurarij bona tacitè hypotecata, ita vt is, cui facienda est restitutio præferatur cæteris creditoribus non hypotecarijs, & valeat habere recursum aduersus tertios possessores, vide Gama in decis. Lusitan. 271. quod ego cū habuissem in facto negatiuam partem sectatus fui.

13 Sed † exceptio vsuraria infra quod tempus debeat probari. Ego dum essem requisitus à Vicario Ciuitatis Theani, vt hunc articulum iuris deciderem determinaui esse remittendū arbitrio iudicis habita consideratione, ad vsurariam speciem, qui vt maius pro occultis, & minus pro manifestis vsuris assignet tempus ex ratione, l. final. ff. de dot. prælegat. & motus

14 fui † nam vsurarum causa Summaria est, & de ea cognoscitur de plano sine strepitu, & figura iudicij Clem.

15 dispendiosam de iudicijs, sed † in Sūmarijs dilationes omnes sunt arbitrariæ Clem. sæpè de verb. signific. ergo necessariò dicendum est tempus ad probandum vsurariam exceptionem arbitrarium esse, quod facit, nam re-

16 gulariter † omnes exceptiones dilatoriæ probandæ sunt infra tempus iudicis arbitrio assignandum, cap. pastoralis de exceptionibus, sed exceptio vsuraria est dilatoria ex notatis in ca. quia frustra de vsuris, ergo procul dubio fatendum est arbitrarium iudicis esse huiusmodi tempus, quibus suffragatur dispositio textus in l. 1. ff. de iure delibetandi, ibi, *ait prætor si tempus ad deliberandum petet dabo*, cum dicit tempus, nec adijcit diem sine dubio ostendit esse in iudicentis potestate, quem diem præstituat, cum igitur alíquod tempus sit necessarium ad probandam hanc exceptionem, nec illud sit à iure præfixum necessariò dicendum

dum est in iusdicentis potestate esse, quot dies præstituat.

17 An autem † vsurarij incurrant pœnas à iure illis statutas, & impositas, ipso iure, vel requiratur iudicis sententia, dico requiri iudicis sententiam; cum pœna imposita à lege non intelligatur ipso iure, vt fuit decisum in Rota Romana in vna Cæsaraugustana de Villes. de anno 1538. coram Puteo.

SVMMARIVM.

1 *In crimine vsurarum potest procedi ad instantiam fisci.*

2 *Index ex officio potest impedire executionem instrumenti vsurarij, imò quilibet pro suo interesse veniens.*

3 *Vsurarius non manifestus lite pendente potest sub fideiussoribus relaxari.*

4 *Vsura simulata, quæ sit, & quando contractus dicatur vsurarius.*

5 *Contractus in dubio non præsumitur simulatus.*

6 *Referuntur coniecturæ, quæ faciunt præsumi contractum simulatum.*

7 *Contractus præsumitur simulatus, & fœneratitius quoties modicitas pretij, & pactum de retrouendendo interueniunt, licet in hoc sint, qui teneant requiri etiam, ut emptor fuerit prius solitus fœnerari.*

COLLECTANEA 231.

Super Pragmatica IV. sub Rubr. de Vsurarijs.

Vsurariorum etiam voraginem, &c.

1 Mandatur hic, quod † procedatur cõtra vsurarios manifestos ex officio etiam sine instantia partis, & ita Minad. in decis. 39. vbi quod in huiusmodi crimine potest procedi ad instantiam fisci desistente parte, &

2 scias, quod † index ex officio potest impedire execquutionem instrumenti vsurarij, vide Capyc. in decis. 175. subdentem, quod secundum formam Ritus, nec exequutio est admittenda, imò quilibet pro suo interesse veniẽs talem exequutionem impedire potest, Viuius decis. 304.

3 Sed † vsurarius non manifestus, quomodo sit puniendus, & an lite pendente sit relaxandus sub fideiussoribus, vide Laurent. in decis. Auenion. 48. vbi recenset decisum, quod data cautione sit relaxandus lite pendente, licet in hoc sint multæ opiniones contrariæ, vt ibi videri poss. int.

4 Et † vsura non manifesta, sed simulata, quæ sit, & qua actione vi sententiæ solita repeti possit, vide Valasch. in decis. 56. & latè quando cõtractus dicatur vsurarius nouiter scribit Ascia in decis. 1. vbi etiam, quod ad probandum contractum fuisse simulatum, vel vsurarium, ante omnia necesse est probari, quod partes ab initio, ita cõtrahere voluerunt, vt etiã nouissimè sequutur Phœbus in decis. Lusitan. 7 sub num 10. vbi ita recenset iudicatum.

5 Coniecturis autem non apparentibus, an † in dubio præsumendus simulatus contractus, negatiuè Veral. decis. 163. lib. 3. Sed, quæ sint coniecturæ, quæ faciunt præsumi contractum simulatum, dicas si clausulæ insolitæ fuerint adiectæ in instrumento Viu.

6 decis. 182. Item † ex retentione possessionis post rem venditam, cuius ratio assignari non potest, vel essemus inter personas suspectas, Faber. decis. 5. plus val. & vide Valasch. in decis. 71. vbi alios recenset.

7 Vtrum autem, vt † contractus præsumatur simulatus, & fœneratitius sufficiant duo, scilicet modicitas pretij, iuncta cum pacto de retrouendendo, vel sit etiam necessarium, quod emptor fuerit prius solitus fœnerari, vide Afflict. in decis. 65. Grammat. decis. 76. Cassador. in decis. 1. Cacher. decis. 41. Boer. decis. 102. Cornazzan. decis. 41. Minsynger. obseruat. 62. centuria 3. qui tenent, & decisum dicunt nõ

esse